Digitized by Google

Palat. XVI 20

Digitized by Google

10248

Digitized by Google

580053

SANCTI
CONFESSORIS PONTIFICIS
ET
CELEBERRIMI THAUMATURGI
NICOLAI
ACTA PRIMIGENIA

Nuper detecta, & eruta ex unico & veteri
CODICE MEMBRANACEO VATICANO:
PER
NIC. CARMINIUM FALCONIUM
METROPOLITAM
ECCLESIAE SANCTAE SEVERINAE
In Brutiis Ulterioribus
IN REGNO NEAPOLITANO,

Ab eodem Latine reddita,
Et cum recentioribus aliis S. Nicolai Actis
Graeco-Latine, cum ſuis Notis edita

ET

SMO. DNO. NRO
BENEDICTO XIV
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO
DEDICATA.

NEAPOLI ANNO DOMINI MDCCLI.
TYPIS JOSEPHI DE BONIS PUBLICI TYPOGRAPHI.
CUM SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

BEATISSIME PATER

DUm iterum atque denuo, *Tuis*, PATER SANCTE, *Pedibus me provolvo; Sanctae Romanae Eccleſiae*, & *Tibi gratulor*, *quod Tuis temporibus*, *ſe major quotidie evadit* Roma; *Orbiſque totus*, *e viſceribus Terrae*, *nova omnia & mirabilia cathecaſten detegit*, & *in publicum prodit commodum*. *Univerſam Europam mitto*; *in qua*

Digitized by Google

per Galliam, Germaniam, Italiam, Angliam-que; ingeniorum portenta, per Artes & Matheſin, tot nova, inſperata, inaudita pridem, e Coelo ac e Terra afferunt, ut ipſo ſtupente Marte, Reque publica Literaria; opinetur nemo; quidquam ulterius, aut novius dari poſſe. In Italia, in agro Neapolitano; quae ſpes unquam fuerat, aut ſuſpicio, ſimile dari novum, ut ex inferno & imo Veſuvii montis; obruta, abſorpta Urbecula, ex anno Chriſti LXXIX. Regnante Tito; tota, integra cum ſuis Regionibus, Aedibus, & Theatro; iterum, Glorioſo, Potente Rege, Fortunatoque, BORBONIO CAROLO; *in Orbis conſpectum, non jam reſurgeret, ſed rediret?*

Ad te venio, PATER SANCTE, *quem* beatum *omnes* ducunt; quod Tibi, Dei munere, datum eſt, ut & ſcribenda faceres, & legenda ſcriberes: beatiſſimum *proinde*, quod Tibi datum, utrumque *eſt. Alii vero de Te potius, quam jactanter de Cicerone, dicere modo valent*: O fortunatam natam Te Praeſule Romam. *Te ſedente namque, in omnibus, Antiquae aemula facta Roma, in Sacris Publiciſque novis; in Pa-*

rum.

trum Senatu Ampliſſimo & Selectiſſimo (quos jure hodie Ethnici dicerent Semideos) Scientia, Prudentia, Juſtitia, & Sanctitate. Ex Te etenim Selectore, Electoreque; prodire quinam alii potuerunt? & quidnam aliud ſperandum non eſt in reliquis, quos propediem, poſt longum Tuum, maturumque examen; tacitus tecum libras, & agitas? Roma ſemper fuit mater ingeniorum: ſed poſt Tuum ingentem Genium; quot alii exorti ſunt, Te Judice, Te Impulſore? Deſcendere ad ſingulos, non eſt loci; nec Tecum eſt, PATER SANCTE, *qui omnes, ad ſextulam expendiſti. Felix Tuum feciſti Regnum: alluviones Tiberis a Tua Roma funditus avertiſti, novo navigabili aperto alveo uſque ad Antium: Antium ipſum poſt Anconam, reparatis Portubus decoraſti. Tu benignum Sidus es Romae, ad quod omnes currunt: & duo hi Portus tutiſſimi, munitiſſimi, & neceſſarii, nova ſunt duo Emporia; quo Adriatici, & Mediterranei opes, influunt in Ærarium.*

Tuas Provincias, PATER SANCTE, *novis legibus, & nova deſcriptione, ut commercio, efflореſcunt. Eccleſiam Univerſam, Conſtitutionibus novis, & ſalutaribus undique re-*

creaſti. Quid, plura inquam cum veritate? Haeterodoxi quoque a Seculari mox praeterito, Indulgentiarum & Coeleſtis Gazae Theſauro, Sanctiſſimo anno Romae; etiam Te amant, Te ſuſpiciunt, & venerantur. Utinamque tandem ſub Te Paſtore, unum aliquando etiam Ovile fiat! Quid namque a Bononia; niſi Bonum?

Mare Atlanticum non ingredior; nec ſigillatim enumero, quo corde & animo literas foves, quo amplecteris eruditos. Tua ſunt, quae hactenus illi Clariſſima Opera protulerunt. In Vaticanam Bibliothecam; Margaritum nempe Margaritarum, in qua deliciae & lautitiae ingeniorum, & Sacrae Profanaeque Reipublicae immenſae Opes: In Vaticanam, inquam, quot & quanta pretioſa undique, librorum veterum Cimelia intuliſti? Romanas Antiquitates, & Exoticas, quanto labore, quam larga manu, magnoque pretio comparaſti? Ut jam ordine, & erudititiſſimo Viro egeant, qui praeter ordinarium Praefectum, ſuppellectilem illam vaſtam, variamque, è Tuo Capitolino Gazophylacio, deſcribat, depromat, & diligentiſſime exculptam, cum toto Orbe harum rerum avido, communicet, ad miraculum. Tuo namque juſſu eò invectas & expolitas, auro,

argen-

argentoque caelatas, ebore, margaritis; Naturae et Artis miracula, rariora, inſperatiora, ex omni ſeriori Antiquitate; ſub Te detecta, effoſſa; e pictura veterum; e re ſtatuaria, metallica, Architectonica, ibi hactenus ſervari diligentiſſime praecepiſti.

Nonne autem Solem Te indigitavit, ea Solaris Horologii Pyramis, quae ſub initia Tui glorioſi Pontificatus; e terrae imis in campo Martio, per fragmenta multa, ſub nonnullis fundamentis & ruderibus, effoſſa caſu, & detecta eſt? Quae modo expoliuntur & colligantur, quod Magnitudinem Tuam decet; ut dejectis Ædibus parum dignis, elegantioribuſque ſubſtructis; in eodem Martio campo, ſub Tuis aeternis auſpiciis, denuo erigatur, & refulgeat Orbi toti. Portentum, oſtentum hoc maximum, proprie Te deſignabat, qui ab eo Solari Radio, cathecaſten, Te novum in Terra Solem jam adveniſſe, & ſedere Romae; Orbi & Eccleſiae, digito veluti, oſtentaret.

Atque hinc factum eſt, PATER SANCTE, *ut tenebras Atheorum, qui Pſeudophiloſophi; a libertate opinandi, ſibi nomen impoſuerunt, es ubilibet, etiam manu Regia, perſecu-*

ſecu-

ſecutus. Lucem veram, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ingeſſiſti: & Sanctitatem in Sacerdotio, ſolidam, & manſuram, per totam Eccleſiam invexiſti. Euchariſticum exhin Panem, ut nunquam alias, niſi Te Pontifice, Te ipſo quotidie adeunte, & ſolotenus adorante; tanto decore expoſitum quiſque noverit: & a Populo, a Purpuratis, ab omnibus adoratum. Nedum ergo Sancti florent; verum hodie ipſa Sanctitas, per Eccleſiam, Tuis monitis, Tuo exemplo latiſſime ſpatiatur.

Tuae modeſtiae, ſat novi, PATER SANCTE, parum peperci, quum modum laxavi fervori meo, coram Te praecipue: quum modum nunc illi impono, Tuis laudibus exponendis: ab Ingenio, a Doctrina, a Tuis Geſtis, praeclareque Dictis; quae mei ingenioli vires ſuperant: meque temerarium forſan dicent. Praeterquam quod deficeret mihi tempus; nec locus eſſet Viro cuilibet eloquentiſſimo, & detritiſſimo in dicendo; ex parte aliqua de Te dicere. Sine igitur, quaeſo Domine, in meum gurguſtium, ex tanto Oceano me recipere: & ſolum pauca fari alia: nempe: Fortunae dumtaxat fuiſſe Tuae,

me in Zonara detexiſſe, edidiſſe, Tibique primam dicaſſe, Dionis Caſſii Hiſtoriae Romanae Epitomen: qua factum Caput Romano Conſuli Coccejano. Cujus reliqua ex Xiphilino & aliis, meam commodiorem praeſtolantur editionem: ejus enim ſecundus tomus, obaeratus nimis, reſtitit in folio decimoſeptimo; & in ſpongia veluti, modo jacet. Hoc opus equidem magnum fuit: ſed ejus jactura, decimum ſeculum non praeceſſit. Quod modo autem ſolita audacia, cum gaudio magno Eccleſiae, Tibi iteratò offero: Primigenia, & veriſſima Geſta ſunt, Sancti, & Thaumaturgorum Thaumaturgi NICOLAI: quae a ſexto ſeculo, a mille & ducentis annis; non caſu, ſed dolo malo delituerunt: & modo per me (quae Tuorum temporum eſt Felicitas) primum omnium, edi datum; ex Codice unico Vaticano. Dum in tenebras pugno, & laverniones, ad gloriam Dei, & honorem Sanctiſſimi Confeſſoris: in confuſionem & odium fabulantium (preſſus licet anguſtiis mei laris) iterum parvam machinam, gravidam tamen Mundo; Tibi audeo dedicare. Tuo proinde ſolito & validiſſimo Patrocinio, PATER SAN-

CTE,

CTE, me dignare, clientem Tuum; ne pro Eccleſiae dato munere; livore, & detractione ego opprimar: non a doctis & vere ſanctis; ſed a multis, qui religioni & merito ſibi ducunt, pro vetuſtis fabulis dimicare: eoque pacto non exaltare, ſed opprimere Veritatem. Veritatem inquam, quae non ex nudis conjecturis, vel praeſumptionibus orta eſt: ſed ex liquido & patenti, & veterrimo documento; quod è Sacroſancta Vaticana, non ex quacumque prodivit Bibliotheca.

Hoc munuſculum, PATER SANCTE, *Tuam Majeſtatem exoro ſupplex, ut benigno, bilarique vultu excipias, & defendas: dum ſub Benedictione Tua, humillime & devote proſtratus humi, Tibi noſtrorum temporum, diutiſſime victuro Felicitati; oſculor ſanctos Pedes,*

SANCTITATIS TUAE

Humillimus & devotiſſimus, addictiſſimuſque ſervus verus
Nic. Carminius Falconius Archiep. Sanctae Severinae.

Dom. D. Joſeph Sparanus Canonicus Metropolitanae Eccleſiae Neapolitanae U. J. Doctor S. Theologiae Profeſſor, & Curiae Archiepiſcopalis Examinator Synodalis revideat, ac referat.

C. EPISC. CAJAC. VIC. GEN.

JULIUS NICOLAUS EPISC. ARCAD. CAN. DEP.

EMINENTISSIME ET REVERENDISSIME DOMINE.

SAncti Confeſſoris Pontificis & Celeberrimi Thaumaturgi Nicolai Acta Primigenia quaeſita diu, & hactenus nulli detecta, Princeps Eminentiſſime, ut primum vidi, ſummo etiam animi oblectamento percurri. Vir Cl. Illuſtriſſimus Eccleſiae Sanctae Severinae Metropolita Nic. Carminius Falconius emenſi laboris opus modò in lucem edit, conſulto unico, & veteri Codice Membranaceo Vaticano, in quo nuper ea reperta fatetur, & unde è latebris pene effoſsa deprompſit. Profecto laude dignus cenſendus eſt Cl. Praeſul, qui ſuperioris aetatis fabellas, improbo ſatis labore eruderavit & vicit: nihilq. etiam ſibi pepercit, ut verſionis puriorem aequaret ſenſum, Lyciaeque phraſis ſimplicitatem adaequeretur: Quapropter Religioni conſonum videtur, ſi hujuſmodi Acta ſincera cum aliis recentioribus comparata praelo committantur, & publici juris eſse jubeantur. Jube igitur, Princeps Emin., ut quamprimum ea Reſpublica literaria erudita aſpiciat, idque in Eccleſiae ſplendorem, quæ ſola veritate fulcitur, & Sanctorum exemplis, & Actis mirifice recreatur. Neapoli quarto Kalendas Novembris 1751.

Addictiſſ. Humillimus Obſequentiſ. Cliens.
Joſeph Canonicus Sparanus.

Attenta relatione Dom. Reviſoris imprimatur. Datum Neapoli Idibus Novembris 1751.

C. EPISC. CAJAC. VIC. GEN.

JULIUS NICOL. EPISC. ARCAD. CAN. DEP.

Admo-

Admodum Rev. V. J. Doctor D. Thomas Taglialatela, in hac Regia Studiorum Univerſitate Profeſſor, in Cathedra Inſtitutionum Canonicarum, revideat, & in ſcriptis referat.

C. GALIANUS ARCHIEP. THESS. CAPEL. MAJOR.

REX SERENISSIME

PRodeunt tandem, Rex Sereniſſime, acta antiquiora; atque adeo majori fide digna S. Nicolai Myrenſis, ſive Barenſis vulgo nuncupati. Clariſſimus Vir Archiepiſcopus Sanctae Severinae, qui in his maxime rebus, veluti in propria arena plurimum valet, iis erudita diſſertatione proloquitur: eademque proſequitur perpetuis notis, & commentariis; nihil propterea reliquum feciſse videtur, quod deſiderent eruditi, ſive tempus ſpectent, quo floruit; ſive Eccleſiam, cui praefuit Pontifex Sanctiſſimus. Denique adjudicatis Barenſium Populo Beatiſſimi Antiſtitis Reliquiis, manantibus liquore miro; Venetos S. Archimandritae Nicolai oſſibus contentos jubet eſse. Quum vero nihil plane in iis offenderim, quo ſive Ethica Chriſtiana, ſive jus Regium ulla in parte laedatur; ideo, ut idem opus Typis detur, accedente tamen Majeſtatis Veſtrae Sacro placito, neque jus impedimento eſse arbitror, neque fas. Neapoli idibus Novembris an. 1751.

Humillimus ſubditus, atque addictiſſimus ſervus.
Thomas Taglialatela Reg. Canon. Profeſsor.

Die 29. menſis Novembris 1751.

Viſo Reſcripto S. R. M. ſub die 24. currentis menſis, & anni ac reſcripta relatione facta per Rever. V. J. Doctorem D. Thomam Taglialatela de commiſſione Reverendi Regii Cappellani Majoris, prævio ordine præfatæ Regiæ Majeſtatis.

Regalis Camera Sanctæ Claræ providet, decernit, atq. mandat, quod imprimatur cum inſerta forma præſentis ſupplicis libelli, ac approbatione dicti Reviſoris, verum in publicatione ſervetur Regia Pragm. Hoc ſuum &c.

CASTAGNOLA. ANDREASSI.

Illuſtr. Marchio Danza Præſes S. R. C. temp. ſubſcriptionis imped. Cæteri Aular. Præfecti S. R. C. non interfuerunt.

Die 6. menſis Decembris 1751.
Regiſt. fol. 41. ter.

Maſtellonus.

IN SANCTI
CONFESSORIS, PONTIFICIS, ET THAUMATURGI
NICOLAI
ACTA ANTIQUA,
QUÆ DETEXIMUS
PROLEGOMENA.

1. QUæſitam diu; & hactenus incognitam, nedum inacceſſam Provinciam, Dei beneficio me cenſeo occupare, dum Sancti Pontificis, ac Thaumaturgi Nicolai primigenia geſta nactus; eadem, ut cum eruditis communicem, me religio ſancta impellit, monens: Arcana Dei, eſſe honorificum revelare. Ad hoc etiam ego cogor; quod alias mihi ipſi, meoque muneri me deeſſe duceretur, ſi deſoſſo tanto Theſauro, terrâ contegerem illum iterum; labore victus, aut difficultatibus magnis territus: quæ gloriæ ſolius Dei, & veris beatiſſimi Viri geſtis, ob humanas rationes, conſultum nollent. Mihi proinde diu multumque deliberanti; diverſa ratio: & cum de Nicolai diſſero vera gloria, Univerſum ſpectatorem opinor Orbem, judicemque, ni fallor, clementem & æquum cenſeo: dummodo a vere doctis, piis, & bonis judicer: hos etenim ego ſequor. Qui cum ſint veritatis, quæ Deus eſt, ſingulariter amatores; hujuſmodi fortes milites, eorumque felices pugnas commendant: ut pote adverſus male ſanas, antiquas narrationes; quæ in Nicolai vitam ab octavo ſeculo impuniſſime convolarunt.

2. Quamobrem vera, & primigenia illius geſta, demerſa dolebant omnes: cunctique eruditiores, conſpiciebant, & fatebantur; quæ Nicolai acta circumferebantur, ea cuncta, futilia eſſe, & levia; inque iis, ubi pedem tuto figeres non haberi. Dumque boni viri, doctique, & religioſi, antiqua acta deſiderabant; ſoli zelotæ quidam, ſtandum vulgatis eſſe jubebant: nec fruſtra, meliora vulgatis ſuis optanda, aut quærenda; indignabundi, & ſevero ſupercilio edicebant. Aut ſi ſecus placeret inquiſitoribus; expectandum fore a tempore hoc beneficium: ipſis proculdubio futurum numquam. Sarchaſmoque iſto, adhuc indormiebant, cum tempus illud, & advenit, & eſſit: & quo pacto, de repente res hæc evenerit, eſto exponam.

OCCASIO OPERIS.

CAP. I.

1. ACta beati martyris & Epiſcopi Januarii, quæ anno MDCCXII. publici juris feci; ea mihi armamentarium fuerunt; quin aurea ſodina, & foos concertationum, quas cum eorum cenſoribus, plerumque amuſis, ſubire coactus ſum. Hæc laborum, operumque omnium origo: quæ ſatisfacturus patienter adverſariorum objectis, oportuit me digerere. Dicis gratia. Presbyter Jacobus Grazinius (hic Paulus ille eſt Beoius) oppoſuit in Epiſcopalem Januarii ordioationem, ad Sedem Beneventanam; illam non a Romano Pontifice, ſed ab Archiepiſcopo Capuano; quia Campaniæ erat Metropolis; fieri per ea tempora debuiſſe. Invitatus veluti ad nuptias; poſt eruditos etiam Acatholicos, theorice & practice, Provincias ſurbicarias, longe lateque percucurri. Et hinc factum, ut Dionis conſuluerim Codicem Vaticanum Urſini Fulvii; ex quo anno 1724. Romæ, *Tres ultimos* illos dedi *Dionis libros:* ac opus exaraverim, nondum editum: *De varia Provincia Romani Metropolitæ.*

2. Ut mittam objecta alia, ob quæ, alia cudi opera, (quæ Cateoam efficient aliquando, operum, quæ in meo illo longo Romano otio; ab anno 1720. ad 1733., ſcripſi Romæ) in ſanctificationem, quam ex matris utero, Acta adſtruunt Januarii; omnes ferme cum Grazinio; ex compacto veluti, irruerunt: & vexatio præbuit intellectum. Ad datum namque ſtadium, collegi ſedulo, quot Sanctos alios, Græci, Latinique antiquiores, ſimiliter dixere ſanctificatos. Et hinc natum eſt opus, paratum prælo: *De quorundam Sanctorum encœliaco hagiaſmo.* Quo late oſtendo, quid aotiquiores hiſtorici, & Theologi intellexere; dum ſanctificatos ejuſmodi aliquos tradidere. Inter alios (venio modo ad Punctum) anno

 1716.

1716. & ſequenti, conſului doctiſſimos amicos P. Joh. Baptiſtam Sollerium, & P. Conradum Janningum e S. J. (utrumque Bollandianum) Antuerpiam, pro Sancto Epiſcopo Nicolao: de quo noveram ſcripta eadem. In chartula autem, ſunt mihi reſcripta verba; quibus ex Codicibus, idem adilruxit, Michaël Archimandrita, in ejus vita. Servo chartulam: & dum tertium pergo Romam anno 1720. Bibliothecam adeo Vaticanam; conſero Codices allegatos 655. 803. & 866. ac præterea non allegatum Codicem 824. in quo etiam vita Nicolai, per Michaëlem Archimandritam. Tunc viſum eſt, Codices conſulere Graecos alios, qui Thaumaturgi ejuſdem quidquam haberent. Sumpſi proinde Græcum Codicem num. 821. in quo, inter alia, Acta primigenia reperi Nicolai: ac præterea Metaphraſtis opus, in Codicibus Membranaceis 555. 793. 802. & 814. ac tribus bombycinis, 800. 813. & 1190.

CODICIS ACTORUM VERORUM DESCRIPTIO.

CAP. II.

1. HInc primitus occepi deſcribere Acta vera, quæ a ſexto ſeculo viderant nunquam lucem: & quale gaudium, & exſultatio! a clementiſſimo Deo, mihi tantum fuiſſe, Theſaurum hunc reſeratum: etſi hunc Codicem ſæpe alias allegent Bollandiſtæ. Et idcirco ſtupendum magis, quod iidem, aut eorum amanuenſes, videntes illum, non deprehenderint, non exſcripſerint. Depingo Codicem curioſo. Membranaceus ipſe eſt, in forma octava; ſed charactere deſcriptus vario, ex multis manibus. Vera autem Acta noſtra, compacta aliis, antiquiori ſunt charactere, eleganti magis, recto, & correctiori: quod proinde oculos allicere poterat curioſos; nec factum eſt. Paulatim ergo deſcripſi omnia; ac etiam ex aliis, non ſincera; & poſt longum & improbum hunc laborem, verti omnia diligenter: obfirmatus animo haud pati, Theſaurum hunc contegere rurſus terra; ſed ea omnia cum meis notis publici juris facere. Quod modo tandem, poſt annos triginta, eſt actum: & pio deſiderio factum ſatis, Cl. Viri Bollandiani, qui mihi quærenti ab eo de Actis veris, reſcripſit: *Acta vera & genuina quæris S. Nilai; quæ hactenus, num alicubi ſint, nemo novit. Atque utinam aliquando (ſi non perierint) e latebris aliquibus prodeant in publicum.* (a) Modo ergo ad majorem Dei gloriam, & in veram laudem Thaumaturgi (cujus nomen indigne gero: quod majori ſtimulo mihi fuit, ut diligentius rem proſequerer; & geſta ejus, ad libellam Criticen illuſtrarem) & ni ſpes fallit, peracta omnia. In quo valde gaudeo, quod Nicolaus & ſui Ordinis, pro Nicolao tam deſudavi: & ſummas Deo rependo gratias, qui me tanto honore dignatus eſt; ut ejuſmodi beneficium ſuæ Eccleſiæ, intrepidus impertirer.

2. Poſt hæc, meum puto, lectoribus Actorum ſpecimen exhibere: eorum ſtylum, & dictionem: tum de Authore ipſorum accurate diſſerere: ac poſtmodum, de veritate, rerum, quas narrat, ſcribere. Ac demum de ſpuriis omnibus: quæ ad exemplum, & ad examen tantum produco (ut e vicinia lucis, magis tenebræ cognoſcantur) latius diſcutere, ut lectorem inſtructiſſimom præparem judicando. Deinceps etiam, quæ difficultates occurant, ſolvere. Ac poſtremo, num unus, an plures fuerint in Lycia, Sancti Epiſcopi nomine Nicolai. Ex his autem ad alia fiet gradus. Et primo, Deſcriptio dabitur Lyciæ illorum temporum, ut quæ ab iſtis abeſſe nequit: uti & Thronus Metropoliticus, ejuſque ſedes Epiſcopales & ſuffraganeæ: utque fieri poterit, ſeries, & Catalogus Myrenſium Archiepiſcoporum, Præſulumque ſuffragatorum; quos uſque ad ſeculum duodecimum deprehenderimus. Tum poſtea, ad coronidem tantæ rei; celebriorum judicia eruditorum, de Actis Nicolai, quæ habebantur. In eorum denique gratiam, qui delicatioris ſint ſtomachi in Rhetoricis; novam ex Actis veris (retentis plerumque eorum verbis & phraſi) vitam noſtri Sanctiſſimi Thaumaturgi: ſuperfluis, inordinatiſque reſectis, ad Regulas terendæ Syntaxeos, Elocutioniſque, breviter digeremus. Eam porro (ſi gratam noverimus) in calce totius Operis apponemus.

NOSTRORUM S. NICOLAI ACTORUM SCHEMA ET SYNOPSIS.

CAP. III.

1. SImpliciſſima eſt dictio noſtri Authoris: nec ipſe de elocutionis vernantia curat quidquam: cui oppido ſatis eſt, ut cum lectoribus, quomodolibet communicet ſua ſenſa. Non ſumma ergo ei, nec media, dictionis eſt elegantia; aut ſermonis ubertas, aut orationis aliqua eſt ſuavitas. Impolitus eſt: huicque totus incumbit: imitatus, ſecutus Dominum in Parabolis: Evangeliſtas ac Apoſtolos in rerum, & miraculorum narratione. Atque, ut hi Syriaca mente, & phraſi populari; ita ipſe ſtylo Aſiatico, & phraſi Lycia, fracta, & neglecta; pendenti methodo res exponit. Quæ cauſa, ut fatigatus ſim magis in verſione: dum, quoad fieri potuit, ſtomacho delicatulo, & veprium inimico; auribuſque teretibus (ad fidem tamen, verba rectificans dirigenſque) ſtudeo noſtri ſeculi: cui lubens merito me accomodo.

2. Barbare igitur ille quidem, utpote Lycius; & verboſior (quin tautologus, & battologus aliquando) ſæpe loquitur. Sed qui amant vera, non ſunt nimis anxii de leporibus Atticis, vel de Sophiſticis lenociniis, aliiſque eloquentiæ floſculis, cincinnis, & calamiſtris; aliiſque artis pigmentis. (b) Quæ quandoque, ut decoræ veſtes, & ornamenta, addunt nativæ gratiam pulchritudini; ſic ipſa etiam ornant, procul dubio, & illuminant veritatem: ſi vero deſint, ejus obſcurare nequeunt Majeſtatem. Compta, concinna, exacta oratio rapit aures: mentem vero & animam ſimplex amica veritas. Ac ille mecum, æquum non cenſuit, inventis frugibus, veſcendam tibi porrigere rurſus glandem. Qui namque cum Chriſto Domino, in arbore amant fructus; hi de foliis non admodum ſunt ſoliciti.

3. At enim vero, erat optandum pariter, ut magnos Athanaſios, Hieronymos, Palladios, Marcos, Cyrillos, Theodoretos, Eleuſios, Euſtathios, & ſimiles; ut Sancti, Antonius Abbas, Paulus primus Eremita, Iſidorus Alexandrinus, Porphyrius Gazenſis, Euthymius, & Sabbas Abbates, Simeon Stylita ſe-

(a) Beatillus, qui eis miſit omnia; & hæc data opera occuluit, ſuos fecit Socios, negligentes.

(b) *Major ambitioſa eloquentia mendacio, ſimplex Veritatis Fides.* S. Ambros. de Abraham Patriarcha, lib. 1. c. 2.

ta ſecundus, Theodorus Siceota, Eutychius Patriarcha Cpol., noſter Sanctus Nicolaus nactus eſſet exegetas ſuæ vitæ. Vir hujus ponderis, noſter author non tuit: cui tamen (utcumque ſcripſerit) maximæ agendæ gratiæ, quod pro virili tanta nobis ſervavit, nec ſeris invidit Poſteris. Aurum ejus, & margaritas; homo cordatus, & æquus rerum æſtimator; deterſo luto, purgatum ſeptuplum, Veritatis Aræ ſuſpendit. Reliquum; ampullis, & ſuſpicioſis amplificationibus, quas vitat maxime, parcit. Et quamquam tropis, & exornationibus ſit expers; pro iis tamen habet exacte tempora, circumſtantias, loca; & ſuparum mirificam conſonantiam. Quæ virtutes, omni laude, vel vitio ſunt majores.

4. Optandum præterea erat, ut quomodocumque, deſcripſiſſet, quibus virtutum gradibus, ſuam Climacem; quo ſudore, & quibus præliis; ſui, & ſuorum hoſtium victor Nicolaus; tantam perfectionem & ſanctitatem ſit aſſecutus. Interiorem nempe hominem; nec ei de exteriori tantum homine, eſſet cura. Aſt viri Dei, qui Spiritu Dei aguntur; ex exterioribus hiſce, interiorem hominem, facile & certo arguunt. Celant ſummo ſtudio Sanctiores occulta ſua: nec aliter Nicolaus, ſe geſſiſſe credendus eſt, ac præfati Sancti; de quibus fideliſſimi illi Authores narrarunt geſta. His autem exemplis, & monumentis, maxime proficiunt Chriſtiani; poſt eos Duces, in brevi, vel longo itinere hujus vitæ. Ut fortiter nempe, patienter, ac longanimiter reſiſtant, diabolo & pompis ejus: & ut aſſequantur ſimiliter Sanctitatem. Hæc planum, ſuave, & non longum iter docent vocatos, & electos in via Domini; & ut facilius in ſe erigant Templum Dei: incedentes, non per latam viam; ſed per anguſtum, & durum callem.

5. At noſter author, ab initio ad finem uſque, totus eſt in colligendo prodigia & miracula: iiſque corollam magnam indeſinenter intexit. In quo tres alios ſequitur Sanctos Evangeliſtas, pluſquam in Apoſtolicis Actis Lucam. At miracula, nos dumtaxat erudiunt, ea per Sanctos eſſe patrata; non autem nos, Sanctos faciunt. In admirationem rerum nos rapiunt, in ſtuporem: ad laudem & gloriam Deo reddendam provocant: amorem, venerationemque conciliant, quam maxime Sanctis illis. Sed calcar & ſtimulum non addunt, ut curramus, inſiſtamuſque Sanctorum Vitæ, quam ignoramus. Orbis Magiſtra Roma; poſt diutina expenſa Sanctorum merita, virtutes, & ſanctam vitam: Nempe poſt rigidum examen: Ut Sanctus ille, impedimenta viæ ſibi ſuſtulerit, hinc eam, rectam reddiderit, complanaverit: Ut ſuper firmam petram Timoris Domini, annoſæ quercui Charitatis Dei, & Proximi admota Scala; recta, vel per compendia, aſcenſurus ad Cœlum iter peregerit: Quæ ejus aſcenſum ſint remorata: Ut, & quibus artibus mundum vicerit: Ut a laqueis & periculis ſeculi, atque a Dæmonis fraudibus ſe expedierit: Ut per longa exorſa, ſe abnegato; per jejunia & cilicia; per pœnitentiam, & jugem Sanctam Orationem; ſeoſim induerit Chriſtum Dominum. Hinc contemplationis monte conſcenſo (quantum viatori licet) cum Angelis in terris, cœleſtem vitam peregerit. Ac tandem: Ut obitu, in vertice montium, in gloria ſit collocatus. Tunc enim, poſt tanta examina illius vitæ, & non antea, admittit Roma miracula; eorumque veritatem, & gradus; Criticen excutit ad libellam.

6. Author autem hic noſter (quod vere diſplicet, & fatemur) Sanctitatem ſupponit Nicolai; & raro, & obiter, ſanctificationis, & viæ illius verba facit: nec in ejus rebus, parcior eſt, quam, ut dixi, fuerunt Evangeliſtæ. Qui tamen Sanctitatis Authorem, nec poterant, nec debebant, ſi ſciſſent, dicere, ut profecerat. Recte ergo ſupponunt illa: & tamen ſæpe, quin ſæpiſſime, docentem, orantem inducunt Dominum, & provocantem ad ſanctitatem: hodegumque vitæ noſtræ præbentes illum. Noſter non tanta ſapuit, nec Heraclides fuit Lycius eloquentia; ſed pro modulo, a Sancto Spiritu ejus calamus ductus eſt. Attamen quid hinc facias? An idcirco ejus Theſaurum, præſertim ab ipſo Nicolao, ejuſque patruo deſcriptum, relictumque (ut videbimus) reſpuemus; quia ab homine Dei, æque ſimplici ac veraci, in teſtacea, non in argentea, vel aurea lance, nobis eum valuit reliquiſſe? Haud equidem, reor, eum reſpuet quiſquam ſanus. Boni, electique ad gloriam, deſpiciunt mundum, & ea, quæ amat mundus: haud curant ſeculi elegantiam, facundiam, rerum ſeriem ordinemque: quæ tanti æſtimant eruditi. Quid ergo mirum, ſi noſter Author, etiam ſic ſe geſſit, genuinus frater & diſcipulus Nicolai, & Archimandrita ſucceſſor in Monaſterio: qui Chriſtum unice ſequebatur; & cum Magiſtro fratreque ſuo, unum tantum olebat clauſtrum.

7. Hic, Artemas ille fuit, qui Commentaria Patrui Nicolai, & Nicolai noſtri, nepotis, quæ de rebus ſuis viventes, & iis mortuis alii conſcripſerunt (unde nec in eorum verbis, nec apud Artemam, ſui legitur aliqua commendatio.) Artemas, inquam, fuit is, qui iſto nomine nuncupatus, ita preſſe Sancti noſtri, fratris ſui, ac eorum patrui, hiſtoriam eſt ſecutus, ut Rapſodus potius & conſarcinator purus putus fuerit illorum documentorum, quam Author & Exegeta ejus vitæ. Rerum ipſe pars magna fuit, quas Nicolao noſtro major natu, viderat & tetigerat: ut qui præter mortem Nicolai, & funus; nullum aliud de ipſo amplius, aut de ejus miraculis & prodigiis, verbulum deinceps illius fecit. Quod indicio eſt evidenti, eodem anno, vel menſe funeris (ſummum altero) hæc Nicolai geſta, mente, ſermone Lycio, quo ſcripta erant, eum Poſteris conſignaſſe. Ac prima etiam, ut dixi, ſunt ejus patrui, quæ pauca reperit manuſcripta: quod valde notandum duco.

8. Is ergo Actorum, quæ eruderavimus, fuit Author: non quod ipſe ſuum præfixerit nomen operi. Tantæ namque fuit humilitatis, ut ſuum nomen non prodiderit, ubi gloria; diſerte vero aperuerit (ut Matthæus, ut Paulus, ut Ephrem Syrus, ut Auguſtinus) ubi ejus zelum retuderat Sanctus Pater. Juſtus, prior eſt accuſator ſui, inquit Salomon in Parabolis. (*a*) Quo nomine Matthæus, valde a beato Hieronymo commendatur; quod Matthæum ſe dixerit, (*b*) & non Levi; quo nomine eum cæteri Evangeliſtæ, ob verecundiam Publicani, appellaverunt. Ex multis attamen locis Textus, Artemam aperte quiſpiam, Authorem operis deprehenderit: præſertim hac noſtra face; quam ejus præferimus lectioni. Artemæ, ut fratris Nicolai, prima mentio a cap. 17. 19. 20. 21. 24. 31.

9. Atque

(a) Cap. 17. 18.

(b) Matth. c. 9. 19.

9. Atque hæc eſto, poſt ingenuam, & innocentem Cenſuram, prima Artemæ Apologia. Quo nomine, S. Artemam (quem e ſeptuaginta diſcipulis Chriſti, Epiſcopum Lyſtris impoſitum canunt Græci (in Menologio, trigeſima die Octobris) Paulus adjutorem operis, Tito mittit: ut ex cap. 3. Epiſtolæ ad ipſum conſtat. (*a*) Ejuſdem nominis eſt Artemas, qui ſecundo labente ſeculo, conflat hæreſim cum Coriario Theodoro. Sanctus martyr Artemas, cum aliis Cyzici, in Menologio (ad diem 28. Aprilis) memoratur, incerto Judice. Alios mitto Artemas (vel Artemios) ut Colophonium, jam tum a Magno Alexandro, (*b*) Artemam Præfectum Romæ, anno Chriſti 359., ut ex libro 17. Ammiani Marcellini: & Artemam, Ducem & martyrem ſub Apoſtata Juliano, anno 361., qui fortaſſe idem ac urbi Præfectus fuerit. Per ea tempora nomen frequens. Quæ eſt etiam illuſtratio & vindicatio ab ejus nomine; ne dum ab æquali, religioſo, diſcipulo, deuterario, & immediato ſucceſſore ejus in Monaſterio. Quod nomine Sanctæ Sion (cœleſtis nempe Hieruſalem) ſtatim ac noſter natus eſt Nicolaus; patruus Archimandrita Oppidi Acaliſſorum, impenſis, æreque ſuo, occepit, una cum Eccleſia ædificare.

10. Sequens Apologia, ſit a veritate rerum, exactiſque circumſtantiis, & fidelibus notis temporum: atque ab accurata locorum Chorographia; quæ cum aliorum hiſtoricorum, æqualium, ſeu viciniorum teſtimoniis comprobatur. Qua in re, Anacephalæoſim Vitæ Nicolai peragere, e re ducimus.

EPITOME ACTORUM HORUM.

C A P. IV.

1. NAtivitatis S. Nicolai noſtri Epocham, ex hiſce Actis, certam deducere nequimus: adſtruere attamen tuto poſſumus, ad extrema quinti ſeculi pertinere: ab anno quopiam, qui intercurrat ab anno Chriſti 470. ad annum 490. Natus eſt equidem quinto ſeculo, & in baptiſmate dictus eſt Nicolaus: quo nomine dicebatur, matris Nonnæ frater, Archimandrita Monaſterii S. Johaonis, oppidi Acaliſſi. Epiphanius pater, pagi cujuſdam in Regione Traglaſſorum, Phirina dicti, in agro poſiti prope Myra, quæ Metropolis erat Lyciæ; fuit incola, in eoque natus eſt Nicolaus. De nobilitate parentum, altum ſilentium; & alioqui, diſſuadet loci conditio: & num divitiis abundarent, an ſecus; Artemas non mutit. Ni velimus divites eos credere; & id inferre ex eo, quod ſuis avunculus impenſis; Sanctæ Sionis erexerit, dotaverit Monaſterium: tantis refertum opibus, ut poſtmodum noſter etiam Nicolaus; famis & peſtis tempore, tanta impenderit, in tot locis adjacentibus ſuæ Patriæ. Epiphanius, & Nonna, ſunt nomina, per ea tempora, per univerſam Græciam uſitata. Et qui quarto ſeculo, S. Epiphanii meminerit, Conſtantiæ Cypri Epiſcopi: & Nonnæ. matris Sanctæ Gorgoniæ; & S. Gregorii Nazianzeni patris; & Nonnæ, filiæ hujus ante Epiſcopatum; facile in his conveniet. His adde, Nonnos Epiſcopos Heliopoleos, Edeſſæ, & Orthoſiadis, per quartum & quintum ſeculum.

2. Nicolai nomen, erat tunc etiam frequentiſſimum: & in his quoque Actis, plures, præter avunculum Sancti; eo legimus decoratos. (*c*) Antiquiorem Nicolao Damaſceno, Syro Peripatetico, Hiſtorico, & Oratore Clariſſimo, Auguſti tempore & Herodum, alium non invenimus; (*d*) niſi apud Lucam in Apoſtolicis Actis, (*e*) Nicolaum advenam Antiochenum, ſeptem diaconorum electum ultimum. Ob Damaſcenum, prægrandes palmulæ, & panes maximi (teſte Athenæo, & Palladio) ab Auguſto dicti ſunt *Nicolai*. Semper enim quid magnum, deſignabat nomen hoc *Nicolai*. Poſt illa tempora, *Nicolao* (fortaſſe Præſidi) reſcribunt Diocletianus, & Maximianus A A; Conſtantio, & Maximiano Cæſaribus Coſſ. in Codice, De ſucceſſionibus, Lege 7., *Signata*, *Idibus Octobris*. Et hi Cæſares, ambo fuerunt Conſules, anno 294. 300. 302. & 305. Uno ergo ex his annis *Nicolao* illi reſcriptum fuit. Sub Licinio Auguſto & perſecutore, paſſi ſunt quadraginta milites, & martyres Sebaſteni, anno circiter 318., & eorum unus legitur nomine Nicolaus: (*f*) ex quo tot paſſim alii deinceps, dicti ſunt *Nicolai*. Nicolao iſti cum Priſco ſocio, ob eorum reliquias, Juſtinianus, tradit Procopius, Cpoli Templum poſuit.

3. Hinc *Nicolao presbytero*, anno circiter 404. plures epiſtolas ſcribit, dum erat exſul Chryſoſtomus. (g) Is erat monachus, & apud Zeugma Euphratis urbem, in Syria manebat, in Monaſterio Sancti Publii, Abbatis & Fundatoris. Alexandro Patriarchæ Antiocheno, anno 414., ſcribit S. Innocentius Papa Primus, per ſuos Legatos Paulum presbyterum, *Nicolaum* diconum, & Petrum Subdiaconum. S. Leo Papa Magnus, *Nicolao presbytero*, cui Vicariatum Illyrici præbuerat, ſcribit anno 449. Poſt ea tempora, plurimos invenimus floruiſſe Epiſcopos, nomine *Nicolaos*. Ut puta, Acaraſſenum, Stobeoum, Strobienſem, Balburenum, Cauneoſem (Archidiaconum etiam inter eos) Epiſcopos omnes Lycios, ſub Romano Myrorum Metropolita: qui omnes cum eo ſubſcribunt Chalcedonenſi Concilio Oecumenico, anno 451. Tunc etiam natum oportuit Myrorum Archiepiſcopum Nicolaum, qui noſtri floruit tempore Nicolai: de quo nulla alibi in Conciliis, aut in aliis antiquis Authoribus mentio, præterquam in Actis his Nicolai. Eſt & Nicolaus Epiſcopus Rhodiopolis. qui anno 518. Concilio Cpolitano ſubſcribit. Somnium enim eſt, quiſpiam nomine Nicolaus, qui Myrenſis Archiepiſcopus (iſque noſter Sanctus) Primæ Nicenæ Synodo ſederit anno 325. inque ea ex zelo, Ario alapam impegerit (quæ fabulatores ultimi ſunt commenti) ut & ſuos Nolæ, ab hoſpite Aſinos obtruncatos, ſuſcitatos a Nicolao: Iter falſum; ridenda fabula.

4. Sed Acaliſſus aberat quidpiam a Pharrois; hinc eo profectus cum aliis Epiphanius, e ſorore Nonna natum puerum, Nicolao avunculo nuntiavit. Θεῖος Græce, magis *avunculum* ſignificat, quam *patruum*: ſed in ejus verſione, noſ eum, cum communi ſententia, *patruum* deſignavimus. Tum monuit, quod in pelvi, dum lavabatur infantulus, Dei virtute, ſtetit rectus ad horas duas. Seu, ut anno 1087. Lycius

cuſtos

(a) Ad Titum Cap. 3. ὅταν πέμψω Ἀρτεμᾶν πρός σε. *Cum miſero ad te Artemam*.
(b) Plutarch. in *Alexandro*.
(c) Cap. 2. 3. 11. 2. 25. 30. 32.
(d) Fl. Joſephus Antiquit. Judaic.
(e) Actorum 6.
(f) In eorum teſtamento, quod apud Lambecium legitur, in Bibliotheca Vindobonenſi.
(g) Epiſt. 53. 68. 115. 146.

Digitized by Google

cu'tos Sepulchri Myris, ex Actis iſtis tradidit: *Cum balneatetur; dimidia fere bora, nomine ſuſtentante, rectus in pedibus ſuis ſtetit.* (*a*) Veriſimilius iſte habet: auxeſis placuit illi, qui antiquius hæc Acta eſt interpolatus; voluitque beatum puerum, ſemper quarta, & ſexta feria per annum (de more Eccleſiæ Orientalis) a lacte matris abſtinuiſſe. Ad hæc præterea adhuc quæro, an ſui poterant, ad duas ferme horas, neonatum, nudum in pelvi (& qua parte anni, ſi fuit hyems) conſiſtere, & ſubſtinere? Sed non infrequens, in magnos puteos decidere magnas ſitulas; & difficillime expiſcari.

5. Glorificatum iri ab infante Deum, illo in loco, prophetat patruus. Puer a matre & patruo, piiſſime educatus; ſeptennis traditur literis addiſcendis: qui mox, Divino Spiritu prædocente; ut primum ad ſcholam ventitat; ſtupente magiſtro, declinat nomina, eaque ſyllabatim etiam conſcribit. In quæ, cum Ambroſio debemus dicere: *Quæ ſupra naturam, ſupra ætatem, ſupra conſuetudinem fiunt; non humanis aſſignanda virtutibus; ſed divinis referenda ſunt poteſtatibus.*

6. Sed rei epocham & tempus, hic figere opus eſt, quandoquidem Artemas ea ſiluit; ne errantes deinceps, perpetuo procedamus. Illudque in primis eſt ſupponendum, exacta ætate, Nicolaum noſtrum, die ſexta Decembris anni 551. obiiſſe. Quot annos huic ſilicernio tribuemus? Ultra hos quinquaginta & unum ſexti ſeculi; ſi ei alios 20. demus ſeculi quinti; jam natum eum dicemus; anno circiter 480., & denatum anno prædicto 551. ætate exacta annorum ſeptuaginta duorum. Potuit autem etiam vixiſſe annos ſeptuaginta novem, & naſci anno 475. Sed nos in incerto, contenti ſumus anno 480., ut ejus Vitæ deinceps, Chronotaxi, utamur ſecuriori. Hoc pacto; pueri ſeptennium, concurret cum anno 487. quo Scholam incipit ventitare: & dum in literis proficit; occurrenti Nonninæ (mulieri ſui pagi) quæ pedem habebat aridum, ſigno Crucis Nicolaus, & Sancti virtute Spiritus, reſtituit ſanitatem. Hoc ſecundum initium miraculorum Theodidacti Nicolai.

7. Tum patruus admiratus ejus virtutes, & amorem quo Deum ſuum, puer proſequebatur; ad ejus intuitum, Myrenſi Archiepiſcopo Nicolao preces obtulit, ut Oratorium in Pharrois, ſibi condere indulgeret. Obtinet: & ut eo nomine appellaret, quo ipſe vellet: hinc illi, Sanctæ Sion nomen impoſuit. Interea, dum creſcit Spiritu & Sapientia ſanctus puer, & Eccleſia perficitur; Cononi presbytero (præfecto ſubſtructioni) patruus imperat, ut puerum Myra adducat, ad Archiepiſcopum Nicolaum, & Lectorem, oret, ut eum ordinet. Ætas autem ordinandi Lectoris, decennium ſaltem fuerit: & ita hæc acta, anno 490. in Metropolitana Eccleſia Sanctæ Irenis, in Sacello Sancti Martyris Nicolai; illius cum Priſco e quadraginta, ſub Licinio Sebaſtenis. Tres Nicolai: Martyr, Archiepiſcopus, & puerulus: & rogans, patruus Nicolaus; ut quaternitas impleatur. Denſa nubes Nicolaorum. Poſthæc idem Archimandrita, deſcendit Myra: & nauclerus quidam Menas, Ægyptius ab Aſcalone, auditis, quæ de ipſo prædicabantur, eò venit: atque in eodem Sancti martyrio Nicolai, nactus hominem; ut audiit ipſum cogitare de locis Sanctis; ſuum ei navigium offert ad iter illud. Acceptat Archimandrita: cum ſuis vadit, ſolutoque voto, redit in Lyciam. Et num ſecum duxerit puerum Nicolaum, ſiletur: quod mihi ſignum eſt evidens, nepotem (de quo totus eſt & ſermo, & hiſtoria) ſecum a patruo, illuc non eſſe adductum. Reverſus ergo, ſubſtruere, ad Oratorium Sanctæ Sion incipit Monaſterium: multaque ei per angelum nunciantur de illa domo, & de puero Nicolao: Tum mortem obit, & ſepelitur in Sancti Johannis Monaſterio, poſt Sabbatium Abbatem, in oppido Acaliſſi; eique Leo ſuccedit Archimandrita.

8. Poſt mortem patrui, quod jam creverat Nicolaus, eique a Spiritu Domini, Sanctæ Sion concredita erat cura; occepit novellus Archimandrita, & primus Abbas illius Monaſterii; ea ſigna & miracula paſſim agere, quæ hinc toto Opere narrat Artemas. Eundem autem oportet credere, tunc exegiſſe triginta annos, ut presbyter eſſet, Archimandrita: etſi diaconos quoque, nonnullos fuiſſe Archimandritas, compertum ſit. Sed nos ſequimur, quod frequentius uſuvenit. Tricennio namque expleto, ſecundum Canones, presbyteri, tunc chirotoniam aſſequebantur. Anno proinde 510. circiter, Nicolaus ſit presbyter ordinatus: ab Archiepiſcopo Theodoro, putem, qui Nicolao ſucceſſit. Hæc ſilet Artemas; etſi pluries, presbyterum eum innuat; ſed expreſſe tum narrat, capite 28., dum poſt vitam exactam *in preſbyterio*, recitat, Epiſcopum ordinatum. Sed quoniam ſignorum, & miraculorum longam ſeriem, ordinem, loca, & tempora ſervant Acta: nobis per anacephalæoſim hic placet, brevi manu eadem recenſere.

9. Modo namque Nicolaus ſanat infirmos, modo liberat dæmoniacos: nunc aridos, reddit ſanos; nunc ſterilibus donat filios. Alibi fontes perennes aperit; cæcis alibi viſum reddit. Hic maris tempeſtates prævidet, atque ſedat; ibi panem & vinum ſæpe multiplicat. Mox multos pagos, ſatiat fame oppreſſos. (alter ut Benedictus, qui anno 538. a fame Italiam liberavit) mox cernit, & terret dæmones, & mortuum vitæ reddit. Aliquando ipſi, etiam bestiæ obediunt; & ære ſuo nonnumquam, ruinoſis Eccleſias renovat alienas: ad hæc Beatæ Virginis monitu, Eccleſiam ei a fundamentis erigit. Pluries angeli ei apparent, & ſecreta cœleſtia revelant: ut & peſtem bubonis; (*b*) pro qua, concredita ei a Domino ſalx eſt Lyciæ. Inter alias viſiones, cernit angelum, qui ſe Michaëlem Archangelum eſſe aperit, qui ei quotidie miniſtraret. Neocæſarienſis S. Gregorius de ſe narrat, ſe ex materno utero, & ab infantia, dignatum angelo tutelari. (*c*) Tota denique ejus vita; angelica puritas, mali neſcia, & puro corde; in Deo, in cœlis continua converſatio, & ſilentium inter homines. Dum interea in ſervitutem corpus, cum Paulo redigebat: cum bipenni in ſylva, cum ligone in agro, & in vinea excolenda; humilem etiam, ſordidam & laborioſam artem cœmentariam non omiſit. Peregrinorum tandem ſuſceptor, ipſe bis peregrinus in Palæſtinam & Sancta loca; ut ferventius, & utilius vitam & paſſionem Domini contempletur. Atque hactenus eſto Epitome.

(a) Vide infra, pag. 249.

(b) Hæc tremenda peſtis (juxta Valeſium, cui ſubſcribo) accidit anno 542. cum Nicolaus erat annorum 62.

(c) Tillemontius tomo 5. pag. 319.

IN QUO POTISSIMUM SANCTITAS NICOLAI?

CAP. V.

1. IN ſimplicitate, & innocentia ſumma cordis, io Nicolao; maxima effulſiit manſuetudo: & in iſta, maxima in Deum charitas, & in proximum propter Deum. Quo, veræ humilitatis & ſanctitatis exemplar fulgidum, omnes indiſcriminatim, narratur benigniſſime excepiſſe: præſerim in regimine Monaſterii. Quamobrem per Lyciam univerſam, finitimaſque Provincias, Cariæ, Pamphyliæ, Piſidiæ, Phrygiæque: & per longinqua Ægypti, & per Palæſtinas, eſt merito jure famigeratus, ob beneficia, & ſanctitatem. Ad tantum autem pervenerat culmen perfectionis; ut mitiſſimus, iraſci; quamquam provocatus, in ſubditis neſciret; (a) in fine ſui presbyteratus; viſione divina, territus magis; quam recreatus; mox Pontificali ſit Inſula exornatus. Brevi namque a Philippo, poſt Nicolaum & Theodorum, Myrenſium Metropolita; Myra accerſitus; Epiſcopali Pinarorum Cidari exaltatur.

2. Non datur autem triumphus ſine victoria, nec victoria ſine pugoa, nec pugna aliqua ſine hoſte. In hoſte igitur, io pugna, in victoria eſt Triumphus: & ex meoſura & merito hoſtis, qui victus eſt. Sanctorum ergo merita, ad menſuram taotum, & ex oppoſito devicti hoſtis; vitii ſcilicet, mundi, & carnis, ponderaotur; & ſine iis non dantur in Cœlo Sancti. In Nicolao devictos hoſtes neſcimus (niſi pro iis Dæmonas ſuppooamus) quia eos ipſi Artemæ placuit obliviſci. Sed ex miraculis; ejus merita recte arguimus: & inde magna ab eo geſta bella, cum æteroo Sanctorum hoſte; victorias ex eo relatas: inde ſemper virtutes auctas: & modo Triumphum gloriæ præclariſſimum, a Deo juſto Judice meritorum, & remuneratore laborum omnium, Nicolao collatum, deducimus indubia deductione. Ex hinc autem, quod Urbs Pinara, & innumera loca Lyciæ, quæ in his Actis memoraotur, pluribus ſint ignota, eaque nos deinceps; ſæpe ſæpius oporteat meminiſſe; cuncta Provinciæ Lyciæ (quæ hodie *Menteſeli* dicta, omnium eſt abjectiſſima & miſerrima, ſub Imperio Othomannico) & finitima ei loca; ne perpetuo, velut in tenebris erret Lector; deſcriptiooem ejus, ipſorum face, e reducimus adornare. Quo facto, fiet, ut hæc Provincia iterum illuſtretur, & urbi cuique vicina loca, quaque plagula, ut poterimus, aſſignentur. Ipſa ſiquidem, ſub oculos integrior, exponetur, quam apud Strabonem, Plinium, alioſque; in multis locis, pagis, oppidis, Urbibuſque, quæ apud ipſos deſiderantur.

DESCRIPTIO LYCIÆ.

CAP. VI.

1. LYcia, Aſiæ minotis Regio, a meridie mari mediterraneo, ſeu Lycio: a Septentrione Phrygia: ab ortu Piſidia, & Pamphylia: & ab occaſu, Caria terminatur. Regiones, quæ eam cooſtant, ſunt Aidiniæ, Andronici, Cabaliæ, Myliadis, Sabandi, Traglaſſi, Valo. Mootes in ea, Dædala (Lycia ab eo incipit) Anticragus, Cragus, cui Chimæra, affingitur, aliique montes ignivomi; Maſſicites, pars Tauri; Olympus, Caſius, Climax. Flumina, Xanthus, Tlos, Limyrus, Aricandus, Catarractes. Promontoria, Cragus, Telmiſſus, Sacrum Promootorium (Hierapetra) quod Chelidonium etiam dicitur. Sinus totidem. Urbes maritimæ, Crambuſa, Olympus, Phaſelis, Phellus, Antiphellus, Patara, Andriace (portus potius) Araxa, Apyra, ac Telmiſſus. Mediterraneæ, Myra, Arnæa, Placoma, Arnabanda, Acaraſſus, Traglaſſus, Plenium, Tlos, Xanthus, Caunus, Podalia, Choma, Zenopolis, Adæſa, Cyanea, Aſcandalis, Amelas, Noſocopium, Telanoros, Pinara & Didyma ad montem Caſium, Lymira. Montanæ, Simene, Gage, Corydalla, Rhodiopolis, Candiba, Œnoanda, Balbura, Bubon.

2. Longitudo litoris Lycii, Straboni (nam ſilet Plioius) ſtadiorum eſt, 1720., ideſt paſſuum mille & 220. Is viginti & tres, Lyciæ Urbes tribuit: verum de iis loquitur, quæ ſuffragii jus habebant. Artemidorus Epheſius, ſex maximas in Lycia recenſet Urbes; Xanthum, Patara, Pinara, Olympum, Myra, Tlon; ſitam in montis tranſitu, verſus Cibyram. Infra Cragum (qui octo ignivomos habet vertices; & urbem ſibi cognominem) jacent Pinara: quam unam de maximis Urbibus Lyciæ, etiam Strabo, teſtis eſt Plinius: Deinde Patara, & quæ Lyciam finit Telmiſſus. Plinius ab ortu, Strabo ab occaſu Lyciam incipit deſcribere. Paulo ſupra Xanthum fluvium, erat Latonæ Templum; & 60. ſupra id ſtadiis (ideſt 7. millia & 500. paſſus) Xanthus Urbs. Poſt Xanthum fluvium, Patara a Pataro conditore; portu, & multis Templis inſtructa. Deinde Myra, 20. ſtadiis (2. millia, & 500. paſſus) ſupra mare, in excelſo colle. Demum interjacent in hoc mari, ad Promontorium Chelidonis, tres inſulæ aſperæ, & magnitudine fere æquales; quinque inter ſe; a continenti ſex ſtadiis diſſitæ: quarum maxima eſt Ciſthene, cum ejuſdem nominis urbe, & portu, navium appulſui ſatis commodo. Andriace, Myrorum potius navale fuit, quam oppidum. Urbecula igitur habebatur, ſed nunquam Epiſcopalis. Reliquum, civitates in Lycia erant triginta ſex, ætate Plinii, & paulo poſt, ætate Julii Pauli Juriſconſulti: ut hi metipſi teſtantur, Chriſti primo & ſecundo ſeculo.

3. Hæc ex antiquis Authoribus, de Lycia, eruuntur. Aſt e noſtris, quæ damus, Actis, multo plura habeotur loca, quæ ſucculentiorem referant ejus faciem. Eſto igitur ea prodam (omiſſis Myris, Arnæa, Andriace, Placomate, Arnabanda, Zenopoli, Œnoanda, Pinaris, Adeſa, Acaraſſo, & Plenio, quæ habebamus) in gratiam curioſi, & in ornamentum hujus Præfationis:

IN REGIONE TRAGLASSORUM.

Pagus ejuſdem nominis, cum Eccleſia S. Archangeli Michaëlis. Cap. 1. & 4.

Pharroa, vicinum oppidum, ſancti patria Nicolai. In eo erectum poſtea *Oratorium ac Monaſterium*, ad nomen *Sanctæ Sionis*. Cap. 1. & 30.

Mons dictus *Cæſar*, ad Arnabandam. Cap. 27. & 23.

Præſbeus pagus. Cap. XI.

IN REGIONE ANDRONICI.

Triſtomum ad mare, Andriaces vicinum. Cap. 12. & 16.

Mons Chelidonis, prope locum, qui dicebatur *Phœnicis*. Cap. 16.

IN

(a) Innuitur ipſe Artemas, dum ſuperbit, cap. 19 21.

IN REGIONE, SEU TRACTU SABANDI.

Pagus ejuſdem nominis, *Sancti Eccleſia Gabrielis*. Cap. 18. & 26.

In Plenio, vicino Traglaſſo, *item Eccleſia Gabrielis*. Cap. 23. & 28.

Carcabus, pagus tenuis. Ibi *item Eccleſia S. Archangeli Michaëlis*. Cap. 24.

Cauſæ, pagus tenuis, adjacens Carcabo. Cap. 24.

Neocomus, vicinus pagus. Ibi *Eccleſia S. Archangeli*. Cap. 24.

Partaëſſus, vicinus pagus. Ibi *Eccleſia S. Apphiani*. Cap. 25.

Symbolum, vicinus pagus. Ibi *Eccleſia S. Archangeli, & Demetrii*. Cap. 25.

Nautæ, vicinus pagus. Ibi *Eccleſia B. Mariæ Virginis*. Cap. 25.

Scrina, vicinus pagus. Ibi *Eccleſia S. Irenis*. Cap. 25.

Trebendæ, vicinus pagus. Ibi *Eccleſia S. Archangeli*. Cap. 25.

Caſtellum, vicinus pagus, in via & deſcenſu a Pharrois, & Monaſterio Sanctæ Sionis, ad Myra. Cap. 25. & 26.

Æmaliſſe, ſeu *Carmileſſus*, vicinus pagus. Ibi *Eccleſia Meliſſes*. Cap. 26. A Sabando huc uſque, interrupto itinere 25. dierum, cum elemoſynis, viſitavit hæc loca Nicolaus.

Damaſus, pagus. Cap. 26.

REGIO, SEU TRACTUS VALO, ad Œnoandam. Cap. 27.

Sereœta, oppidulum. Cap. 28.

Croba, pagus. Ibi *Eccleſia S. Archangeli*: quo deſcendit Nicolaus, dum erat Epiſcopus a triennio. Cap. 29.

Cypariſſus, viculus. Cap. 29.

Nicapo, viculus. Cap. 29.

Sibinus, pagus. Cap. 30.

Cendemum, pagus. Cap. 30.

Edraſa, pagus. Cap. 30.

Anabus, pagus. Cap. 30.

Ad militem, viculus. Cap. 30.

Olci, pagus. Cap. 31.

Umba, viculus. Cap. 31.

4. Hæc omnia tunc florebant, erantque contermina, & vicina Myris, & veluti ſpecialis Parœcia, Metropolitæ totius Lyciæ. Myra autem, civilis etiam fuit Metropolis Provinciæ, tempore Ethnicorum. Ibi Lyciarcha reſidebat, & poſtea Præſides. Pro Lyciarcha, poſt Chriſtum, Archiepiſcopus eſt ſuffectus. Myra, Xanthus, Patara, Œnoanda, multa & dira, a Lentulo paſſæ ſunt: teſte Appiano, Civilium lib. 4. Paulus Apoſtolus, dum vinctus mittitur Romam, deſcendit Myra in Lyciam; ut Lucas tradit Actorum Cap. 27. Andriacem puto, Myrorum portum. Patara quoque eſt celebris, caſibus S. Silverii Papæ & martyris; tempore noſtri Nicolai, anno 535. vel 536. Ubi, quæ geſſit pro eo, zelotes Licinius loci Epiſcopus, & quam ei tulit opem apud Juſtinianum Auguſtum; vide apud Liberati diaconi Carthaginenſis Breviarium cap. 22. Is tunc anno 535. Romam, Carthaginenſis Synodi Legatus, profectus eſt. (a)

5. Si quis autem hic plura de Lycia noſſe cupit; breviſſime ita dicimus. Lycia, Strabonis tempore erat libera. Prius vero, poſt Mitridaticum bellum, libertate adempta, eam Romani Rhodiis tribuerunt. Tum Perſei cauſa, ademptam Rhodiis, ſui juris & liberam, non immunem tamen eſſe juſſerunt, ſed vectigalem. Ardente bello civili, a M. Bruto graviſſimam cladem accepit. Sed M. Antonius Triumvir, Lyciis conceſſit immunitatem. Anno U. C. 796. Claudius, ob mutuas inter ſe diſcordias, & ob Romanorum quorundam cædem; iterum libertate ipſam privavit. Sed, ut dictum, Strabonis, & Auguſti tempore, denuo reciperat libertatem. Tandem in Provinciæ formam, eam redegit Veſpaſianus: & ſic perpetuo libertate privata eſt.

6. Sed Plinius Olympum Urbem, amplius non eſſe; fuiſſe dicit, & ex ipſo natas, Gagem, Corydallam & Rhodiopolim: *Olympus ibi fuit: nunc ſunt montana, Gage, Corydalla, & Rhodiopolis*. Et hæc revolutio nos invitat, ut Eccleſiaſticam quoque Lyciam illuſtremus: eoque pacto, ut quot urbes, & quoque ſeculo Epiſcopalem Cathedram: & qui Epiſcopi, quique illius Eccleſiæ fuerint, per ordinem oſtendamus. Hæc autem hic importuna; in calce hujus Præfationis, Pinaræ beneficio, habebuntur; a Myris metropoli incipientes. Nos etenim plura habemus, ex quibus antiquas Lyciæ Eccleſias, & Epiſcopos exploremus. Gratum ſic credo, & novum moliri opus; ad honorem Dei, noſtrique Sancti: & ad guſtum eruditorum, quibus particula hæc ſubjicitur, e noſtro majori opere, cui Titulus, *Sacer Oriens*. In calce, inquam, hujus Præfationis hæc collocabimus.

NICOLAI GESTA POST ASSUMPTUM EPISCOPATUM, EJUSQUE OBITUS.

CAP. VII.

1. UT Philippus Metropolita, in prædictam Pinarorum civitatem, noſtrum miſit Epiſcopum Nicolaum; poſt tres annos Artemas (nequid diſſimulem, quod mei non eſt candoris) primum Nicolai acceſſum ad eam urbem, ut iniret ejus poſſeſſionem: atque uti ab ſua Eccleſia exceptus ſit, nullus dicit. At hoc erat: hoc in primis eſt neceſſarium: & quo in ſtatu invenerit Eccleſiam ſibi impoſitam: ut quid novus Epiſcopus, & tantæ ſanctitatis & zeli, in ea ſit operatus non lateret. Omiſſam hanc primam & magnam, Paſtoralis ſollicitudinis partem; & in tanto onere ſubeundo; & miracula & beneficia, a Nicolao, primitus ibi facta. Quæ Deus ei contulerit, ad conciliandam magis viro ſanctiſſimo authoritatem, reverentiam; amoremque novellæ ſponſæ: quæ tunc (ut cum Strabone vidimus) civitas erat maxima, præſertim unita Didymis. Hæc, inquam, etenim, nullo pacto reor, Artemam reliquiſſe, aut relinquere potuiſſe. Putem potius, hæc omnia, ſummo fato omiſſa, & ita deperdita; dum dormitans antiquior Amanuenſis exſcripſit; & ea cuncta ſupergreſſus, volitans oculus dereliquit. Damnum hoc, eſt irreparabile, & lugendum maxima; quod alium horum Actorum Codicem (ex ſumma Myrenſium malitia) non habemus. Deplorato itaque hoc naufragio, nec Artemam

(a) Liberatus loco citato, pag. 391. *Favore Beliſarii, ordinatus eſt Vigilius; Silverius autem in exſilium miſſus eſt, in civitatem Provinciæ Lyciæ, quæ Patara dicitur. *Sed Silverio veniente Pataram; Venerabilis Epiſcopus civitatis ipſius* (tunc ibi ſediſſe Licinium conſtat) *venit ad Imp.* Juſtinianum, *& judicium Dei conteſtatus eſt, de tanta Sedis Epiſcopali expulſione. *Quem audiens Imp., revocari Romam Silverium juſſit; *& ut reſtitueretur ſedi ſuæ.*

mam criminati (ut quem, eſt prorſus inveriſimile, ſaltem ob miracula, hac neglexiſſe) opus eſt, ut hic nobis dehiſcat terra; & hiatus fiat, quin vorago; in quam cogimur vel immergi; vel ſaltare (quod non fert animus) tantum barathrum. Et hoc unum eſt, pro magno ſolatio, interrogare; Num, quæ de templis, & illo vulgato Dianæ in primis, Methodius narrat, & Metaphraſtes; ſint ad Pinara, pro Myris, & Patara, referenda? Ad Xanthi namque ripas, erat quoque Latonæ Templum. Et an hic alia egit Sanctus, quæ in hoc etiam lacu Curtio demerſa ſint?

2. Hoc igitur pacto, emenſi Hercynium ſaltum; ad tertium ferme annum, poſt ſuſceptum a Nicolao, Pinaræ Epiſcopatum; eum Artema accedimus enarrandum. Tunc enim Virgo Sanctiſſima, & mater Domini, ei apparuit, locumque oſtendit (etiam menſura tradita) in quo ſibi juſſit, ut ab eo Eccleſia erigeretur. Profectus ipſe, & dimenſus ſolum; nec deterritus contradictione, cleri & populi loci illius; emit aream, & ære ſuo a fundamentis erexit Templum, ac dedicavit, ornavitque in honorem beatæ Virginis. Tum redit in Monaſterium, & poſt pauca, deſcendit in Croba, in Eccleſiam Sancti Archangeli. Ibi energumenum e vico Cypariſſi; tum aliam, e pago Nicapo ductam ad Monaſterium, liberavit. Recurrebat autem tunc tempus ſanctorum jejuniorum; adeoque annus quartus ejus Epiſcopatus: in quo, ad ſuum, adducto arido Monaſterium; reſtituit ſanitatem. Hic e vico Sibino erat: alius e pago Cendemorum: tertius ex oppido Arnabandæ, dæmoniaci liberati. Ab Edraſis tunc venit in Monaſterium, mulier, ab annis viginti & octo, ſterilis: & cum Nicolaus tunc eſſet Myris, deſcendentibus conjugibus, ad Anabum occurrit. Porro ſignatis illis; crucis ſigno, promiſit filium. Reapſe, in Paſchatis feſto ſequentis anni; cum matre filio venere: quem Nicolaus baptizavit, & ad ſacram pelvim ſuſcepit. Ad eum namque, ad Monaſterium, genitores, pro impetrato pignore, & pro reddendis ei gratiis adduxerunt. Et hoc pacto, Epiſcopatus Nicolai, annus excurrit quintus.

3. Porro tunc, anniverſarius dies obitus imminebat patrui Nicolai. Hunc *Propatorem*, & *Progenitorem* appellant Acta; quia ſanctæ Sionis & Monaſterii *Fundator*; & erat *patruus* Nicolai, quem habebant, ut *genitorem*. Sane celebritatem illam, & panegyrim mortualem; Græci dicunt *tempus Roſſaliorum*. Et Nicolaus his celebratis; ad Synodum (puto Septembri menſe) deſcendit Myra: ibique orans, & venerabilibus fruens Patribus; illique Sanctæ in Chriſto Synodo commíniſtrans; (*a*) ſalutatis omnibus, & omnibus data pace; in ſuum Monaſterium eſt reverſus.

4. Poſthæc Nicolaus infirmitate mortali correptus eſt: & quamquam jacens in ſuo lectulo, Deo depoſitum traditurus; lunaticam Eugeniam, e vico Oleorum adductam liberavit. Ut autem vixit, ſie eſt mortuus Nicolaus: ſicut enim in Actis eſt; precatus *Deum*, *ut præter ſuum cuſtodem angelum; congruum ſanctorum angelorum præſidium*, *ſibi juberet mitti*; *qui ſuum depoſitum expectarent* (inter hos fuerit Sanctus Michaël, qui jamdin ei dixerat, ſe ipſi quotidie miniſtrare) ſanctiſſimam *animam in Sanctorum Archangelorum manus*, *qui ei apparuerant*, *in pace emiſit*. Adſtitiſſe funeri Artemam narrant Acta (quem *reverendiſſimum presbyterum*, *& Archimandritam* appellant) ac præterea *Nicolaum Archidiaconum & Vicarium*: *præſente diacono & Cellarario Nicolao*, cunctiſque fratribus, qui in Sancto ejus Monaſterio commanebant. Cum Artema jungit *Hermam presbyterum*, Neapolitanus ille clericus, Johannis diaconi perſonatus, qui hæc eadem enarravit. Et forte an hoc erat in Actis noſtris undecimo ſeculo, cum ille anonymus ea legit. In quo videtur notandum, alios tantum ſolitarie dixiſſe *fratres*; Artemiam vero, & Archidiaconum Nicolaum, Vicariumque ſuum (non Monaſterii quidem, ſed Pinarorum) *genuinos ſuos* dixiſſe *fratres*: τῶν γνησίων αὐτοῦ ἀδελφῶν: quod ni fallor, innuit *fratres carne*. Duos autem fratres, nomine Nicolaos, inveriſimile. Artemas ergo *major natu*, Sancti fuerit vere carnalis frater; alter hic Nicnlaus, fuerit *patrualis*.

5. Orto hinc magno clamore ac fletu (ut par erat) ex Umba vicino pago, Hermæi filius, diaconus venit Paulus: qui poſtquam omnes eſt conſolatus, deſcendit Myra, in occurſum Philippi, Urbis Epiſcopi Phellitarum, qui ad Nicolai exſequias veniebat: unaque cum eo aſcendit ad Monaſterium. Iſque pro defuncto collega, pſalmodias omnes, & lectiones abſolvit, ſicut pro Epiſcopis, canones præceperunt. Obitus diem expreſſe deſignant Acta: *menſe Decembri*, *die ſexta*, *feria quarta*, *indictione decimatertia*, *Juſtiniani Imperatoris*, *anno decimo octavo*. Pro his citat Methodium Beatillus; pro *Juſtiniano* Conſtantium dicit; & pro die ſexta Decembris, *feria ſexta* Nicolaum defunctum eſſe. Quæ oppido non ſunt vera, nec Methodius illa adſtruit. Non diſſimulo: inter ſe, etiam hæ notæ temporum, non cohærent. Sexta dies Decembris, & *quarta feria*, inveniri non poſſunt, in *decimatertia Indictione*, & cum anno *decimo octavo Juſtiniani*.

6. *Feria quarta*, *ſexta Decembris die*, invenitur in annis 545. 551. 556. & 562. Sed annus 45. concurrit cum anno 19. *Juſtiniani*; & *nona indictione*. Annus 551. concurrit cum anno 25. *Juſtiniani*, & *indictione decimaquinta*. Annus 556. concurrit cum anno *trigeſimo Juſtiniani*, & *indictione quinta*. Et annus 562. concurrit cum anno *trigeſimo ſexto Juſtiniani*, & cum *undecima indictione*. A quibus, Actorum noſtrorum notæ diſcrepant ſemper. Corrigendi ergo ſunt anni Juſtiniani, & indictionum. Inclino ad annum 351., in quo facilius erravit amanuenſis: pro indictione *ιε*. (XV.) ad Decembrem, ſcribens *ιγ'*. (XIII.) & pro annis Juſtiniani *κε* (XXV.) ſcribens *ιη* (XVIII.) Et ita reapſe factum in noſtris ſit: & cuncta procedent recte. Sexta Decembris die, feria quarta, indictio decimaquinta, vigeſimo quinto anno Juſtiniani. In Actis ipſis Conciliorum, & præcipue in quinta Synodo Œcumenica, habita Cpoli, proximo anno 553. ſæpe hæc ſphalmata, editores illarum notant, tanquam corrupta vitio amanuenſium.

7. Atque hujuſmodi Nicolaus, qui quinquennium geſſit Epiſcopatum; ſuſceperit illum, anno 547. (poſt luem illam, interpolatam, annorum 52., quam alii cum Pagio, ad annum figunt 541., alii cum Valeſio, ad annum 542., alii ad annum 543., alii cum Baronio ad annum 544.) depoſuerit vero Epiſcopatum, mortuus anno 551. feria quarta, ad diem

(a) Hæc illa forte Myrenſis Synodus, habita ob cauſam trium Capitulorum: Ne ſcilicet, quidquam de iis (Juſſu Romani Pontificis) decernerent, uſque ad Concilium Generale; quod factum anno 553.

Digitized by Google

diem ſextum decembris (quo die adhuc colitur, a Græca, & Latina Eccleſia) cum agebat ætatem annorum 72. Interim nemo ſcribitur, e ſua Pinarorum Eccleſia, veniſſe, ac interfuiſſe funeri ſui Epiſcopi: quod mirandiſſimum eſt ſilentium: par certe (& echus veluti) primo illi, de nullo acceſſu, capta poſſeſſione, reſidentia, ac regimine ſuæ Eccleſiæ. In his, tanta accuſanda incuria, & caſtiganda; cum in depoſitione ejus, eſt ſumma cura. *Depoſitum* (inquiente Artema) *ejus corpus, in ejus Eccleſia Sanctæ Sion, ubi reliquiæ S. Johannis Baptiſtæ aſſervantur, & S. Stephani protomartyris, & S. Theodori* (illius dicti *Sanctificati*, diſcipuli S. Pachomii) *& ſanctorum martyrum Sergii & Bacchi, ac ſanctorum martyrum quadraginta Sebaſtenorum; in cubiculo dextero fœminarum, ad hujus dexteram collocatum.*

8. Sane ad hoc ſilentium, non habeo quid reponam. Artemam reticentiæ incredibilis non accuſo: amanuenſem utrobique inſimulo: qui pertæſus prolixitatis, prætermiſerit, quæ, præter miracula, neceſſaria non credebat. Accuſatio excuſatoria, non in *Verrem*, ſed pro *Rabirio*, & pro *Murena*. Scimus Nazianzenum, invitum ordinatum Epiſcopum Cyzicenum, numquam hanc Eccleſiam adiiſſe: Scimus Michaëlem Ducam, a Botaniata Nicephoro, ſpoliatum Imperio; e Monaſterio Studii eductum, & electum, ordinatumque Epiſcopum Epheſinum; eò, ut ſuam adiret Eccleſiam, ſemel profectum eſſe. Hinc tanta humanarum rerum, & viciſſitudinum nauſea ductum eſſe; ut illico ad ſua clauſtra redierit, & ibi vixerit uſque ad mortem. Sed item ſe geſſiſſe inthronizatum Nicolaum, nemini unquam dictum, vel cogitatum. Num ſcriptor religioſus, abhorruit mores, vitia, tricas aliquas cleri & populi traducere, vel taxare? Præcipue, ſi calumnias in ſuum Epiſcopum ſtruxiſſent, quæ non raro, ſanctiores exercent Præſules. Et idcirco, ne maledicus videretur; etiam ab eorum contactu abſtinuit: &, ne a miraculis, collatis & beneficiis, ad maleficia & crimina, enarranda, ſuis monachis cogeretur; quæ ſeculum, & non clauſtra ſapiebant, voluit potius reſecaſſe? Ex magno ſilentio, tantæ ſuſpiciones mihi, quæ forſitan aliis erunt plures. Reſtaret hic diluenda quæſtio de *nomine Patriarchæ*, ſub quo Artemas noſter tradit, Nicolai obitum accidiſſe: verum hæc, inferius, caput ſolidum occupabunt.

ACTORUM NOSTRORUM, ILLUSTRATIO ET COMPROBATIO.

CAP. VIII.

1. ILluſtria ſunt, ex ſemetipſis, hæc Acta noſtra: quod compertum erit, vel difficilioribus eruditis. Sat enim eſt ea legere; & mox magnum eorum pretium æſtimabitur. Ut autem ſecundi ſubſellii eruditis, aut aliis, qui ſint ſeverioribus ſtudiis impliciti, facem præferam; quod mihi liceat; multa breviter demonſtrabo. Et ante omnia Textum emaculo in primo capite, ab adſcititio gloſſemate, quod antiquitus (a decimo ſaltem ſeculo; quæ ætas creditur, unici noſtri Codicis) in ipſum irrepſit, devoti manu, ſed infidelis amanuenſis. In ortu ſancti, nunc legitur, quod *ſimul ac natus eſt, virtute Dei, rectus pedibus ſuis* (cui gloſſema aliud additum alii, *nemine ſuſtentante*) *ad duas ferme horas, dum lavaretur, ſtetiſſe in pelvi.* Ab amanuenſi (monui ſupra) iſthæc adjecta, ut ſuum prodigioſum & admirabile, veris inſerciret: & rationes ſubjunxi, quæ rem deſtruerent. His non contentus, alter non amanuenſis, ſed lector interpolator (Codice ſat poſterior;) interlineariter ſaltem; jejunium immittere voluit; a puero, ſtatis diebus feriæ quartæ, & ſextæ cujuſque hebdomadæ, a lacte matris, regulariter obſervatum. Hoc autem ille, non e ſuo cerebro, ſed ex vita S. Nicolai; quam Michaël Archimandrita (ſeu Methodius nuncupetur) nono ſeculo (a) rapſodice, & ex rumuſculis conſarcinavit, & primus omnium dedit populo. Sed res ei male ceſſit a me detectus: ut in Notis meis ad locum prædictum monui. Rectum in pelvi, dum lavaretur mox natus, ad duas horas, vel tempus aliquod, Nicolaum ſtetiſſe; adeo falſum eſt, ut id etiam Methodius nono ſeculo ignoraverit. Poſt Methodium ergo, & poſt amanuenſem decimi ſeculi, devotus hic tertius, ſeculi forte undecimi; ſe benemeriturum de Sancto ratus, ſi quo novo prodigio, acta noſtra locupletaret; hoc jejunium infantis a lacte, ſtatis illis diebus, a Methodio mutuatus, ſaltem interlineariter (quod potuit) adjecit Codici. Ut autem, ſub meos oculos incidit hæc molitio; res ei, dico iterum, male ceſſit: quod non Artemæ, ſed devotorum molimina iſta erant.

2. His præmiſſis, alia illuſtremus. In eo quod Actorum cap. 5. Sanctum Nicolaum a Deo, ex matris utero electum; Archangelus pandit Michaël, patruo Nicolao; nil mirum occurret Critico; qui illum Omnipotenti digito Dei fretum, tot & tanta per omnem vitam, egiſſe mirabilia, ſecum reputet. Ad hæc enim, præelegerat ab utero eum Dominus. Quod, cum prodierit meum opus, ſi Deus faverit: *De quorundam Sanctorum encœliaco Hagiaſmo*, patebit clarius. Originali namque peccato, hæc nihil derogant, vel præjudicant; & ſalva relinquunt omnia, quæ de neceſſitate baptiſmi, docet & præcipit, Sancta de Fide Eccleſia: quod omnes ipſi Sanctificati, etiam per baptiſmum labe ſua, ab originali, purgati & mundati fuerint.

3. In Cypariſſi dæmoniacæ ſucciſione, quæ in capite legitur ſexto, & ſeptimo; illud mihi videre videor; quod de Pinu ſimiliter obſeſſa a dæmone, Sanctus Sulpitius Severus narrat æqualis tempori, in capite 10. vitæ S. Martini Epiſcopi Turonenſis. Sanctus Gregorius Papa Magnus, de pari arbore, in vita ſcribit, (Dialog. 2. c. 8.) Abbatis Sanctiſſimi Benedicti, ſucciſa in Caſini vertice. Ovum ovo non eſt ſimilius (etiam in gemitu dæmonis; & in terrore, quem ejectus incutere populo intendebat; in ſuæ dilectæ caſu arboris, quam linquebat) ac ea quæ de Martino narrat Sulpitius, ſanctus, diſcipulus, & auditor; & ea quæ de Nicolao noſter hic ſcribit Artemas, item diſcipulus, & æqualis. Et quanta apud eruditos omnes ſit fides Sulpitii, authoritas, veritas, & amor ob elegantiam; ſuperfluum eſt recordari. Poſt hæc duo graviſſima exempla, parco pluribus indulgere. In quarto, quinto, & ſexto ſeculo hæc exempla; non in urbibus, ſed in pagis, ubi hæ reliquiæ ſupererant ruſticorum Idololatrarum, haud raro occurrunt. Succiſos hinc per ea tempora Lucos ſcimus; in quibus ejuſmodi arbores Paganorum (a Pagis enim

(a) Cap. 1.

Digitized by Google

hoc ductum nomen) fatidicos illis, ſacros, & venerandos; & idcirco non raro, etiam, ut Aſyla criminum conſecratos. Propterea igitur, non abs re fuerit, e re nata, de his dicere luculentius.

4. Superſtitioſa falſa religio, dum per avia & devia quærit Deum; continenter aberrans, in abyſſum errorum prolapſa eſt. Pro uno Deo, ſibi ſomniat multos Deos: & quia nequit capere, quæ ſunt Spiritus; viſibile & corpora comminiſcitur ſuo cultui: & hinc conflat, & adorat, monſtroſa, ut plurimum ſua Idola. In montibus dum pererrat, denſam invenit ſylvam & horrendam, ubi ipſa ſilentia terrent: & Deos, Deaſque, Nymphas, Faunos, Amadryadas, eam incolere imaginatur: & hinc dedicat ſibi Lucum. Cernit arborem cæteris lætiorem, comatam, pulchriorem, altioremque; & Deum principem, in ea credit inhabitare: nec quo ipſe nomine eam appellet, quæritat, (quid hoc ſtultius?) nam ſpecies arboris quælibet, ſuum affert. Tum continuo erigit illi Aram, adjicit ſæpe Templum, tribuit Sacerdotes; ſui Dei illius imponit in ea Idolum, eique adolet hoſtias, ſuos etiam filios immolat aliquando: & in eo ſperans, ſua quotidie vota offert. Diabolus ergo, qui Dei hoſtis, & æmulator invidus, hæc impia ſuggerit rudi Populo: conſulenti reſponſa reddit (authoribus, interpretibus Sacerdotibus) & per hæc oracula; ne dum illaqueat omnes ruſticos; ſed tractu temporis etiam oppida, & urbium celebriores. (a) Hoc modo, tam altas radices, Idololatricus cultus fixit, ut etiam pace reddita Eccleſiæ Dei, ad ſextum ſeculum; vix ſanctiores Epiſcopi, hæc impia germina, a pagorum incolis, rudioribus, moriſque antiqui tenacioribus, evellere, & cum ſtrepitu, potuerint: ut ſanctam exinde hoſtiam Deo redderent. Hi autem poſtremi omnium, & male quoque induerunt Chriſtum. Et quantam in his reſiſtentiam, Martinus & Benedictus ſuſtinuerint; narrant Sulpicius & Gregorius. (b) At ne quidem minimam Nicolaus; imo orantibus Placomitis.

5. Porrò Judæi, licet juſſu Domini, ſancte & diſtricte præceperit illa Moſes; (c) ſtatim ac ex Ægypto evaſi, inter Gentes ſe conſpexerunt; in Idololatriæ inſaniam, ſunt prolapſi. Eamque plures Judæ, & Iſraëlis Reges, confoviſſe narrat Scriptura: (d) quouſque in captivitatem idcirco inciderunt. (e) Salomon, in ſuarum gratiam feminarum; Sidoniorum, Moabitarum, Ammonitarumque idolis Templa; *in excelſis montis offenſionis*, erexit. (f) Achab ea retinuit, ut & Joachaz filius, & Joachim ejus nepos; & Hieroboam filius Nabot. Hæc Reges Iſraël. Ioſaphat Judæ Rex, & Ezechias filius ea abſtulit; Manaſſes verò nepos, Amon pronepos ea reſtituit. Joſias omnia hæc ſubvertit. Joachaz filius patrem ſecutus eſt: Eliacim alter filius, & Sedecias hujus patruus, fervidius ea repoſuerunt (g): & ideo cum Hieremia Dei propheta, a Nabucho in captivitatem adducti ſunt. (h) Roboam, & Abias filius ea ſerunt; ſed Aſa nepos ſubvertit omnia; ac Mahacham quoque, matrem ſuam dejecit Solio, eo quod in Mariti *Luco*, ſignum *Priapi* fecerat. (i)

6. Lucus (ut dictum eſt) apud Gentes, a quibus exorta hæc deliramenta; erat Sylva, nemus, alicui Deo ſacra. Hæc ex ejus horrore, aliquid Sancti Numinis, fœnerari credebatur. Apud Romam, ubi caput Religionis Fanaticæ & erroneæ; *Lucus Annæ Perennæ* fuit, haud procul a Ponte Milvio, & Aniene. In honorem hic Annæ vetulæ illius, quæ plebi oppreſſæ a fœneratoribus, illuc ſecedenti miniſtraverat alimenta. (k) *Lucus Caii & Lucii*, in Exquiliis, videtur eſſe ante hortos Pallantianos. *Lucus Camœnarum*, extra, & haud longe a Porta Capena. *Lucum Dianium* in nemore Aricino, Ægerius Bæbius Tuſculanus, Dictator Latinus, dedicavit. *Diis Manibus Lucus*, quem Auguſtus ſacravit; per colles mœnibus adjacentes, a Templo S. Mariæ de Populo, uſque ad Templum SS. Trinitatis porrigebatur. *Lucus Veſtæ*, ad radices montis Palatini. *Lucus Æceriæ*, fuit in via Appia. Hunc *Camenus*, olim Numa ſacravit: idem *Lucus* eſt *Camenarum*. *Lucus Exquilinus*, *Lucus Fagutalis*, a S. Matthæo in Merulana, ad S Petrum in vincula. Sic alii alibi, & intra, & extra Romam: ut *Lucus Feroniæ*, in Hetruria, vel in Faliſcis (variant enim Authores) *Lucus Ferentinæ*, *Lucus Junonis Soſpitæ*, *Lucus Petelinus*, ex Livio: apud quem *Luci* alii.

7. A Strabone habemus *Lucum Minturnenſem*, ad Lirim in Campania (l), *Lucum Dionis, & Eurydicis*, (m) *Lucum, cum Templo, Jovi Olympio dedicatum*. (n) *Lucum Nicephorium*, ab Attalo Rege ad Pergamum, exſtructum. (o) Notiſſimus eſt *Patareus Apollo*, ad Pataram noſtræ Lyciæ juxta cujus littus, *ſacer Apollini* erat *Lucus*; Athenæo Authore. (p) Apud Pauſaniam in Atticis, (q) erat *Lucus platanorum*: Mercurii *ſignum*: proximo loco *Oraculum*. eorum qui Deum conſulebant. Et *Dioſcurorum*, ideſt fratrum, Caſtoris, & Pollucis, *Lucus*, lauris conſitus. *Solitaria laurus*, erat *Apollini conſecrata*. Atque hæc affatim ſuperque dicta ſint; ex occaſione *Cypariſſi*, e qua Nicolaus ea ſucciſa, ejecit dæmonem, qui ipſam antiquitus incubaverat. Acta noſtra, hujuſmodi illuſtrantur. A ſpecie autem arborum, Dei nomina noſcebantur. Ab *oleaſtris*, *Minerva* Præſes arboris: a *platanis*, *Mercurius* illico arguebatur: a ſola *Lauro*, *Apollo Deus* (ut dictum modo) a *Lauris Caſtor & Pollux* fratres. Noſtra *Cypariſſus*, cui Deorum tributa erat? *Diti Patri*, *Plutoni*, *Orco*, *Deo divitiarum* ſacrata erat: & ob divitias, earumque famem, ab antiquis Placomitis electa

(a) Hæc inferius videbuntur.

(b) Gregorius deſcripto urbis Caſini monte, & *vetuſtiſſimo Fano*, in quo *a ſtulto ruſticorum populo, adhuc Apollo colebatur*, infit Dialogorum 2. cap. 8. *Circumquaque etiam in cultu dæmonum, Luci ſuccreverant; in quibus adhuc infidelium inſana multitudo, ſacrificiis ſacrilegis inſudabat. Eo itaque Benedictus perveniens; contrivit Idolum, ſubvertit Aram, ſuccidit Lucos: atque in ipſo Templo Apollinis, fecit Oraculum beati Martini: ubi vero Ara ejuſdem Apollinis fuit; Oraculum Sancti conſtruxit Johannis.* Caſtrum Caſini, tunc erat Eccleſia Epiſcopalis, ut Concilia Romana illorum temporum docent, & dant nomina Epiſcoporum. Fuit ergo Benedictus; quod nondum potuerant Epiſcopi hujus loci.

(c) Deus ipſe Exodi cap. 34. ait Populo: ARAS DESTRUE, CONFRINGE STATUAS, LUCOS SUCCIDE. Hinc Deuteronomii cap. 7. eidem populo dicit Moyſes: *Quin potius hæc facietis: Aras eorum ſubvertite, & confringite* STATUAS LUCOSQUE *ſuccidite*. Et cap. 12. *Subvertite omnia loca, in quibus coluerunt Gentes. Deos ſuos ſuper* MONTES EXCELSOS, ET COLLES; *& ſubter omne lignum frondoſum: diſſipate Aras eorum, confringite* STATUAS, LUCOS *igne comburite, &* IDOLA *comminuite*. Cap. 16. NON *plantabis* LUCUM. Vide, quæ egit Gedeon juſſu angeli, & quæ dixit populus ad Joas, Judicum capite 6.

(d) Reg. 2 cap. 22.

(e.f.g.h.i.k. Reg 4 c. 17. 18. 21. 23. Paralipom. 2. cap. 28. 33. 34. 35. Eſaiæ cap. 57. Hierem. cap. 2.

(l) (m) Pag. 145. (n) Pag. 357. (o) 146.

(p) Pag. 542. & 624. (q) 33. (r) Pag. 578. & 579.

electa fuerat. Vide Natalem Comitem; ne ſimus prolixiores; ac tranſeamus ad alia illuſtranda.

8. Hinc, ne per ſingula, noſtrorum Actorum capita procedamus, quæ poſſint imperitum Criticum remorari; incipiamus a beato *Gregorio* Magno, qui *Benedicti* Sancti deſcribens vitam; in Dialogorum 2., de more ſeculi quinti & ſexti (ita etiam noſter Artemas) pauca refert ejuſdem Acta; & totus eſt in miraculis. Sancti *Theodori* hiſtoria Siceotæ, Epiſcopi Anaſtaſiopoleos in Galatia; ab *Eleuſio* (dicto Georgio) ſcripta eſt. Hic familiaris, & ſuperſtes Sancto, diſplicet quidem Tillemontio & Bailletio ob miracula; qui ipſum tamen habent ſinceriſſimum, & magni pretii ejus Vitam. Natus ille eſt ſub Juſtiniano, factus Epiſcopus anno 582., mortuus anno 613., vigeſima ſecunda die Aprilis. S. Abbas in Bithynia *Nicetas*, natus eſt in Cæſarea Bithyniæ; in eadem Provincia fuit Abbas Monaſterii Medicæi ſub monte Olympo: S. Taraſius Cpolis Patriarcha, eum presbyterum ordinavit. Ejus vitam, mortui anno 824., paulo poſt ſcripſit ejus diſcipulus *Theoſterictus*; qui miracula ejus affert: & Bailletius, qui ut ſincerum laudat Authorem; tertia die Aprilis, nil ejus opponit narrationibus, *S. Gregorius Nazianzenus*, filius, ſuam verſu deſcripſit vitam, tanta ſinceritate, ac veritate; ut procul omni dubio & ſuſpicione, Cl. Hermantius Gallice eam verterit (luculentiorem etiam, ex ejus libris) ac Tillemontius, Bailletius, Papebrochius, eam receperint toto corde. Ita S. Ephrem Syrus, ſcripſit etiam ſuam vitam; & ſancta martyr Perpetua ſuam pariter, uſque ad pridie ſui obitus. Non ſolum ergo uterque Sanctus Nicolaus, nepos & patruus, ſuæ Geſta vitae ſcripſerunt. S. Gregorii noſtri vitam, habes, apud prædictos, accuratiſſimoſque Scriptores, Maii menſis die nona.

9. Sanctus Pachomius, Fundator Vitæ Cœnobiticæ in Thebaide; anno circiter 279. natus, defunctus eſt anno 349. Vitam ejus ſcripſit monachus Anonymus, ejuſdem Monaſterii Tabennarum, tempore ejus diſcipulorum (ſcilicet circa finem illius ſeculi) tanta cura, diligentia, judicio, & veritate; ut quamquam in ea legantur, frequentiſſimæ viſiones, miracula, prophetiæ, &c. Tillemontius tamen, Bailletius, eruditique omnes; nihil in ea carpant: quin habeant rem authenticam, & oppido pretioſam, Maii die decimaquarta. S. Jacobus Epiſcopus Niſibenus, in Meſopotamia; interfuit primæ Nicenæ Synodo anno 325. Dona habuit miraculorum, & prophetiæ cum ſancta vita. Quam, etſi Theodoretus Cyri Epiſcopus collegerit, deſcripſeritque poſt annos 120. ab illius obitu (qui accidit anno 355.) omnes attamen, ſinceram & veram habent; nec quid tradit, quod non recipiant. Vide laudatos Criticos ad diem 15. Julii. Vita S. Macrinæ, ſcripta eſt a Sancto fratre Gregorio, Epiſcopo Nyſſeno; nec quiſpiam, die 19. Julii, illum inſimulat philautiæ. S. Hilarion Abbas, Patriarcha Cœnobitarum *in Palæſtina*, natus eſt anno circiter 291., denatus anno 371. S. Hieronymus quadraginta circiter, & novem annos ab ejus obitu, vitam hanc exaravit; onuſtam miraculis, prodigiis, propheтiis. Eum tamen, ne unus quidem, inſimulat mendacii, aut falſitatis. Legeipſam, vel in ejus operibus, vel die 21. Octobris, apud Tillemontium, Bailletium, &c.

10. Vitam S. Ignatii Confeſſoris, & Cpolis Patriarchæ, ſcripſit Niceta David (a Provincia, in qua fuit Antiſtes, dictus Paphlago) qui de ſua ſinceritate ſumma proteſtatur; & difficillimo Bailletio perſuadet. (*a*) S. Ignatius (prius & ipſe dictus Niceta) natus eſt ex Imp. Michaële Curopalata, anno 799. & S. Methodio ſucceſſit anno 846. in Patriarchatu. Quot paſſus ſit a Photio incubatore, quot miracula & prodigia fecerit, narrat Niceta David; cui nemo dicam falſitatis appingit. Sanctus obiit anno 877., 23. die Octobris. Sancti Martini, tertii Epiſcopi Turonenſis, vitam (ut ſupra ſcripſimus) concinnavit, teſtis oculatus, & auritus, S. Sulpitius Severus, quaquaverſus laudatiſſimus Author. Martinus natus anno 316., electus Epiſcopus a populo, ob miracula, anno 331., mortuus anno 397. undecima die Novembris; tot habet in ejus vita (prædiximus) miracula ferme, quot verba. Tres mortuos ab eo reſuſcitatos canit Eccleſia univerſa. Quis ob illa, inficias eat, aut ivit? Vita S. Theodori Studitæ (nepotis S. Platonis) a ſuo diſcipulo Michaële, item Studita, deſcripta fuit. Relatio mortis ejus, ſcripta a beato Naucratio, ejus item diſcipulo & Abbate, Monaſterii Studii ſucceſſore, habet miracula, prophetias, prodigia, & alia hujuſcemodi; & num quis adhuc eadem temeravit? Omnes ſinceriſſimam eam ducunt. Cpoli natus eſt anno 759.; ex S. Platonis voluntaria demiſſione, factus eſt Abbas Studii anno 794., mortuus eſt annorum 67. anno 826. duodecima die menſis Novembris.

11. Neocæſareæ in Ponto Epiſcopus S. Gregorius, dictus ob miracula Thaumaturgus (ut ex eadem cauſa, Nicolaus) natus circa annum 210., a S. Phædimo Epiſcopo Amaſeno, qui habebat Spiritum prophetiæ; Neocæſareæ Epiſcopus, ob eminentes virtutes & ſanctitatem, anno circiter 245. ordinatur. Ipſe met in Panegyri quadam, dicta Magiſtro ſuo; ſuæ juventutis, ſtudiorum rationes, & converſionis ad Chriſti fidem, hiſtoriam ſcribit. Reliqua contexuit, item in Panegyri ejus, Nyſſenus S. Gregorius; centum viginti circiter annos, poſt ejus obitum, qui accidit die 17. Novembris anno 269. Poſt converſionem (ipſe narrat Neocæſarienſis) in viſione quadam, apparet ei Virgo Maria; quæ Sancto Evangeliſtæ Johanni præſenti imponit, ut ei veram exponat religionem. Evigilans, illico e lecto ſurgit, Johannem videt, & ab eo clariſſime audit omnia, & edocetur. Rem ille in Panegyri ipſe teſtatus eſt. Miracula, prodigia, montis particula retroceſſa, palus miraculo exſiccata, Lycus amnis coërcitus, baculus ſiccus, viridis redditus, dæmones e ſimulacris, & ex hominibus ejecti, prophetico Spiritu prædicta, & verificata: hæc & alia, Magnum Baſilium impulerunt, ut Gregorium cum Moyſe, Prophetis, & Apoſtolis compararet. Alia non addo. Celebre eſt ejus Encomium Tillemontii & Bailletii, qui verbotenus hunc exſcribit. (*b*)

12. S. Symeonis Stylitæ (qui Orbis terræ, miraculum dicit poteſt) quot portenta, & prodigia, & prophetias Acta ejus enarrant? Theodoretus Cyri Epiſcopus, qui tunc vixit, & mortuus eſt ante Sanctum,

(a) Bailletius ait: *Il a eu de bons memoires, & proteſte de ſa ſincerité, d'une maniere, qui perſuade.*

(b) Tillem tomo 5. *Il eſt preſque le ſeul des ſaints, en qui l'on ait vû les talens exterieurs de l'eloquence, & de l'erudition, joints aux dons ſurnaturels de la prophetie, & des miracles.* Bailletius habet paria. Tantum abeſt, ut hi quidquam mirabiliſſimæ vitæ & miraculis oppoſuerint.

Digitized by Google

ctum, magnam ipſorum partem recitat capite 26. ſui Philothei; tum Evagrius, diu poſt. Nemo Cenſor ea arrodere jure poteſt: Vide nuperam editionem Syrogræcam V. Cl. Aſſemanni Archiepiſcopi Apamenſis. Obiit annorum 69., anno 462. Januarii quinta die. Sancti Severini Abbatis, & Apoſtoli Norici, ſcripſit vitam, Neapolitanus Eugipius, ſecundus Abbas noſtri Monaſterii Luculliani, anno 490. Æqualis Sancto, inſtructiſſimus ejus vitæ; ita eam ſcripſit, ut Cenſor nullus eam quiverit arrodere, ob miracula, & prophetias; omnes ipſo vivente verificatas: Januarii die 8. anni 481. obiit Severinus. Anno 494. ad Caſtrum Lucullanum; tum anno 920. Neapolim, ejus corpus translatum fuit, ubi hactenus colitur, & ſervatur. Sancti Hilarii Epiſcopi Pictavenſis, quarto ſeculo, ſcimus & admiramur doctrinam, & ſanctitatem: ſed & vitæ mortuum reſtitutum, ex ejus fideli vita novimus, die 13. Januarii defuncti, anni 369. Cyrillus vitam ſcripſit Sancti Euthymii magni Abbatis; itemque S. Sabbæ, & S. Johannis Silentiarii: Author, diſcipulus fideliſſimus, & probatus Criticis univerſis. Euthymius natus eſt anno 377., & mortuus die 20. Januarii, anni 473. Quot hæ vitæ ſcatent miraculis & prodigiis; quæ vel difficillimi, & moroſi omnes, ambabus ulnis amplexantur? Sancti Nicolai Studitæ (qui natus eſt anno 793., & mortuus anno 868.) vitam ſcripſit poſt 70. circiter annos, Anonymus monachus Monaſterii; quam Bailletius valde laudat; etſi plena ſit prædictionibus, prodigiis & miraculis; quibus detrahit nihil fidem. Interim, a Nicolai noſtri Actis cepimus, & ad Nicolai Studitæ geſta venimus, tota pene Eccleſiaſtici anni decurſa orbita: ac propterea hic modus eſto, plurium, & ſinceriorum afferendi Sanctorum geſta. Hi namque ſeptemdecim (præter S. Antonium Abbatem, S. Sabbam, & S. Eutychium Patriarcham, alibi ſupra expoſitos) ſufficient Criticotato, & ſeveriſſimo, noſtrorum Cenſori Actorum, Nicolai Epiſcopi Pinarorum, vulgo & hactenus, Myrenſis Archiepiſcopi nuncupati.

13. In his enim Sanctorum, & Selectiorum Authorum Actis, difficillimus quiſque Cenſor, viderit ab aliis etiam Sanctis, energumenos liberatos, ſuccifas arbores dæmoniacas, tempeſtates maris prævifas, ſedataſque; fontes, & aquas ſitientibus elicitas; ventos, & montes obedientes redditos; mortuos ſuſcitatos: agros, & fœminas fœcundatas; vinum & panem multiplicatum; aquarum fluxus, & fluvios coercitos; fulmina & tonitrua diſſipata; imbres & pluvias cohibitas; vel ut ruerent impetratas; prophetias factas & adimpletas. Viſiones Sanctorum, angelorum; dæmonum, & eum his pugnas & certamina; revelationes factas, verificatas. Surdis auditum, viſum cæcis, mutis loquelam; infirmis aliis ſanitatem, & liberationem a morbo, quo laborabant. Quid ſexcenta hujuſmodi ego memorem? quæ ex tot Authenticis, horum Sanctorum Actis, ad ſatietatem uſque; ex ſe quiſque ſuſpenſus vel dubius; poteſt colligere, & cum noſtris S. Nicolai Actis conferre, & ſub allatis quieſcere, & fidem eis pariter adhibere.

14. Conſulto hine mitto, miracula, & prodigia, & mortuos ſuſcitatos, &c. a Moſe initio facto, a Prophetis, a Chriſto Domino, ab Apoſtolis, a diſcipulis; in Dei digito, & manu forti, & brachio extento, patrata: quæ ſæpe, in novo, & veteri Teſtamento commemorantur. Hæc ex Authoritate divina, & de Fide habentur: ſed & ſunt nonnulla in ſcriptoribus aliis, quæ ad menſuram, & pro merito talium virorum & teſtium; poſt rationabile examen (cum Beato Paulo, qui dixit: *Omnia probate; quod bonum eſt, tenete*) merentur humanam fidem. Si hanc omnibus indiſcriminatim neges; erit Pyrrhonicus totus Orbis; & in priorem Chaon redibunt omnia. Surdo fabulam narras, caudici, Marpeſiæ cauti: cum Centauro, Scyrone, Cyclope, Cerbero loqueris. In Actis noſtris, & in iis, quæ ſupra attulimus; quod ſpero, non incidemus in Syrtes iſtas, & brevia; in hanc Carybdim & Scyllam; ſed in Cenſores & Eruditos, qui Sanctæ Veritatis indagatores; eam unice ad Dei gloriam, toto pectore proſequantur; non ſummo odio inſectentur. Cæterum, ſi locus accidat; in caſu tam deplorando dicam: Dignum & juſtum eſt, ut illi, qui eredit nemini, nemo credat.

QVIS ILLE MACARIVS PATRIARCHA, QVEM SEDISSE, ACTA NOSTRA DICVNT, QVO TEMPORE OBIIT NICOLAVS?

C A P. IX.

1. IN Actis noſtris diſerte habemus, Nicolaum, diem ſuum obiiſſe: Ἐπὶ τοῦ ὁσιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου καὶ Πατριάρχου Μακαρίου. Καὶ κατετέθη τὸ ἅγιον αὐτοῦ λείψανον, &c. *Sedente ſanctiſſimo Archiepiſcopo, & Patriarcha Macario. Ac ſanctum eius corpus eſt depoſitum, &c.*. Nec abſimiliter ipſa undecimo ſeculo legebantur, latine verſa, ex alio horum Actorum Codice. Quippe alter Neapolitanus noſter Anonymus (a nobis hîc, pagina 124. editus) ſcribit id factum, *ſub ſanctiſſimo & beatiſſimo Patre noſtro, Patriarcha Macario*. Hæc olim mihi fixerunt Crucem, nunc autem facile exſolvuntur. Nicolaum defunctum ſcimus, anno Chriſti 551; Indictione 15. ſub Juſtiniano Imperatore, anno Regni ejus 25. Scimus pariter, tunc ſediſſe Eutychium, Archiepiſcopum Cpolis, & Patriarcham. Ergo is eſt, Macarius ille Anonymus. Purandum proinde eſt, antiquius ſeculo decimo, quo hæc Acta noſtra deſcripta ſunt, ita in illo Codice ſcriptum eſſe: Ἐπὶ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ μακαριωτάτου πατρὸς ἡμῶν Εὐτυχίου, ἀρχιεπισκόπου καὶ Πατριάρχου. Καὶ κατετέθη τὸ ἅγιον αὐτοῦ λείψανον. &c. *Sedente ſanctiſſimo & beatiſſimo Patre noſtro EVTYCHIO, Archiepiſcopo, & Patriarcha. Et ſanctum ejus corpus eſt depoſitum*, &c. Is ſedebat, anno 551. poſt Mennam: is præfuit quintæ Œcumenicæ Cpolitanæ Synodo anno 553. Ita ergo reſtituendus eſt Textus; & ita (præferente ſacem, noſtro hoc Anonymo undecimi ſeculi) lacuna antiquiſſima eſt replenda. Quam librarius & amanuenſis noſter decimo, habebat quidem, ſed non cognovit, in ſuo Codice latuiſſe. Sicut, nec noſter iſte Neapolitanus, ex latino Codice exſcriptor alius, ſeculo undecimo, quem attulimus, noſtro lumini.

2. Facillima & naturalis, hæc eſt ſolutio, & ſanatio noſtri Textus. Alii volaverint ad Confugia, quæ difficilem, nec tutum habent Aſylum: ad Concilium Quiniſextum, anni 692. in quo non ſedebat Macarius Patriarcha, etſi imperabat Juſtinianus Rhinotmeta, filius Imperatoris Conſtantini Pogonati. Andreas Ducheſnius reapſe, in ſua Scriptorum Francorum Collectione, tomo 1. pag. 782. ea aſ-

ea affert, quæ hanc docent apertiſſime opinionem; ita ſcribens: *Ex fragmento hiſtorico Auctoris incerti; a Dagoberto I. uſque ad Pipinum Regem: & ex alio prolixiore fragmento, quod Alberti Argentinenſis Chronico præfixum eſt; in editione Chriſtophori Urſtiſii*. Tum ſubdit illorum verba:

Anno ab Incarnatione Domini 631. Dagobertus, &c. Et poſt alia: *Anno Domini 668. in Orientis partibus, Conſtantinus, hujus nominis Quartus Imperator, Romanis imperat. Cujus temporibus, Cpolis ſeptennio obſeſſa, nec tamen eſt capta. SUB EODEM CONSTANTINO, FLORUIT BEATUS NICOLAUS ARCHIEPISCOPUS, QUI POSTEA APUD MYREAM, SUB JUSTINIANO MINORE IMPERATORE, ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS 673. MIGRAVIT AD DOMINUM. Eodem tempore beatus Arbogaſtus exſtitit: qui filium Dagoberti a morte ſuſcitavit: & Florentius, qui filiam ejuſdem Regis, a demonio vexatam liberavit. Argentinæ, viciſſim ſuccedentes Epiſcopi, hi claruerunt*, &c.

3. Hæc autem omnia, videntur infirma, & indigeſta, quocumque ex capite, eadem capiantur: ſaltem, ut negligenter collecta, a monacho ſeculi duodecimi, & ſine criterio adducta: eademque ab ejuſdem meriti homine, ad verbum pene, reſcripta iterum; ſed non idcirco in melius reſtituta. Nam & hæ temporum notæ, perſonarumque, mutuo ſecum pugnant, & ſeſe deſtruunt: quippe quæ nec cum anno, nec cum Imperatoribus, nec cum hiſtoriis illorum temporum ſtare poſſunt: quamobrem eſto nobis, ut breviſſime annum excutiamus. Anno 673; non Juſtinianus minor, ſed Conſtantinus Pogonatus regnabat pater. Quo imperante, ab anno 668., ſubacta Sicilia Saraceni; in Lyciam & Ciliciam anno 671. irruperunt; iiſque vaſtatis; anno ſequenti 672; Cpolim obſederunt. Quo tempore, in fine anni 673. (juxta Francum Anonymum) ſuus ille, Myrenſis Archiepiſcopus, mori oportuerat Nicolaus. Interim, ſi hunc ſerves annum, in eo non habes Juſtinianum; ſi contra, cuſtodias Juſtinianum; perdis annum, fidemque noſtro Anonymo: & tibi opus eſt experiri obitum Nicolai, ab anno 685. in quo patri Juſtinianus ſucceſſit Conſtantino. Idque in incerto anno, vel in ipſo 685; vel in anno alio e ſequentibus, ad 694. (in quo a Leontio, Throno dejectus eſt, & in Cherſonam inſulam relegatus) vel demum in annis vagis, recentioribuſque, a 702. ad 711; in quo, reſumpta Purpura, finem, ejus habuit Principatus. In prius, aut poſterius decennium, haud tuto maleque, & tuo marte pro lubito; aſſignes Epocham mortis ſub eo, hujus Myrenſis Archiepiſcopi Nicolai; multoque minus, oppugnes.

4. Inter has tricas, haud facile diſtricandas; alia occurrunt impedimenta, quæ magis olent obreptionem. Quorum unum eſt maximum: ex quo patebit; cui uſui ſit Catalogus, Myrenſium Metropolitarum: & Epiſcoporum, qui eis ſuffragabantur, quem praeparavimus, in fine dandum hujus Præfationis. Dicis gratia, Polyeucti Myrorum Archiepiſcopi (trabalis hic clavus eſt: hoc fulmen comminuit omnes machinas) qui iiſdem momentis habetur, ſediſſe Myris, ac interfuiſſe, Sextæ Synodo Œcumenicæ, habitæ anno 680: in quo & Macarius, tanquam Monotheleta, e ſuo Throno Antiocheno dejectus fuit. In Actionibus, a decima, & Martii die 18; uſque ad Actionem 18. & diem 16. Septembris, decimæ Indictionis, & anni 680; ſemper ſubſcribit: Πολύευκτος ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μυρέων μητροπόλεως τῆς Λυκίων ἐπαρχίας, ὁρίσας ὑπέγραψα. *Polyeuctus miſericordia Dei Epiſcopus Myrorum, Metropolis Provinciæ Lyciæ, definiens ſubſcripſi*. Ante hæc tempora, & poſtea; hic erat Archiepiſcopus Myrenſis, & non ille Nicolaus, quem nobis, hi Franci Anonymi tradiderunt: qui ſe æquales ferme rebus & tempori, & ſub Pipino Rege vixiſſe ſe venditarunt. Ab æqualibus, ſola ſperantur vera, non vero falſa.

5. Nec eorum cauſæ juvat, Macarius Patriarcha, quo ſedente, Acta noſtra tradunt, & ſub Juſtiniano, noſtrum obiiſſe Nicolaum. Nam de Juſtiniano, abunde videtur; a primo eſſe factum tranſitum ad ſecundum; neque hunc tranſitum, quidquam authoribus profuiſſe: & de Macario multo minus. Patriarcha enim hic fuit Antiochenus, ſub quo Metropolita Lycius non erat; proinde in Actis noſtris dici non poterat, ſub eo Nicolaum noſtrum obiiſſe; ſed ſub Patriarcha Cpolis, cui ſuberat; cuique per errorem & lapſum, Macarii nomen amanuenſes (ut ſupra viſum) impoſuerunt. Hanc maculam nos deterſimus. Macarius Antiochenus ad nos non ſpectat, tum quia anno 681. ut hæreticus monotheleta dejectus eſt; Juſtinianus minor, nec etiam. Ac præterea, quod ſub patre Conſtantino, & ſub eo, monſtratum eſt, Metropolitam fuiſſe, non hunc eorum Nicolaum, ſed Polyeuctum. Qui diu ante annum 685. ſub Pogonato floruit, & diu poſt, ſub Juſtiniano minore, clauſit extremum diem, ſub Georgio Cyprio, Patriarcha Cpolis orthodoxo. Superſunt hæc difficillimo: & præſtet etiam audire, ut Rapſodos Francos, in labyrinthum iſtum ingreſſos cenſeamus. Duodecimo ſeculo aliquis erat rumor (fortaſſis ex Actis noſtris) Nicolaum ſub Juſtiniano obiiſſe: & num de Mácario cogitaverint Patriarcha, incertum duco; alias nominaſſent. Franci ea tempora ignorantes, & viceverſa, illa imbuti opinione, qua ſub Conſtantino Imperatore (a fine ſeptimi ſeculi, fabulæ prodierant inſulſiſſimæ, trium Stratelatarum, & Tribu:orum: quæ e tenebris, & in tenebris prodierant; & latiſſime graſſabantur) Nicolaum noſtrum floruiſſe credebatur: pro Conſtantino Magno ſubſtituerunt Pogonatum; & pro primo, ſecundum Juſtinianum aſſumpſerunt. Hinc miſtum illud, & embamma natum apud eos; Nicolaum floruiſſe ſub Conſtantino, denatum vero ſub Juſtiniano minore: &, ne errori quid deeſſet; etiam falſus adjectus *annus 673*.

6. His ergo anonymorum Francorum dictis facile rejectis; ſequentem difficultatem, minori negotio explodemus, quæ majoris videbatur ponderis, & non eſt. Ex Chronographia S. Nicephori Patriarchæ Cpolis nono ſeculo; habemus, ab anno 547. ad 552. Macarium ſecundum, ſediſſe Epiſcopum, & Patriarcham Eccleſiæ Hieroſolymæ. Reapſe autem hæc vera ſunt, teſte Evagrio lib. 4. cap. 37. Eccleſiaſticæ ſuæ Hiſtoriæ, ubi ſic habet, longe ante S. Nicephorum: *Poſt Menam Eutychius Pontificalem Sedem Cpoli obtinuit. Hieroſolymis vero poſt Martyrium Saluſtius in ejus locum ſucceſſit. Poſt hunc Helias: poſt Heliam Petrus: poſt Petrum Macarius* (καὶ μετὰ Πέτρον Μακάριος) *ejuſdem urbis Epiſcopatum ſuſcepit. Hic poſtea ſua Sede expulſus eſt; propterea quod Origenis dogmata aſſerere dicebatur. Poſt hunc igitur Euſtochius Epiſcopalem Sedem ſortitus eſt*. Idem cap. 39. *Macario denique Hieroſolymitanæ Ec-*

cleſiæ poſſidente, atque in priſtinam Sedem reſtituto, quod poſt depoſitionem Euſtochii; Origenem, Didymum, atque Evagrium, (poſt Paulinum, Epiſcopum Antiochenum) *ſub anathemate damnaſſet*. &c. Ad quæ loca Valeſius notat: *Maearius Epiſeotus Hieroſolymorum ordinatus eſt anno Chriſti 546; & cum, biennio poſt, e Sede ſua exturbatus fuiſſet; in ejus locum ſubrogatus eſt Euſtochius anno 548; ut tradit Baronius. Diſſentit tamen Victor Tunnonenſis* (æqualis tempori) *in Chronico. Macario enim annos octo Epiſcopatus attribuit; eoque ſuperſtite, Euſtochium ordinatum eſſe ait, anno ante quintam Synodum, ideſt anno Chriſti 552. Id quod verius ipſe exiſtimo.* **Verum Baronius longe a vero aberravit. Maearius enim diu poſt quintam Synodum, pulſo Euſtochio* (qui pet ſuos illi ſubſcripſit) *in Sedem ſuam reſtitutus eſt, anno Juſtiniani* 37. Chriſti vero 565. Hoc pacto inventus eſt Macarius, qui (ſine correctione) convenit, Actorum noſtrorum tempori. Quod malum autem, hoc illud eſt; quod etiam hoc modo, ſenſim nobis delabitur e manibus, hic Macarius: adeoque, præjacta ſub iis, ſundamenta, opus eſt, ut in fumum abeant. Dato per ea tempora hoc Patriarcha; adhuc tamen, is Actia noſtris, nequidquam prodeſt aut obeſt. Quid namque, cuique eſt uſui, hic Macarius, tunc Hieroſolymis Patriarcha; cum Patriarcha hujua nominis, de quo tantum (ut ſupra etiam, in Antiocheno *Macario*, viſum eſt) ſola quæſtio, & indagatio de Patriarcha Cpolitano, nobis eſt? Oportet itaque, ut inviti, vel ultro noſtræ naturali, facilique, & levi correctioni, adverſarii acquieſcant: ne inſudemus, & fruſtra, auxiliia quærendis aliis, pro ſolutione, vel ſectione nodi hujus Gordiani; quem feliciſſime jam diſſolvimus.

THEODORI MYRENSIS ARCHIEPISCOPI, DE NICOLAO, IN SECUNDA NICENA SYNODO, EXPENDITUR TESTIMONIUM.

C A P. X.

1. IN ſecunda Nicena Synodo, habita anno 787., pro ſacrarum Imaginum vindiciis, Theodori hujus habetur teſtimonium; quod noſtris Actis negotium faceſſere videbitur illi, qui Græce neſciat. In quarta namque hujus Concilii Actione, habita Kalendis Octobris, undecimæ Indictionis, ita legimus, ex verſione Anaſtaſii Bibliothecarii nono ſeculo: *Theodorus Myrorum Epiſcopus dixit:* Ego quoque non multum diſſimilia paſſus ſum. Nam, cum aliquando ab Aulicis quibuſdam, injuria eſſem affectus; venit ad me, diaconus meus, vir pius, & timena Deum, retulitque: In ſomnia ſibi viſum *Metropolitanum noſtrum*, pollicentem negotiis meis expectatum finem & ſucceſſum. Ibi mihi inquirenti: Qua effigie, viſus ſibi viſus eſſet *Patriarcha*? Reſpondit: Facie rubicunda, & capite cano: Inquam ego: Non eſſe eam *Patriarchæ* ſimilitudinem, ſed *divi* Nicolai imaginem, quemadmodum fertur. Reſpondit tum is mihi; Me recte dixiſſe: Sic enim circumfertur ejus imago paſſim expreſſa, quemadmodum mihi in ſomnis adſtitit. Mox itaque confiſus ſermonibua, in Sacram & Regiam Urbem profectus; res, quæ ad Epiſcopatum meum pertinebant; ex animi ſententia complevi.

2. Sed hæc verſio haud fida, & non exprimit vere Græca: Nos proinde aliam adornamus, ad claritatem; ut ſit uſui lectori noſtro, quem conſtituimus rei Judicem:

Θεόδωρος ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Μύρων εἶπεν ὅτι: Κἀγὼ τῇ προδηλωθείσῃ ἱστορίᾳ, τὰ παρόμοια πέπονθα. Ἀδικουμένου γάρ μου ὑπό τινων ἀρχοντικῶν χειρῶν, λέγει μοι ὁ ἀρχιδιάκονός μου, ἀνὴρ εὐλαβὴς, καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, ὅτι εἶδον τὸν πατριάρχην ἐν ὁράματι εἰπόντα, ὅτι Ἀπελθέτω πρὸς ἡμᾶς ὁ μητροπολίτης, καὶ πάντα τὰ πράγματα αὐτοῦ διοικοῦνται, ὡς συμφέρει αὐτοῦ. Ἠρώτησα γοῦν ἐγὼ ἀρχιδιάκονον, ὅτι Ποίᾳ μορφῇ καὶ ἰδέᾳ σοι ἐφάνη ὁ πατριάρχης; Καὶ ἀπεκρίθη μοι, ὅτι Ἐρυθρὸς τῷ προσώπῳ, γεραλέος τὴν κόμην. Λέγω αὐτῷ ἐγὼ, ὅτι ὁ Πατριάρχης οὐκ ἔχει τοιαύτης ἰδέας, ἀλλ' ἢ ἐνδυτὸν ἔχει τοῦ ἁγίου Νικολάου τὴν εἰκόνα καὶ καθὰ ἐξηγήσω, τοιαύτης μορφῆς ἐστιν, ὃν εἶδες. Καὶ ἀπεκρίθη μοι ἐκεῖνος, ὅτι, Ναὶ ὄντως, τοιαύτης μορφῆς εἶδον, ἄνδρα τὸν λαλήσαντά μοι ταῦτα. Ἐκ τούτου γοῦν ἐπέγνων, ὅτι ὁ ἅγιος Νικόλαος αὐτῷ ἐφάνη, διὰ τῆς πρὸς τὴν εἰκόνα ὁμοιώσεως. Εὐθέως οὖν πιστεύσας τῷ λόγῳ, ἀπῆλθον, ἐν τῇ θεοφυλάκτῳ, καὶ βασιλίδι πόλει καὶ πάντα τὰ πράγματά μου γεγόνασι κάθετα συμβαλλόμενα τῷ ἐπισκοπείῳ μου.

Theodorus Sanctiſſimus Epiſcopus Myrorum, dixit: Prædictæ narrationi, ego ſimilia expertus ſum. Cum enim a quibuſdam Primoribus quædam paterer; meus Archidiaconus, vir pius, ac timens Deum, mihi dicit: Vidi Patriarcham in viſione, dicentem mihi: Ad nos veniat Metropolita, & omnia ejus, ut ei expedict, componentur. Ego autem Archidiaconum interrogavi: Quo ore, qua forma tibi apparuit Patriarcha? Iſque reſpondit mihi: Ore rubicundus, coma ſenili. Ego tunc ei dico: Non eſt ejus Imaginis Patriarcha: quin ille habitus refert potius, Sancti Imaginem Nicolai; qui eſt formæ ejuſmodi, ut narraſti. Ac ille reſpondit mihi: Ita ſane verum eſt: tali namque forma præditum illum vidi, qui hæc mihi locutus eſt. Ex hoc ergo cognovi, ex ejus ſimilitudine cum Imagine, Sanctum ei Nicolaum apparuiſſe. Mox itaque credens ſermoni ejus; ad conſervatam a Deo, Regiam perrexi urbem; & cuncta negotia, quæ meo pertinebant Epiſcopio; feliciter expedivi.

Clariſſimus modo eſt Textus; & quid ſibi velit, facillime intelligitur.

3. Se vidiſſe putat Archidiaconus Patriarcham; qui ei dixerit; quod ſi Theodorus ejus Metropolita, adiſſet Cpolim; omnia, quæ ſua Myrenſis Eccleſia patiebatur, a Primoribus illis viris; facile futurum eſſet, ut expediret. His eum Metropolita interrogat Theodorus, quo ore, quave coma vidiſſet illum? Hæc interrogatio importuna, & inveriſimilis, & mihi ſuſpecta eſt; quæ Archidiacono facta ſit, viro dignitate poſt Pontificiam, plerumque prima. Eſto ita tamen illum interrogaverit, ut exterum, ut puerulum: eſto ex vultu, colore, coma arguerit, Nicolaum fuiſſe, qui apparuerit, & nullatenus Patriarcham: Numquid hæc omnia; Theodorum innuunt voluiſſe, Sanctum Nicolaum, fuiſſe item Myrenſem metropolitam, ſuumque prædeceſſorem? Nequaquam. Ait hactenus vulgn, ita omnes, ex præconceptis præjudiciis, ita omnes ſunt opinati. Ad ſummum voluit Theodorus, S. Nicolaum ex iis ſignis, indiciia, fama, & miraculis celeberrimum, dignitate fuiſſe Epiſcopum: quod eſt verum, & nemo negat. Alias, quæro iterum, an Myrenſis Eccleſiæ Archidiaconus, ex ore, colore, crine, &c. euiquam fiat probabile, veriſimile, nondum vidiſſe, noviſſe Sancti Imaginem Nicolai, ut olim Archiepiſco-

piſcopum ſuæ Eccleſiæ? Num ex frequentiſſimis ubilibet imaginibus Nicolai; ejus vultum, comam, & veſtes non noviſſet Sacerdotales; quæ in ſua Eccleſia erant quotidie uſuales; noverit autem tantummodo Theodorus Metropolita; qui ex iis deduxerit, hominemque docuerit; illum qui ipſi apparuerat, non fuiſſe Patriarcham, ſed Nicolaum: Cujus poſtea nulla commemoratio; nec pro beneficio ullæ gratiæ. Si bene eſt interpretatus, illum non fuiſſe Patriarcham, ſed Nicolaum; cur non adiit Nicolaum domi, ſed Cpolim, & ad Patriarcham profectus eſt? Corruta eſt hæc oppoſitio: & mihi ſufficit, ex his Theodori, numquam deduci poſſe; eum crediddiſſe, dixiſſe, deceſſorem ſuum Myrenſem, Nicolaum fuiſſe metropolitam. Quo in loco abunde, expenſum, & excuſſum credo, ad libellam Veritatis, Nicenum hoc teſtimonium, nil officere noſtris Actis; nec quidquam detrahere eorum fidei.

CUR TAMDIU LATUERINT ACTA NOSTRA? CAUSÆ.

C A P. XI.

1. SAncti Nicolai corpus, (ut conſtat ex ejus Actis) in Sionis ejus Eccleſia, & Monaſterio eſt depoſitum. Diutius autem ſtetit hoc Monaſterium. Nam in præfata Occumenica Nicena ſecunda Synodo, anni 787. Kalendis Octobris, in fine Actionis 4. (a) inter Abbates, qui ſubſcripſeruot. Strategius hujus Sanctæ Sionis monachus invenitur, qui & ſubſcribit: *Στρατήγιος μοναχὸς τῆς ἁγίας Σιὼν, ὁμοίως. Strategius monachus Sanctæ Sion, ſimiliter ſubſcripſi*. Florebat ergo adhuc hoc Monaſterium, anno Chriſti 787., cum ab obitu Nicolai, & ab anno 551., excurrebant anni 236. Firmum fundamentum Authoris; & laus Deo. Sed jamdiu Corpus Sancti, e Pharrois, & Territorio Myrenſi, in Cathedralem Myrorum Eccleſiam, Sanctæ Irenis nomine nuncupatam, translatum fuerat. Id ſane factum: & ita ſemper ſtetit, ad undecimum uſque ſeculum, & annum 1087., quo inde ablatum eſt a Barenſibus, & in eorum adductum Urbem. Hoc autem factum puto poſt mortem Artemæ; qui fratre ſuo ſenior Nicolao; paulo poſt ipſum, anno circiter 560. nporuit obiiſſe. Sanctus defunctus eſt annorum 72. menſe Decembri, Dandus igitur Artemæ obitus, ut latiùs, anno 560. jam dicto.

2. Geſtum id putem ab eodem Philippo Myrorum Metropolita, ſub quo obierat; vel ſuapte, vel ſui Cleri precibus fatigato. Quo tempore Myrenſes, contenti populorum devotione, & ad Sanctum Corpus, Orbis concurſu; ita ſe toto ſecuto ſeculo, & ſequenti, ad medium uſque, contiouerunt. In ſeptimo, ex errore communi, oborta fraus; ex lucro, & ex philautia. Communis error fraudem, lucrum genuit philautia. Partus tyrannicarum quatuor paſſionum. Translationi ſuus datus eſt color; fortaſſe initiis, naturalis: Vel ad tollendas turbas a Monaſterio, quæ Clauſtri ſilentia peſſumdabant: Vel conſulendo concurſui maximo populorum, qui in Pharrois, in parva Eccleſia monaſterii anguſtabatur; & rixis, quereliſque magnis præbebat locum: Vel denique, ut tanto theſauro Urbem ditarent ſuam; & decentius cultui Sancti conſuleretur. At ſeptimo ſeculo, ex vulgari errore ortus eſt rumor, quo Nicolaus noſter a populis, non alio nomine, quam *Sancti Nicolai Myrenſis, a loco ſepulchri, paſſim eſt appellatus*. Sic Myrenſis ille Archiepiſcopus Nicolaus, qui lectorem ordinaverat noſtrum Sanctum, in locum Pinarorum Epiſcopi eſt ſubſtitutus. Non Sanctus pro Sancto obtruſus; & cum eo confuſus potius. Atque hinc Acta noſtra, in paſſis tenebris jacuerunt; nec ulli ſunt amplius pertractata: in idem collimantibus multis cauſis.

3. Prima, quod fortaſſe monachi Sanctæ Sion, pertriſtes de jactura ſui theſauri, Nicolai; Acta nec ipſi reſcriberent; nec cum quoquam alio communicarent. Secunda, quod Myrenſes, Acta ſibi noxia Nicolai, nec petere, nec reſcribere curarent; ut quibus Eccleſiæ prodebatur, non ſuum, ſed Pinarorum fuiſſe Epiſcopum. Et quia in dies, cum fama miraculorum, creſcebat rumor; Myrenſem, noſtrum fuiſſe Epiſcopum: ineptum, ſtultumque viſum eſſet; communem errorem populi; in damnum Patriæ, detegere, & diſſipare. Proinde ſilenti agmine proceſſerunt. Si ſecus factum, & Acta quæſita reſcripſiſſent; ſiniſtra manu, ſuoque gladio, dexterum brachium obtruncaſſent. Præſertim, quod ab illo errore, non ſui culpa orto, nec ſoto; vulgus revocare, & illuminare, teneri non videbantur. Contra, ſummo ſtudio fore curandum potius, in eo errore populum retinere, ut pergeret ita credere; & illius memoriam vel abolere, vel cum ſuo Myrenſi Archiepiſcopo confundere Nicolao. Tertia cauſa; quod Pinarenſes, negligerent, ſui glorioſi Epiſcopi habere geſta: ſuum non reclamaſſent, tamquam ac ſi pertineret ſibi nihil. Præcipue ex eo tempore, quo Nicolai Corpus a Pharrois, Myra translatum fuit; & omnis honor & gloria, non Pharrois & Sionitis, ſed Metropoli ſuæ acceſſerat.

4. Ita factum putem, ut Acta hæc noſtra defoſſa, neglecta, nec a quoquam amplius deſcripta, tractu temporis perierint. Num autem, omnis eorum memoria, & apud omnes penitus deperierit; equidem adhuc quæro: ſed deprehendo apud tres, vel quatuor (ſummum quinque) ſed ſine uſu Reipublicæ, per varias temporum vices, a decimo ſeculo, & deinceps, viſa, & lecta fuiſſe; non ad veritatem elucidandam, ſed majoribus tenebris obruendam. Hæ cauſæ, cur tamdiu latuerint Acta noſtra. Cæterum, qui per ea tempora, uſque ad nos legerit, ſit uſus quidpiam Actis hiſce; eorum *primus* deſcriptor, ſeculo fuit decimo Metaphraſtes: *Secundus* ille Neapolitanus Anonymus, qui in lectiones redegit ſeculo undecimo, quæ Johannes noſter diaconus ſcrioſerat nono ſeculo. *Tertius*, Myrenſis quidam cuſtos ſepulcri, & corporis S. Nicolai (ſive ſub ejus perſona Venetus) poſt annum 1087. ſeculo undecimo. *Quartus*, alius noſter Neapolitanus Clericus, decimotettio ſeculo. *Quintus*, Pater eſt Antonius Beatillus, qui anno 1620., ex eodem noſtro Codice Vaticano, ea habuit, iiſque uſus, abuſus eſt; & omnium maxime, clanculo, & turpi ſilentio, ea obvolvit; ut ſua commenta venditaret.

QUIS

(a) Concil. tomo 8. col. 992.

QUIS PRIMO NOSTRI NICOLAI ALIQUA ACTA FINXERIT? EXCUTIUNTUR ISTORUM PRIMA: SCILICET; DUO TERNARIA CAPITE DAMNATORUM.

CAP. XII.

1. INter Monophyſitarum & Monotheletarum, ingentes copias, qui ſatagebant omnia depravare, (ut videre eſt, in quinta Synodo, ſexta, & ſeptima) multi emerſerunt tenebriones, qui ſalva manu; in Sanctorum aliquot, rebus geſtis, fabulari, & fingere occeperunt. In tanta libertate; quæ primo ſint ſuſa ſpuria in Nicolao; deciduo ſeptimo ſeculo, illa ſiſtimus; quæ omnium priora, a duobus Lyciis & Myrenſibus prodierunt. De Nicolao nempe, & Conſtantino Magno; de Taiphalorum defectione; de tribus Ducibus eò miſſis; de tribus innocentibus liberatis: de iiſdem tribus Ducibus, a morte ereptis: & de tributo, miraculo relaxato. Quæ omnia idcirco, immediate poſt Acta noſtra, græcolatine adjecimus, & edidimus.

2. Duo ſunt autem, quæ aperte oſtendunt, hæc prima omnium ſuſa eſſe. Alterum, quod ſequiores, inde cuncta derivant ſua: ea omnes tinniunt, & altiſſimo canunt tono. Vitam namque ſui Nicolai, nemo a quarto ſeculo (quo vult eorum hypotheſis floruiſſe) adhuc ſcripſiſſe comprobatur; primuſque eam (poſt quingentos annos ſilentii loquaciſſimi) ex vulgatis rumuſculis collegit, conſcripſitque medio nono ſeculo Methodius Patriarcha Cpol., ſin velis, Michaël Archimandrita, Monaſterii Chœnolacci in Bithynia, ad Oxiam montem. Alterum, quod hi primi omnium tradunt, Nicolaum fuiſſe Myrenſem Metropolitam; ex errore communi, jam orta traditione; quam lactabant opiparè, donaria, oblationes, & philautia. Quod autem iiſdem artibus regi debent Imperia, ac iis, quibus ſunt comparata; natus errore rumor, ſolidiori cibo adultus ali oportebat: hinc noſtri plani rem ſunt aggreſſi, ſalſis his miraculis, (ut factis Myris) firmando errori; ætatemque Nicolai ad Conſtantini tempora relegarunt: ut peſſumdarent magis, vel contunderent ætatem Pinarenſis, ſi emerſiſſet aliquando. Hic fuit eorum Scopus. Authores fuiſſe Myrenſes cives, compertum eſt; dummodo obſerves obiter, miracula ſemper facta pro civibus, ſaltem in Civitate Myrenſi; quam unum eis non reſtat, niſi metiri palmo; Vias omnes, & loca publica, & Eccleſias (omnes Chriſtianos tempore Conſtantini?) Myrorum enumerando; ob dulcem amorem patriæ. Optime eam norant, qui numerarunt, Portas, & extra Portas, Vias, Angiporticus, Fora, Prætoria, & Templa Sanctorum. Sed hæc inter prima Chriſtianiſmi initia, erecta publicè, tanquam ſi ſequius eſſet ſeculum; & non illud, in quo a Conſtantino, pax data populo Chriſtiano; nemo credet, niſi jejunus prorſus hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. *Leo, Placoma, Dioſcuri, Martyrium Dioſcoridis & Creſcentis, Portam, extra Portam, ad Veram, locum Carnificinæ, Prætorium*.

3. Eruditiores ad unum omnes, Catholici, Acatholici, hæc indigna eſſe fide aliqua cenſuerunt: omnes in iis fundamentum aliquod, negant imponi poſſe; hinc ea ſigillatim, vel diſcutere neglexerunt; tanquam opera perdita, oleoque. Mihi ſecus agere eſt decretum; ubi agitur de illuſtrandis Sanctorum Actis: & de præſtando ſervitio aliquo Chriſti populo: in quo conatus & ſudor omnis, impenditur laudabiliter. Quapropter, uti etiam alibi, (*a*) e re Chriſtiana ſum me gerere opinatus; ita in his ſabuloſis Nicolai; ſigillatim quæque diſcutere; & ad incudem eadem revocare (latius, quam in notis brevioribus meis ad ea egi) ſum animo obſirmatus: ut hoc pacto, amatoribus Dei, & Sanctorum ejus, luculenter, & non ſolo imperio, fiat ſatis. Sic enim quiſque mecum, res acu tanget; & veritatis (quoad fieri queat) puriſſimæ, unice fiet amans: fabularum autem, maxime ridendarum, unice fiet oſor.

4. Pugnam hanc itaque inituri cum monſtris; incipiemus a Taiphalis, & a primo commentitio monumento. Populos Taiphalos, cum quibus magnus Conſtantinus bellum geſſit, habemus a Zoſimo (*b*), ab Eutropio (*c*), & ab Aurelio Victore (*d*). Mamertinus etiam eorum meminit, ante utrumque, in ſua Panegyri Auguſto Maximiano Herculeo, dudum dicta. Verum hi quarti ſeculi & quinti authores claſſici, in *Dacia mediterranea*, vel *Ripenſi* (poſtquam Gentio devicto Rege, Trajanus eam in Provinciæ formam redegit; Aurelianus vero habitatores ejus trans Iſtrum tranſtulit) collocant Taiphalos, conterminos (Dione teſte libro 51.) Triballis, & Baſternis; ubi modo *Tranſſylvani*, *Moldavi*, *Valachi*, *& pars Hungariæ*: non vero in Phrygia eos ſiſtunt, Noſtro plano, bellum illud placuit ſeligere, Conſtantini cum Licinio in Taiphalos: Sed diſplicuit ei Dacia, importuna, & inutilis ſuo mytho; utpote, quæ eſt in Illyrico Orientali; cujus Sardica eſt metropolis: Et volatu ſui calami portentoſi; Taiphalos e Dacia in Phrygiam transfert. *Βουστροφηδὸν* iter: pro Noto, Orientem petit: ut petat Europam, per Cycladas ducit in Aſiam. Idem faciat, qui Romam petiturus e Galliis, ad Gades tendat. Fictionis autem cauſa aperta eſt. Phrygia contermina erat Lyciæ, & fabulatoris patria erant Myra. Hinc non terra, ut fieri debuit, ſed claſſe & mari, juſſum fingit a Conſtantino, ut tres Duces (vel a ſe ſomniatos, vel ab indigeſta aliqua habitos lectione) cum datis copiis, in Taiphalos rebelles ducant. Bella non pluribus, ſed uni Duci in capite committuntur. Non Conſtantinus, ſed imperitia Scriptoris magna, tres in Capite, impoſitos Duces facit.

5. Claſſe, dum pergunt illi, mare tandem & ventos, parum propitios experti (natura maris, caſu, an ſola ſcriptoris inventione?) appellunt Andriacen, Myræ portum; & ibi propoſitum ſuæ fabulæ prodit plaſtes. Deſcendunt cum Ducibus *pauci* milites (*τινὲς*) ut aliqua ſibi emant. Paucos deſcendere, jubet peritia & ſcientia militaris: & paucos etiam ipſe fingit. Eſto hinc aliqua rapiat licentia militaris. In oppido maritimo, & Navali tunc frequentiſſimo; quid pauci milites inter tantos? Eſto etiam, ut ſuos, tres Duces non coërcuerint, ſtupidi facti & muti (ſic jubet plaſtes) & ſeditio civium ſit exorta; non in urbe, ſed in Placomate, quod inter Myra, &

(a) In Acta Ss. martyrum *Euſtathii & Sociorum*: & in Acta noſtri Primi Sancti Epiſcopi *L. Nonii Aſprenatis*.
(b) Hiſtor. lib. 2.
(c) In Conſtantino.
(d) In Conſtantino.

ra, & Andriacen jacet medium; ſolis mille & quingentis paſſibus ab utraque: Num, his auditis, Nicolaum oportuit Andriacen deſcendere ad compeſcendam ſeditionem; an Euſtathium ejus Præſidem? Methodius etiam dicit Euſtathium *ἡγεμόνα τῆς ἐπαρχίας: Præſidem Provinciæ*; cap. 21. Si non hunc ſolum; ſaltem utrumque. Solus deſcendat; plaſtes facit, illico Nicolaus; & Euſtathius nunquam, Provinciæ Præſes, proximus; ut gentes jure commotas, ſedet. Idque ſine præſentium Ducum crimine, dum in vicinia erat Præſes. Tantum accurrat, pro ſuo munere Antiſtes Sanctus.

6. Sunto autem hæc omnia, & admittantur: quid illæ congeminatæ Peripetiæ? Eſt laus & gloria Nicolao, a populi ſedata commotione: & laus ei alia concilietur, a liberatis tribus interea damnatis morti, a corrupto pecunia Euſtathio Præſide, in urbe Myra: ut portentum portento ſuccedat alii. Ob finem eundem vult ſibi plaſtes, ut ad cœnam ſecum ſanctus duces invitet, & ducat Myram; manſuros alias in Andriace penes ſuos. Ut nempe ibi Pyrgopolinicen obſervent Nicolaum, dum ut bos anhelus pedeſter *ad Veram* (locum ſupplicii extra Portam) currit, & enſem ſtrictum, a carnificis manu arripit; & ſummo cum ſpretu & contemptu Juſtitiæ, in terram projicit: & tres illos anonymos, injuſtiſſime obtruncandos, illico reddit ſuis. Quis Thraſo, quis Drances, quis Polyphemus, hæc ita arroganter, ita libere, & tanta facit authoritate? Author noſter, qui ita jubet. Effractæ fores Prætorii a Nicolao; retro protruſus Prætor, qui cruentis minis, probris affectus, ad ejus genua procumbit. Luſus Sancti per parecheſim, in Chryſaphio, & Argyrio: ad Ducum preces venia Prætori; & Acta omnia facta irrita; tanquam ac ſi Nicolaus ſuus, ipſemet eſſet Imperator. Interim hæc omnia efficta tantum, ut ſpectata a tribus Ducibus; eo exemplo, ſuo tempore eadem recordentur, & eum invocent. Theodora Auguſta, etſi in Silverium Papam, & Vigilium furioſa; ſuis Protoſpathariis ut illos perderent, non promittit auri, ultra ducentas libras. Miſerabilis noſter plaſtes, largiſſimus verbo eſt; cum auri, nedum item ducentas libras, Euſtathio *Præſidi* datas ingerit, ut primos illos tres innoxios capite obtruncaret: quin mille & ſeptingentas auri libras Ablavio Præfecto datas blaterat; ut tres item innoxios Duces iſtos, capite obtruncari curaret. Tanti auri pretium & vim, funditus ignorabat, qui tam facile ipſum fundebat, & profundebat: & idcirco, tu hæc omnia falſa habeas. Interea tamen nota, hæc ſorta & pretia iniquitatis, tunc dicta *commoda*, (quo verbo noſter planus eſt uſus) hic non *Commodum* nomen proprium, (*a*) ſed *dona* vertendum eſſe. Ὁ γὰρ ἡγεμὼν, κόμμοδα λαβὼν; *Præſes enim acceptis donis*.

7. Poſt primum hunc Actum fabulæ læti finis (efficti tantummodo, ut ſpectaretur a tribus Ducibus) actutum, Taiphali ſine pugna repreſſi, ſedata Phrygia. *Pacatianam*, ne rogo *Phrygiam*, an *Salutarem*? *Pacatiana* erat *Pacata*; & *Salutaris*, etiam *Salva* erat). Hinc reducto veluti, iterum Sipario; introducuntur denuo Duces; ut ingreſſi Cpolim triumphantes, receptique publice, a Senatu, & ab ipſo etiam Imperatore; ob invidiam a Magnatibus, calumnia appetantur; (poëtæ juſſu) tamquam res novas in Imperium molientes. Ablavius Præfectus Urbi Cpoli, auri corruptus vi, librarum illarum, ſeptingentarum & mille, dicitur. Iterum vero repeto, miſerrimus fuerit hic impoſtor, qui profuſis fingit tot libras auri. Primus autem Præfectus Urbi Cpoli, eſt *Honoratus*, anno 359., viginti & duobus annis, poſtquam obierat Conſtantinus; nec ullus Ablavius Præfectus Urbi Romæ, aut Cpoli per ſolidum quartum ſeculum (*b*): etſi Ablavium anno 331., cum Baſſo Conſulem habeamus, & ſæpe Præfectum Prætorio. Inſtante commentitio hoc Præfecto Urbi; (*c*) Conſtantinus *indicta cauſa tres Duces in carcerem trudi jubet*. Poſt dies aliquot Ablavium urgent calumniatores, Conſtantinum Ablavius; illeque *ea nocte eos gladio percuti imperavit*. Stupidum, bardum caput, ingratum his facit author Imperatorem; qui ſine Actis ullis, ſine ullis probationibus eos damnet, inauditos, de læſa majeſtate, & proditione. Judicium hoc eſt propolæ.

8. *Capiclarius* (hoc nomine *cuſtos carceris*, impoſtoris ſeculo dicebatur) Hilarion (inter nomina, hoc ſelegit plaſtes accuratiſſimus) ſententiam mortis, lacrymis, & artificio ſummo, ſuſpenſe ſemper illis nuntiat: mox enim in fine, de repente ait; *cras interfici juſſi eſtis*. Prius dixerat, *ea nocte*, (διὰ τῆς νυκτὸς) & *cras*, αὔριον, opponuntur. Juſſa Cæſaris male me-

E.

NOTÆ.

(a) Pauſanias lib. 8. cap. 43. pag. 689. *Λυκίων δὲ καὶ Καρῶν τὰς πόλεις Κῶν τε καὶ Ῥόδον ἀνέτρεψε μὲν βίαιος εἰς αὐτὰς κατασκήψας σεισμός. Βασιλεὺς δὲ Ἀντωνῖνος, καὶ ταύτας ἀνεσώσατο δαπανημάτων τε ὑπερβολῇ, καὶ ἐς τὸν ἀνοικισμὸν προθυμίᾳ. Præterea cum Lyciorum & Carum urbes, Coon & Rhodon, vehemens terræmotus evertiſſet; eas Imp. Antoninus, innumeris prope ſumptibus, & magna promptitudine inſtauravit*. Ad quæ Koknius in notis ad verbum Λυκίων notat: *Julius Capitolinus cap. 9.* Adverſa ejus temporibus hæc provenerunt: fames, de qua diximus: Circi ruina: terræmotus, quo Rhodiorum, & Aſiæ oppida conciderunt: quæ omnia inſtauravit. Et ad δαπανημάτων notat *Sumptus, qui impendebantur civitatibus terræmotu afflictis; peculiari nomine* commoda *dicebantur Suidas*. Κόμμοδα, δόσις ἐπὶ τοῦ σεισμοῦ παρεχομένη: *ubi* commoda, *ſunt dona, ob terræmotum exhibita*. Gloſſæ Baſilicæ; Κόμμοδα δόσιν, χρήματα ἐπὶ σεισμοῦ. *Gloſſæ Philoxeni*, Commoda reddunt λυσιτελῆ χρήματα, notant, pecuniam civitatibus, terræmotu collapſis datam. A latino ita dictum puto *Commoda*, quo initio primum, Reſcriptum fuerit. Modo adverto ita ſumptum pro *Donis*, etiam extortis. Non ergo nomen eſt proprium, quo dudum hunc locum verti. Euſtathius *dona* accepit juſtitiæ venumdandæ, Ibi *Commodus*, Euſtathium expugnabat.

(b) Ab anno 312. uſque ad annum 337., quo obiit Conſtantinus; hi ex libello Anonymi de Præfectis Urbi, colliguntur. Aradius Rufinus. Annius Anulinus. Baſſus. Vettius Rufinus. Ovinius Gallicanus. Baſſus. Julius Baſſus. Septimius Baſſus. Valerius Maximus. Baſſus. Januarius: Valerius Maximus: Acilius Severus: Lucer Verinus: Anicius Julianus: Dracilianus: Publilius Optatianus: Petronius Probianus: Baſſus: Anicius Paulinus: Ceionius Julianus: Rufius Albinus, L. Aradius Valerius Proculus. Mecilius Hilarianus, anno 338, Turcius Apronianus, anno 339. Fabius Titianus, anno 340. Inter tot PP. U., Ablavio nullus locus: quem, ut dixi, anno tantum 331. cum Baſſo apparet, Conſulem proceſſiſſe. Interim in aliquo annorum ante 320. fuiſſe oportebat Ablavius Præf. Urbi: cum in Licinium (putamus) duxerat Conſtantinus, qui Taiphalos in Dacia, in ipſum rebelles egerat. Hos tunc domitos ſcimus. Ergo ante 323, & hos fictos Duces de illis triumphantes, & calumniis impetitos eſſe oportuiſſet. & Ablavium eſſe P. U. anno 324. Quod falſiſſimum demonſtravimus.

(c) Præfectus Urbi, Scriptoribus, ſemper Ἔπαρχος dicitur: & ita ſemper hic plaſti noſtro. Ὕπαρχος vero, Præfectus Prætorio appellatur. Etiam Methodius cap. 22. *Præfectum Urbi* dicit Ablavium, ἔπαρχον τοῦ ἄστεως.

le memor eſt noſter planus; etſi repetat ipſe in fine eadem: *hac enim nocte, juſſi eſtis, ut moriamini: τῇ νυκτὶ ταύτῃ*. Capiclatius eos ſubinde hortatur, ut de ſuis bonis teſtentur, ſi ipſis lubet. Jura ignorabat author; quæ bona damnatorum ob crimen læſæ, Fiſco addicunt, ante Conſtantinum, etiam longo tempore. Ac ipſe voluit, conſanguineos illorum omnes, affineſque, morte repentina jam obiiſſe; quandoquidem, pro ſuis illuſtribus calumnia oppreſſis, neminem comparuiſſe, ad tutelam facit. Non media curat plaſtes, qui ſuum ſcopum & finem reſpicit. Poſt tam infandam ſententiam; *Nepotiano, uni eorum, venit in mentem id, quod Sanctus Nicolaus, in tres illos egit in Lycia*. Oranſque Deum, precatur Sanctum, ut pro ipſis etiam inſontibus, capiteque damnatis, *etſi longe poſitus* intercedat: ut ſicut ſeſe geſſerat cum *cum tribus illis in Lycia; liberati, ejus adorare, digni fierent ſanctitatem*.

9. Vix hæc dicit Nepotianus, cum *viator* adhuc, audit illico Nicolaus (angelus certe; ſi foret verum) advolat, apparenſque per noctem Conſtantino, imperat ei, ut ſurgat; *et Duces tres illos liberet, quoniam per calumniam delati erant*. Addit minas: *Quod ſi mihi non obedieris; in Dyrrachio bellum in te conflabo; carneſque tuas avibus tradam: magnumque Regem Chriſtum, in te movebo*. Contumelia, jurgium atrox, & ſuperbiſſimum; quod in faciem Majeſtatis, a furioſo tantum fieret, non a Sancto. Sed ſua ſeptimi labentis ſeculi, & Rhinotmeti tempora; mente agitabat, male ſanus & imperitus hic author, dum cogitat de Dyrrachio; quod, ſe curante, bello fuerat lacerandum. Equidem magnæ minæ! & haud ſpernendæ Conſtantino, qui ſolus erat monarcha totius Europæ, Africæ, Aſiæque. Quot nempe hodie dominantur, per ſeptem potentiſſimos Principes; Luſitaniæ, Hiſpaniarum, Galliarum, Angliæ, Germaniarum, Italiæ, & Othomaniæ, per Orientem & per Ægyptum. H. tunc inter literas, Macedonia. Verum, magna providentia hæc Dei eſt, ut ſemper in iſta brevia, & Syrtes incidant impoſtores; qui Nicolai, aliorumque Sanctorum, quæpiam, temerario, & ſceleſto auſu, ſcribendo ſe immiſcuerunt. Thraſonicæ iſtæ minæ, ipſis quadrant; non viro manſuetiſſimo (ut quæ indignæ etiam prudenti, honeſtoque ſunt) & Sanctiſſimo, & primi ſubſellii; quas ne cogitare quidem; multo minus effutire, credendus erat.

10. Poſt hæc Nicolaus, a Conſtantino interrogatus, inducitur reſpondiſſe, ſe eſſe, Myrorum in Lycia Nicolaum: (en ſcopum noſtri impoſtoris) moxque ad Ablavium pergens, dicit illi: *Ablavi mentecapte, & inſane, ſurgens libera tres illos Duces, quibus mortem, ex magna tua argenti cupiditate, vis inferre*. Rurſus quatuor acerbæ minæ: *Quod ſi non liberabis; magnum Regem Chriſtum in te movebo: & in deſperatum incides morbum: & vermium eris cibus: & univerſa delebitur tua domus*. Interrogatuſque denuo; ſuum item manifeſtat nomen & dignitatem; (pro ſuo ſcopo iterum repetit lectionem) & evaneſcit. In quo alius his tumor, & ſuperbus faſtus videri poteſt. Quid enim bis illa: *Ego ſum Myrorum in Lycia, metropoleos Epiſcopus Nicolaus*. Quid ſuperbius, quid tumidius? Nonne hoc idem, ac illud; *Hannibal peto panem?* Porro ſimilia hæc illis ſunt, quæ idem poëta, ſupra fingit, dixiſſe Prætori (vel Præſidi Lyciæ) Euſtathio Nicolaum: *Sacrilege, & ſanguinarie, quomodo ante conſpectum meum, venire auſus es; tanta, tantaque facinora operatus? Verum ego tibi non parcam. Ecce enim confeſtim magno Imperatori Conſtantino, quæ tu feciſti mala innotuerunt*. Si innotuerunt iſta Euſtathii; multo magis Nicolaus etiam innotuerat, & quæ ipſe tam præfracte & inſolenter egerat, ad patibulum. Infra tamen, in re Tributaria, hæc utriuſque cognitio, falſa clariſſime apparebit.

11. Conſtantinus hic autem, & Ablavius expergefacti, ſuum uterque mittit *Protocurſorem* (ita ſeptimo ſeculo *Præfectus curſoribus*; *Primus Celerum* dicebatur) ut ſua quiſque alteri viſa referat. Sic plaſtis anima vilis, demittit Conſtantinum, ut primum Curſorum advocet, ipſique fidat, committat iſta. Inter primarios Aulicorum non aderat, qui Præfectum Urbi advocaret? Tum *Imperator, Senatu, & Præfecto aſtantibus; jubet e carcere, tres illos coram ſe ſiſti; eoſque interrogat: Dicite mihi, quibuſnam artibus uſi magicis, talia nobis ſomnia immiſiſtis?* Quæ interrogatio! Ad hæc illi merito conticeſcunt: & ubi iterum ſunt de re eadem interrogati; ex ore Nepotiani (is ſemper perſonat) reſpondent, ſe nunquam artes magicas didiciſſe. Cæterum, ſi eas unquam exercuiſſe reperiantur; aut ſi quid in ejus Imperium excogitaſſe; placebat ultro, ut exquiſitis ſuppliciis ſubderentur. Et tunc aliquantulum Imperator fingitur mitigatus. Quid Ablavius hiſce? Nihil.

12. Rogat præterea Imperator: Num nam noverint aliquem nomine Nicolaum? Poëtæ dignum hoc artificium. Sexcentos illi reſpondiſſent, ſe eo nomine cognoviſſe, non unum tantum. Attamen inter tantos, plaſtes noſter inſane iubet; Duces Nicolaum noſtrum tantumodo cogitare, & proferre, qui tres illos injuſte damnatos capite, ab imminenti morte Myris, per Nicolaum Lyciæ metropolitam viderant liberatos. Ad hæc Imp. quærit, quis ille ſit Nicolaus? Ignorat ergo adhuc Nicolaum Conſtantinus; (authore plaſte) & cauſam, & crimina Euſtathii. Proinde mendacium, vel in angelo, vel in Nicolao; tutius, in immemore impoſtore. Rem omnem Myris geſtam exponit Nepotianus (hunc ſemper diximus perſonare) *& quomodo ipſi quoque*, eum in carcere invocaverant. Rem plane acu tangebant Duces, interrogati ab Imperatore; etſi ipſi non vagentur, inter innumeros Nicolaos, quos cognoviſſent. *Dixit eis igitur Imperator: Non ego largior vobis vitam, ſed Nicolaus, quem invocaſtis*. Verius: ex nihilo (ut ajunt) ſui & ſubjecti, & tribus Ducibus ſomniatis; vitam verbo, noſter largitur plaſtes. Et quamquam de ſalute Reip. ageretur, & de ſummo diſcrimine vitæ Principis; de his tamen, & de ſublatis cunctis ſuſpicionibus, amplius nulla mentio. *Quapropter*, Imperator ait: *Abite, & detonſa coma* (ſua tempora, mente & animo volvit planus) *liberi eſtote*. Tum *Evangelium aureum eis dedit, & duo etiam aurea candelabra* (hæc vere olent tempora Conſtantini! Vah! quanta etiam, hujus auri aërii eſt profuſio!) liberoſque dimiſit eos. *Qui in Lycia*, ob juſſum, *ſua detonſa coma*, magnam pecuniæ vim, *pauperibus tradiderunt*: itaque ad multos annos, perfecerunt. Gratiæ magnæ Deo, quod finis primo Actui, inſaniſſimæ fabulæ datus eſt. Pro hujus tamen capitis coronide, e re ducimus, fundum inveſtigare, ſub quo ſubſtruere tanta voluit hic tenebrio. (a)

EXCU-

N O T Æ.

(a) Ex ſubobſcura & fortuita aliqua lectione (rumore potius) quam hic impoſtor habuit; etiam ad captandam antiqui-

EXCUTIUNTUR SECUNDANUM TRIBUTARIA FUNCTIO SIT MYRENSIBUS RELAXATA?

CAP. XIII.

1. TRanſeamus modo ad ſecundum mython, ab eodem forte Myrenſi effictum; qui, ut majorem fidem conciliet ſibi & fabulæ; & ut validius lectores decipiat pios; æqualem ſe venditat Conſtantini. *Temporibus*, ipſe incipit, *Conſtantini, noſtri piiſſimi Imperatoris; ab iis, qui rei tributariæ erant præfecti, exiit tale edictum; ut Myrorum metropolis pene peſſumdaretur.* Dumque in his anguſtiis *populus verſabatur; omnes* currunt ad Nicolaum, & genuflexo ei ſupplicant, ut ſcriberet, mitteretve ad Imperatorem, miſeriam populi expoſiturus. Nicolaus *ea ex cauſa, promittit, aditurum ſe Imperatorem; ut gravitatem Tributi, quod ipſis impoſuerant, relevaret. Et reapſe, quæ ad iter erant neceſſaria, præparatis; Cpolim iter arripit: & profunda veſpera* (volavit credo) *pergit ad Sanctum & venerabile Templum, quod in Blachernis eſt, Reginæ & Matri Domini noſtri Jeſu Chriſti conſecratum.* Atque in eo *Veſpertinam Hymnodiam Deo ſolvens; tota nocte cum loci Epiſcopo* (æqualis ignorat nomen; & veretur, ne ex lapſu aliquo, detegatur) *& Monachis, qui Monaſterium incolebant* (multæ gratiæ ob illam nutulam; qua ſuam prodit Author conditionem) *ut Dominus cor molliret Imperatoris, & onus illud miſerabile aboleret; cujus cauſa eo venerat.* Io primo hoc limine ſuæ fabulæ, impingit; *incidit* impoſtor *in foveam, quam fecit*; & deprehenditur in mendacio manifeſto. Templum enim Blachernianum, poſt annum 431. & Concilium Epheſinum, a Pulcheria Auguſta, fuit in honorem & gloriam Sanctiſſimæ conditum matris Dei: ut notum omnibus. (*a*) Ac proinde, ne per ſomnium quidem, extabat temporibus Conſtantini. Qui hæc ignorat; quot ſeculis poſtea, hæc ſcripſit imperitiſſimus? Labente ſeptimo ſeculo, & ducentis quadraginta decurſis annis, ab ejus conditu: Saltem, inquam: (*b*) quo tempore & ipſe ignorabat, & ſecum alii, primordia hujus Templi; & opinabatur etiam illud viguiſſe tempore Conſtantini. Sed Patriarcha non habitabat in Monaſterio; nec cum Monachis pernoctabat; qui in Patriarchio degebat ſuo. Sane quam imperitus, tam effrons plaſtes. Cum his ergo larvis, larvatus etiam hic Nicolaus oravit ibi, authore noſtro ſomniatore.

2. Ingeminat ipſe fabulas, magno cachinno excipiendas: abyſſus enim abyſſum invocat. Pergit: *Hinc ubi* Nicolaus *aliquantulum requievit; omnes illius Sanctæ Civitatis Epiſcopi* (SANCTA tunc poſt *Hieruſalem, Roma* dicta) *intellexerunt* (quam illi? De primario, & nondum Patriarcha, altum ſilentium. Alii, ſunt exteri.) *Quoniam celeberrimus, angelicuſque, & per orbem totum illuſtris* (ſua tempora ſpectat author) *eo devenerat Nicolaus.* Hæc onera, nimis ſunt fabulæ oneroſa. Ad examen accede impoſtor: *Et congregati, cum indicta ſupplicatione* (jus indicendi, ſolum Epiſcopi; & Cpoli ſolius fuit poſtea Patriarchæ: qui tamen nuſquam, & nunquam in ſcenam prodit) *& lætitia magna; cum cereis & thuribulis, in Templum venerunt Sanctiſſimæ Reginæ noſtræ Deiparæ: ac ubi Sanctum Patrem noſtrum aſpexerunt; ad ejus pedes prociderunt; & genuflexi ante ipſum, benedictionem, remiſſionemque peccatorum, ab eo petierunt.* Plauſtra ineptiarum, & putidiſſima commenta effrontis tenebrionis; diſpeream, ſi per ſingula membra diſſecem. Proceſſio Epiſcoporum, cerei, & thuribuli: Epiſcopi ante Epiſcopum genuflexi (qui honor debitus ſoli Papæ) benedictionem petunt Epiſcopi ab Epiſcopo: abſolutionem, vel remiſſionem peccatorum publicam; & inter acclamationes, a *Sanctiſſimo*, nedum *Sancto*: hæc Terata ſunt Eccleſiæ: quæ ſoli hominum ineptiſſimo placuit effutire. In parem, pari non eſt imperium, non authoritas, non poteſtas. Num hæc Sanctus ſuſtinuiſſet, & non ipſa ſerio compeſcuiſſet; & tota anima contremiſcens? tanquam de maximo laqueo ad ſuperbiam, ad caſum ſibi ab ipſo ſatana præparatum? Ita ſane. Interim de his nihil. Non trepidat Sanctus, non prohibet, & honores indebitos ſibi ſumit. *Quis ergo tantum ferat hiatum?*

3. *Sanctus autem, ſigillatim ad unum, amplexus eos; & pacem eiſdem omnibus impertitus;* donec ſingulos percucurrit, *ſic faciens, non ceſſavit.* In tam puerilia, non exerceo cenſuram meam. *Cumque poſtea ſediſſent omnes; a verbum narravit eis, & intolerandum, quod civitati ſuæ acciderat infortunium. Ut autem hæc retulerunt; in tribulatione maxima ſe li poſitis; ſupplicant noſtro Sancto; ut una cum ipſis offerat ſacrificium, & per ſanctas ejus orationes; dignos eos faciat, pretioſi, & ſacroſancti Corporis & Sanguinis, Domini & Dei noſtri.* Tot Epiſcopi petunt a Nicolao (non confeſſi ſacramentaliter) abſolvi a peccatis ſuis; & per ejus hinc ſanctas manus, tanquam presbyteri in Cœna Domini, laicam percipere, ab unico celebrante communionem. Stolidum, bardum, inſanum caput.

4. No-

quitatem ſuo Nicolao quam ſpectabat unice Conſtantini; ipſe arripuit, adhibuitque nomina, *Ablavii, Nepotiani, Urſi*, & (ut legendum puto) *Opilionis*, & *Euſtathii*, qui quarto & quinto ſeculo floruerunt. Anno enim 301. cum Poſtumio Titiano, Conſul eſt *Fl Popilius Nepotianus*: & anno 336. filius ejus eodem nomine, cum Facundo; qui plaſti potior eſſe ille *Nepotianus*: qui anno 350. Romæ Imperium uſurpavit, ſed poſt dies 28. ab Heraclide Romano Senatore, interfectus eſt. Anno 338. cum Polemio *Urſus* eſt Conſul. Et ſi in *Erpylionem*, ex *Telemis* corruptum velis qui noverit M. *Opilium Macrinum* Imp. anno 218., facile prono ſomptum dicet Flavium *Opilionem*, qui anno 453. cum Vincomalo Conſul proceſſit Aëtius Coſ. an 454. *Opilionis* eſt frater, & ambo filii Fl Aëtii Coſ 3. annis 425 437 & 446. Diximus *Ablavium* fuiſſe Coſ. anno 331. (is fuit filius *Ablavii Tatiani*, Conſularis Æmiliæ. Liguriæ, & Campaniæ ex marmore). Eique plures leges ab anno 326. ad 336., ut *Præfecto prætorio* directas legimus, in Codice Theodoſii. De infinita autem avaritia, damnatus eſt etiam a Conſtantino: poſt cujus mortem occiſus, caruit paritate ſepulturæ. *Euſtathius, Theodoſius*, quos ſubeat, habeas quarto ſeculo.

(*a*) Theodorus Lector Eccleſiæ Cpolis, æqualis tempore, ait lib. 1. ſuæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ: *Ædificavit autem Pulcheria Eccleſias complures; eam ſcilicet, quæ eſt in BLACHERNIS: item eam, quæ eſt in CHALCOPRATIIS; item eam quæ dicitur HODEGORUM: item Eccleſiam Sancti LAURENTII martyris.* Procopius Cæſarienſis lib. 1. de ædificiis Juſtiniani, cap. 3. pag. 10. 12. Templum Blachernitanum dicit Opus Juſtiniani, vel Juſtini I., ejus avunculi. Intercedit Tillemontius tomo 15. ſub finem S. Pulcheriæ, & præhabita Theodori Lectoris authoritate, putat, a Juſtino vel Juſtiniano auctum, redditumque tantum ornatius. Theophanes in Chronico pag. 90. ait a Pulcheria erectum, initiis Marciani. Ergo vult anno 451. Author Chronici Alexandrini pag. 442. & Ducangius pag. 83. idem narrant de Marciano. Marcianus eam uxorem duxit an. 450. eademque obiit menſe Julio anni 453. juxta Idacium in Chronico.

(*b*) Ab anno 435. ad annum 690. circiter, intercurrunt anni 240 circiter. Plaſtes addidit aliud centenarium: & ſem protraxit ad Conſtantinum.

Digitized by Google

4. *Noſter autem Sanctus Pater, his auditis; faciens, cum ipſis ſacrificavit: & ſanctiſſimis ſuis verbis, Canticum Deo mitsens; ubi ad dividendum panem pervenit, & dixit: SANCTA SANCTIS; ignis veluti fulgor, e labiis ejus egreſſus eſt.* Sane vero, homini, qui tot hactenus eſt commentus; portentum hoc etiam, facile credi poteſt: adducit teſtes de viſu. *Quod videntes, qui proximi ei aderant; magno timore correpti ſunt: & Deum (qui per ſervos ſuos, mirabilia operatur) glorificaverunt. Ac tandem, ad diviſionem pervenientes, communicarunt: ipſe ſcilicet, & qui erant cum eo Epiſcopi.* Longior, triſtior, & inter procellas, mala nocte; cogit me ad clamandum: *Ohe jam ſatis eſt, ohe libelle.* Per partes, quin per particulas, vult etiam nos audire, ne dum intereſſe Synaxi Græcæ. Scribe hinc, & deſcribe illa: *Noſtro, te ſatia ſanguine Cyre.* Sequere, perge quæſo: *Et dum interea ipſi orabant, etiam omnis populus, cum omnimoda conſolatione, tanquam ab angelo; per venerabiles ejus manus communicavit. Divino deinde immaculatoque ſacrificio peracto; diviſiſque inter ipſos reliquiis, ſeu proſphoris, quæ ſuperfuerant, dimiſit populum univerſum.* Ineptiſſimus tautologus & battologus, pergit obtundere noſtrum caput. *Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo.*

5. *Ibi autem cum eo Archiepiſcopi, & diaconi, omniſque clerus Eccleſiæ perſtiterunt: hilariterque tota pariter cum ipſo, tranſacta die,* veſpertinorum hymnorum advenit hora; ac in Eccleſia tunc *profecti, orantesque cum eo; poſt Completorium, cubitum omnes eunt.* Elongat, quoad poteſt, cucurbitula ſuum iter. Totos duos dies, jam tranſegit fruſtra Cpoli, pro ſacrificio, & pro conviviis. Satur, laxus, dormiet jam opinor: ſed fallor: ardentior enim ſequitur: *Ubi autem illuxit dies* (tertius) *ad noſtrum in Palatio, aſcendit Imperatorem.* Et nemo amplius ex tot Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum comitiva, qui in oratione, & *inter cyathos*, amici obſequentes fuerant; hominem comitatur. *Atque, dum ſupra aſcendit, & per rimulas Cameræ* (quam rimulæ opportunæ!) *ubi ſedebat Auguſtus, Solis radii penetrarunt; ad Solis radios, ubi pallium ſuum obtendit Sanctus.* Nunquam viderat Palatium hic ineptus: nec de Aulicis, et Excubitoribus, et Silentiariis a ſacro Cubiculo; longe a Foribus cogitavit. Otioſum, ridendum ecce prodigium. *Hoc autem ſurſum* (geſtatum veluti) *ſuſpenſum & rectum ſtetit. Cernens ergo miraculum Imperator* (& quale miraculum! excogitatum a mente inſana) *& quod pallium ſtabat rectum, & a nemine geſtabatur; tremebundus ſurrexit;* (miſeror Conſtantinum: tremebundus jure ſurrexit!) *& Nicolaum Sanctum Patrem noſtrum ſalutavit: eumque ſecum, in quo ipſe ſedebat loco, ſedere jubet.* Rara equidem, et ingens humanitas! Et quamquam legerimus multos Sanctos, ſediſſe ante plures Imperatores; neminem tamen legimus, ſediſſe *in eodem loco, vel Solio*, in quo Imperatores, aut Reges alii, ſedebant. Sed hæc non eſt excuſſiva bonitas, aut humanitas: ea tota eſt, inſulſa noſtri authoris devotio in Nicolaum. Hinc ad eum loquitur Imperator, dicens: *Quid rei eſt, quod ad Parvitatem noſtram inviſendam, Sanctum patrem noſtrum Nicolaum, adduxit?* Nunquam ſimilis demiſſio, & tanta, in quibuſvis Imperatoribus; ut quaſi humillimus monachorum, *ad noſtram* dixerit *Parvitatem.* Sanctus non exponit rotunde, ſed circumlocutione uſus; ſuſpendit caſum, qui acciderat ſuæ Patriæ (Solicitudo perpetua ſuæ Patriæ in impoſtore,) et hæc ſuſpenſio gravior eſt Auguſto.

5. Tunc enim *Imperator, multo cum timore reſpondit:* (vicem doleo trementis Imperatoris) *Et quid eſt pater, quod accidit tuæ Patriæ?* Nicolaus exponit caſum, (a) et Principis *Majeſtatem impenſe exorat, & deprecatur. Piiſſimus autem Imperator, obmutuit his auditis: Hinc Theodoſium vocant, Protonotarium Chartulorium* (Nominibus propriis Author non indigebat; judicio indigebat, quo calleret, *Protonotarium, & Judicem chartularium*, diu poſt Conſtantinum, et quartum ſeculum eſſe inventa) *eique dicit: Da nobis chartulam ut JUSSA SANCTI faciamus.* Bone lector admitte, ſi potes; JUSSA illa. *Is ergo pro charta abiens, eam attulit feſtinanter.* Et tunc Imperator ad Sanctum dixit: *Quantum vis* (ceremoniæ jam receſſerunt) *Tributum ut minuatur? At ille dixit; Ad quod, tuam Deus flexerit voluntatem, illud facito. Et tunc dixit Chartulario Imperator: Scribe nummos centum: & charta data eſt Sancto.* Parturiit mons, & ridiculus mus eſt natus. Si centum nummi tantum relaxati, Myris maximæ civitati, mus eſt: et dedecus donatori. Si centum in capita, ſumma immenſa, et Reipublicæ oneroſa. Quid fieret, ſi minus quam centum in capite, quis debebit? Superfluum, quod non dabatur, cuinam cedebat? Quærito, an debitori? Sanctus itaque *orans, egreſſus eſt e Palatio* (ſine ceremoniis, aut gratiis, ut vicem Imperatori, pro ceremoniis ſibi

(a) Φόρος græce, & tributum ſignificat, & vectigal. Proprie tamen φόρος tributum eſt; τέλος proprie vectigal; quod exigunt τελωνάρια. Publicani. Juxta illud beati Pauli, 13. ad Romanos; Τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος. Cui TRIBUTUM, TRIBUTUM; cui VECTIGAL, VECTIGAL.

Tributa apud Romanos, antiquitus pendebantur, in ſpecie fructuum, quos obnoxia reddebant prædia; unde tot largitates ex iis, Romano populo fieri poterant. Hæc ſenſim poſtea ſub Imperio, in nummariam ex parte, functionem mutata ſunt. Tale fuit CHRYSARGYRUM quod tandem aliquando Imp. Anaſtaſius abolevit, & anno 492 Imperium eo infami onere liberavit. Rem narrant Theodorus Lector, in fine libri 2. ſuæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & Evagrius lib. 3. cap. 39. Aſt idem poſtea Imperator nummariam functionem impoſuit, eamque CHRYSOTELIÆ nomine adornavit. Nicephorus Imp. diu poſt anno 802 ALLELENGIUM eſt commentus. Ante hunc impoſtor noſter vivebat, inter Anaſtaſium, & Nicephorum. Novit ipſe tantum, quæ Aurelius Victor in quarto ſeculo ſcripſit pag. 547, & Zoſimus lib. 2. pag. 691. in quinto, ſcripſit in Conſtantinum, ipſis exoſum cauſa Religionis. Sane vero pro Conſtantino egregie pugnat Evagrius, lib. 3. cap. 39, & Zonaras in Conſtantino; ſed non ſolvunt difficultatem. Veſpaſiani, Tributum Chryſargyri eſt inventum, non Conſtantini. Vide Svetonium cap. 23, & Cedrenum p. 974, qui ſigillatim deſcribit omnia. Alexander Severus, teſte Lampridio, noluit in Ærarium, illud inferri; ſed tantum reficiendis publicis ædificiis deſtinavit. Zoſimus, ejus Conſtantinum, authorem facit. Nos, ſi verba attendimus Libanii Sophiſtæ (qui floruit ſub Valente, anno 365.) in Oratione, qua *Chryſargyrum* egregiè depingit; pro Zoſimo cum Leunclavio teneremus; niſi quæ modo adduximus, validiſſime obſtarent. Theodoſius junior anno 430 leges tulit pro Chryſargyro abolendo; ſed onera publica ſub eo impoſita, hominem ab audendo compeſcuerunt. Hæc gloria Anaſtaſio debebatur; qui tamen mox eam fœdavit ſua *Chryſoteleia*. Reformatum a Conſtantino, & ab anno, ad quorum quemque annum, dilatum; jure cenſuit Tillemontius, tomo 4. & 6., in Conſtantino art. 80., & in Anaſtaſio art. 50. Saltem (quod potuit) magnum hoc fuit beneficium Conſtantini! non impoſitio, ſed dilatio; quod cum Ethnicis, impoſtor noſter late proſequitur.

Digitized by Google

ſibi omiſſis), *& inventa arundine* (O dignam tanti authoris inventionem ; quam ſedulo nota, & ride: ſed dicito : *Dignum patella operculum*.) *immiſit in ea chartam, projecit eam in mare*. Sine juſſu aliquo Nicolai ; *Arundo Dei juſſu* (inſani ſcilicet, noſtri impoſtoris *genio*) *cum charta, eadem hora, in Andriacen, navale metropoleos, pervenit*. Qua in re, arundinem mihi videre videor, non ut piſcem velociſſimum, fugientem, ſed ut ſagittam perniciſſimam, vel ſclopi ictum, tanta maris ſpatia, in puncto temporis, in momento, in ictu oculi, permeantem : & in eadem hora (*αὐτῇ τῇ ὥρᾳ*) Andriacen perveniſſe. Ut quid autem hoc portentum ? quod credibilius, per angelum fieri poterat. Angelorum res, uſu tritas : Poëtæ libuit variatio, & novitas in mirabili. Sed *non omnia, quæ* ſibi *fabula poſcit, credi* poſſunt. Deus quidem omnia poteſt : angeli ejus, Deo jubente, omnia poſſunt. Scimus Habbacum cum prandio ; in momento, ſexcenta millia paſſuum, dum angelus eum geſtat, ad Danielem eſurientem in lacu leonum, peregiſſe. Scriptura hæc narrat ; & nos cæca Fide debemus credere. Sed eandem ſibi licere fabulatori & nugivendo, ut ego indignor præſtare fidem ; ſic nemo ſanus, ſuæ impendio credulitatis, credere patietur. Si arundinem ab angelo geſtam velis ; eam non ignaris rei piſcatoribus, & quid in ea lateret. ſed vel aſſumpta perſona, vel aliter, civitatis Primoribus reddidiſſet.

6. Mirabili, & novo portento, ſuccedit mirabiliſſimum : *Quidam* namque piſcatores, videntes arundinem a ſe captam, ad Primores civitatis eam adducunt. Piſcatores, quæro, pro piſce ferunt arundinem ? An ſciebant, quid in ipſa latebat ? Si neutrum : Ut quid arundinis fruſtum illis afferunt ? Eſto: Primores rem primitus detexiſſe, & inde chartulam detraxiſſe. Ni diligentiſſime peragant ; madefactam chartulam lacerabunt. Si erat ſicca ; novum miraculum : & non ſilentio obvolvendum. Primores itaque ea viſa, protinus *perrexerunt, ut eam Baſilico demonſtrarent*. Nugivendus omnia præparavit : piſcatores ; etſi ſola conſpecta arundine : Primores Urbis, qui eam deferant Auguſtali. Hoc pacto, authori omnia ad animum bene cadunt. Baſilicus enim, *viſa chartula, & in ea, ſigno cognito Imperatoris ; haud amplius fuit auſus, Tributum exigere, ut mos erat. Sed potius tremens factus* (ſine cauſa trementem cerno : ideo eum Seneca (a) dico : *Miſereor tibi puella*) *poſt quam eſt eam deoſculatus ; in Chartophylacio ipſam repoſuit*. Jure ergo ſuccenſui in Notis meis, cum *calamum tabellarium*, joco, arundinem appellavi.

7. *Cum autem Sanctus pater noſter Nicolaus, in urbe adhuc verſaretur* (ſine corona amplius tanta, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Cleri, & Populi, tam devote & demiſſe officioſi : qui initiis hominem circumdederant, præcabantur, & convivio exceperunt. Friguerat nempe jam ea devotio & reverentia : ſed in plaſte) *poſt triduum, falſo quidam ardentes zelo ; ad piiſſimum Imperatorem ingreſſi ſunt ; qui dixerunt ei : Domine Imperator ; quod plurimum e Tributo, Palatio, ex Myrorum metropoli proveniebat ; hoc tu plurimum, nimis ex facile relaxaſti*. (Baſilicum, ſuſpicioſus aliquis duxerit, hos miſiſſe, perditi lucri quærentem maxime : non ego, qui authorem, nectere haſce naenias, & tragædias, probe novi) *Imperator vero, hypocriticis his auditis eorum verbis, ad ſe Sanctum accerſi jubet* (noverat nempe ipſum adhuc Cpoli, poſt aliud triduum commorari) : *iſque eum fiducia & libertate, ad Imperatorem aſcendit*. Solus autem, nec aliquo amplius comitatus ; ut primordiis, ad Synaxim, & Cœnam magnam.

8. *Cernens eum igitur Imperator, & factus hilaris ; in proximo ſibi* (non amplius *in eodem loco*) *ſedere jubet ; & hinc dicit ei : Pater da nobis chartulam : in ipſa enim, breve quidquam addere volo : quoniam multum tributariae functionis, detraximus civitati. Ipſe vero dicit : Domine ; vivat Majeſtas tua : tres enim dies, jam tranſierunt, a veſtro dato Commonitorio ; ex quo illa pervenit in civitatem. Hæc autem audiens Imperator, & admirans ad verba ejus, dixit : Nonne Nicolae, tres dies ſunt, ex quo illi ſubſcripſimus ? Et tu hoc ais ?* Supra non dixit, ab Imperatore *ſubſcriptam*, ſed tantummodo *ſigillatam*. *Ille autem reſpondit : Domine Imperator, juſſu tuo, mitte nuntium in civitatem ; & ſi non veniet ſicut dixi ; tua Majeſtas de me faciat, quidquid lubet. Imperator autem, advocans nuntium dicit illi : Abiens cum celeritate in Myrorum metropolim ; diligenter exquire diem, & quota die menſis, ad eos pervenerit illa chartula* : (ex Tabellario, factus eſt etiam Delegatus) *Ille itaque profectus eadem hora ; ſerenitate magna, & propitio ſpirante vento* (mare igitur prior tabellarius expertus erat, dum actu, Myris publicabatur indulgentia Imperatoris. Eandem, vel navim aliam ingreditur hic ſecundus. Earum enim aliquam promptam, ſemper habet impoſtor noſter ; cum cœlo ſereno, tranquillo mari, vento propitio ; quibus, feliciſſime navigent ſuæ fabulæ) *movit e portu, & Dei juſſu, in Myrorum metropolim pervenit*. (Quot dies inſumpti itineri ? Nec ſcit Deus, qui ignorat nihilum ; nec ipſe poëta cautus, qui idcirco ea retieuit.) *Egreſſus de navi nuntius*, & ad Baſilicum ingreſſus in civitate, eum interrogavit de die, & *hora* (quotam diem menſis oblitus eſt) *qua pervenit ad eos chartula. Et certior factus eſt, quoniam in ipſa die, qua eam ſcripſerat Imperator ; eadem die pervenit in civitatem*.

9. *Sequenti proinde die navim ingreſſus, navigavit : & rurſus Dei juſſu* (velum ſemper obtendit idem) perque Sancti interceſſionem ; ad ſanctam incolumis civitatem pervenit. (*iterum ac denuo* Sancta civitas, Cpolis appellatur. Sola Roma, & Hieruſalem ita dictæ.) Quot dierum, quæro denuo, & hoc iter ? Non ſerenitate item magna, & propitio vento regerit. A vento igitur, dum ſilet author, ſciſcitandum eſt. *Et ingreſſus ; veritatem omnem narravit Imperatori : & quoniam eadem die, illuc pervenit chartula. Tunc Imperator dixit. Authenticetur magis. quam fecimus, Sancto chartula. Sic ergo interceſſione & prudentia Sancti, Myris Tributum eſt deminutum : & uſque ad præſens tempus, in eadem firmitate perdurat : Ad gloriam & laudem Sancti Patris noſtri, & Archiepiſcopi Nicolai*. (lingua ſemper tangit dolentem dentem.) *Tunc autem pro toto Palatio, totaque Sancta civitate* (Cpolis, *Sancta* iterum) *orans Sanctus* (ſine officiis Imperatori debitis, aliique cuiquam Epiſcoporum ; ſine gratiis actis benemerentiſſimo Imperatori) *in Myrorum metropolim aſcendit : Ab omnibus, qui inibi habitabant glorificatus atque laudatus ; ob eam, quam ipſis, totique Regioni* (hoc novum) *liberationem fecerat a Tributo. Ad laudem Dei* (nulla a

(a) Libro 2. Controverſia 2.

mendacio laus Deo) *cui ſit gloria & potentia, in ſecula ſeculorum. Amen.*

10. Finis etiam hujus fabulæ: ſub quibus (tempotibus ſequioribus) tot alii, & tanti leri deinceps ſubſtructi ſunt. Quaſi hi fabulatores, tritum illud, in fabulando dixiſſeot: *Lata eſt platea, ſed longa via: veſtras dicite: noſtras diximus* (a) Saltem modo, poſt tantas plagas & vibices; imitatores, ſequaceſque ſui non invenient. Reſtem hic ego obtrunco, moneoque: quod qui noſter author, ſupra, videri geſtiebat æqualis rebus; modo in fine pandit, *Tributum illud, USQUE AD SUUM PRÆSENS TEMPUS; in eadem firmitate, diminutum perdurasse.* His projectis fortaſſe, ut laqueum alicui ſui temporis Principi, tenderet; ut tamquam, conceſſum a Conſtantino Magno, Privilegium Nicolao; temerare nunquam auderet. Diu poſt ergo ſcripſit hic phelos; dum arctiores fines Romani Imperii, quoſdam Principes quioti, ſextique ſeculi, ac ſeptimi, ad, CHRYSARGYRUM, CHRYSOTELIAM, ALLELENGIUM, tributa alia, & vectigalia, quotidie coëgerunt. Aliena, prorſus inaudita Magni tempore Conſtantini. Alias cenſuras noſtras, vide iofra pag. 38., & nota ſedulo, primam mendaciorum officinam, fuiſſe Myra.

NUM PLURES IN LYCIA SANCTI EPISCOPI NICOLAI: QUORUM ALIQUIS FUERIT ARCHIEPISCOPUS MYRENSIS?

C A P. XIV.

1. QUæſtioni huic præbet occaſionem, Macarites P. Sollerius, qui in ſuis Notis, ad Martyrologium Uſuardi, ita ſcribit ſexta Decembris die: *Vita Nicolai a Methodio Patriarcha Cpolis, Græce; ex hac a Johanne diacono, Latine, ſeculo primum nono compoſita; ſufficiens non videtur; ut veris Nicolai cultoribus, antiquorum Actorum deſiderium adimere valeat. Extat ea apud Mombritium tomo 2. Aliam adornavit Metaphraſtes, a Surio vulgatam, omnibuſque notiſſimam. De qua, aliiſque permultis, tum hiſtoriis, tum Encomiis; fuſius in Actis, ſuo tempore diſſeretur. Et certe in Præfatione teſtatur Johannes diaconus, ſe Methodium contraxiſſe: de cætero ſe remittens ad GRÆCORUM PHALERATA COMMENTA: quæ utique prius extitiſſe oportet; & veroſimiliter, etiam per Occidentem vulgata; licet ea Viennenſis non viderit. Interim valde jejuna eſt Nicolai vita, a Tillemontio Gallice compilata, tomo 6. a pag. 688. Cujus Nota prima, pag. 823. Metraphſten acriter impugnat; ſtatuitque de Sancti geſtis, nihil certi ſupereſſe. Novi, qui hujuſmodi argumentis preſſi; ſeculo uno, aut altero; juniorem eſſe velint. At illi meo quidem judicio, dum Scyllam fugiunt, difficultatum Carybdim minime evitant. NOSTRUM ERIT ALIBI DISPICERE, AN ADEO CONTEMNENDA SINT, QUÆ LAUDATI SCRIPTORES (EX ANTIQUIORIBUS PROCUL DUBIO MONUMENTIS) COLLEGERUNT: SALTEM, AN TRITURARI NEQUEANT, UT SINCERUM SEMEN A PALEIS SECERNATUR.*

2. Quibus in verbis, mihi latere viſum eſt, bivium, fortaſſe & trivium, (Dianæ Triviæ templa placebant Ethnicis) per quod futurum vereor, ne ſequiores Bollandiani, ſexta Decembris die; in partem, & novam ſententiam (non obſtantibus Actis noſtris, quæ difficile vellicarint) de Sanctis pluribus in Lycia Epiſcopis, Nicolais, ſint ſeceſſuri. Cui turbæ neceſſarium duco occurrere, antequam novis concertationibus campus aperiatur. Etiam namque, poſt lumen hoc Chriſti, quod ego prætuli; noo defuturos proſpicio (præter oſores meos ob beneficium, qui me meaque cuncta inclementiſſime lacerabunt: Quod optimum meum myron, & oleum pretioſum, ſi quid contigerint, creant maculas; & hinc Veritas odium pariat) multos, quibus pietate, doctrinaque præditis placuiſſet, me inter ea, quæ habebantur; & mea quæ modo protuli, bonus fediſſem Arbiter, non Judex rigidus ſtricti juris: Qui manifeſtis tantum reſectis fabulis antiquorum; amicabiliter cum meis illa, aliquo pacto compoſuiſſem. Antiquariis placent rudera, & ea reponere, ſumma cura. Haud ſecus accidit in re noſtra. Ofla capitis, pedum; brachia ſeces potius, eis extrahas; quam vix audeas eis attingere acta ſpuria. Mitius, lenius illa dolent. Et hi quidem, odio habent fabulas; verum religioni maximæ ſibi ducunt, eas quomodolibet, cum veritate conciliare. Similes illis, qui ex toto corde, ſe Deum amare dicunt; ſed toto pectore tollere & evellere ſtudent, ut Agni Dei, peccata mundi; in id maxime incumbentes, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Qui non perfecto odio habent vitia; ſed ſuis infirmitatibus, & temporibus blandieotes, Deum vellent, ſecum ut ſecus ageret.

3. Vir quidam pius, bonus, rectus, ac timens Deum, heremita dolebat; cauſa diaboli tentatoris, tot quotidie deſcendere in infernum. De qua te conqueſtus pluries cum diabolo ſibi apparente; quouſque tandem, ex inimicitia ejus cum Deo, dixit, tot illi miſeri perdentur? Ut ergo cum Deo tandem faceret pacem, ſuggeſſit; & deinceps ſic fieret malo finis. Per ſe non ſtare reſpondit dæmon: ſi vellet Deus, ſe eſſe promptum ad pacem illam. Lætiſſimus adit Dominum heremita: nuntiat facta; precatur enixe, ut inimicitiæ fine impoſito, ſaluti omnium conſulatur. Promptum Deus ſe, paratumque ab Orbe condito, pœnitentibus, etiam Diabolo, veniam indulgere. Referat illi, ut veniam petat, & ſe quoque paratum, ſub injuriarum omnium amneſtia, & ſub nulla pœna, ad pacem illam reformandam. Præ nimio gaudio geſtiens heremita; & quaſi, ſe mediatore, jam res tota confecta eſſet; diabolo, dum iterum apparuit, narrat omnia: Dei clementiam elevat, ſuis precibus factam pacem: teſtare nihil. Thronum adiret Dei; & pro ſigillo pacis, peteret humiliter illi veniam. Attentiſſime omnia audivit dæmon: tum, unum, dixit, parum bene, te reputo audiiſſe; a quo noſtrum, venia petenda ſit? Num mihi a Deo, petere oporteat; an ſit a Deo mihi petenda; cui inferni pœnas, ab Orbe condito irrogavit. Inſanam ſuam petitionem, ſpem vanam, heremita perſpicue vidit, & ridendam ſuam ſimplicitatem, qui obſtinatam ſuperbiam diaboli neſciebat, & finalem impœnitentiam non advertens;

ſo-

(a) His Plutarchus in Numâ (pag. 62 D.) ex Bacchylide uſus eſt; Εἰ δὲ λέγει τις ἄλλως, κατὰ Βακχυλίδην, πλατεῖα κέλευθος. *Si cui tamen videtur aliter, Lata eſt via; ut Bacchylidis verbis utar.*

Digitized by Google

ſolam miſericordiam infinitam Domini perpendebit. Tunc vidit, & ſic deinceps, deſtitit ab inceptis; ſuam queritans arrogantiam: ridens ſimplicitatem.

4. Ab hoc apologo, quiſque viderit, quo conſilio, ipſum adduxerim. Ignis & aqua; Ignis & ſtipulæ: lux & tenebræ, veritas, & fabulæ, ſtare ſimul æterna in pace nequeunt. Ignis, ſi parvus, ab aqua extinguitur: et magnus parvam ſiccat, extinguit aquam. Ignis & ſtipulæ, mox incendium: lux magna propellit tenebras: & Veritati magnum dedecus, ſumma injuria, cum fabulis vel minimis commiſceri. *Duobus dominis* (quorum quiſque ſui genii & naturæ) *ſerviri non poſſe* (*Deo, & Mammonæ*) ipſe Chriſtus (*a*) teſtatus eſt: & ſcitum eſt illud Pauli, (*b*) *Quæ conventio Chriſti ad Belial?* Amant pauci veritatem: fabulas amat avide vulgus; quod infinitum: & fabulæ prævaleant opus eſt. Sic Throno ſuo Veritas illico deturbatur, & diaboli Regnum, iterum fabulæ & impoſturæ; per Veritatis proditores, qui militant ſtrenuiſſime pro diabolo. Qui *dormientibus hominibus, ſuperſeminavit hæc Zizania frumento* Domini (*c*): & inde nata tot plauſtra mendaciorum. Quamobrem, qui illorum horrent evulſionem; & contra, illam ad bonum externæ pacis, cum Zizaniis volunt immitti; imprudentes hi diabolo ſerviunt, ejuſque ſunt Advocati. Deo quippe non ſerviunt, qui Veritas ipſa eſt: qui docuit nos etiam in humanis non mentiendum, ſed illis uti: *Eſt, eſt, Non, non.* (*d*) Magna parvum ignem extinguit aqua. Quid immenſa? quid ſi diluvium? Suo periculo, ſatis Veritas eſt experta, a Cataclyſmo hujuſmodi, antiquitus ſuiſſe oppreſſam, & exundatam. Pro ſe, ſcelerati pauci: innumeri ſemper, veterani, milites ſtrenuiſſimi, indefeſſi, pro impoſturis & fabuloſis. Hi facti, nati, ad evertendam omnem Dei, & hominum veritatem.

5. Sat ſcimus, *Irenarchas* (*Coactilarios* potius) futuros multos, qui nodos Criticos, non ſoluturi ſed ſecturi; Nicolaos duos, vel tres, eoſque Sanctos; ut noſtris difficultatibus occurrant, mox conſtibunt. Antiquiorem, ſub Conſtantino Magno, & Nicæno Concilio primo: Juniorem, ſub Juſtiniano (Actorum noſtrorum face) e medio quinto ſeculo, Myrenſem Archiepiſcopum: Et noſtrum tertio Nicolaum ſub Myreno, Sanctum Epiſcopum Pinarorum. Sed ſub quo, adhuc quærito, fundamento duorum priorum productio facta eſt? Miſcellam trium horum in unum, primus decimo ſeculo tentavit Metaphraſtes; hinc duo noſtri Neapolitæ undecimo; deinceps alii: Barenſis, poſtremus omnium Beatillus. Sed omnes iſti conatus, fruſtra. Ipſi namque *lucernam* ſummo ſtudio *accenderunt*; verum quia eam non *ſuper candelabrum*, ſed *ſub modio poſuerunt*: contra Chriſti monita in Matthæo, (*e*) ſecerunt; rati ita *omnibus, qui in domo Dei ſunt, lucernam lucere* poſſe. Mihi, primum, eſt merum ſomnium Metaphraſtis. Ad ſecundum, cum trito illo Scholarum; nego ſuppoſitum: nam nec Græca Eccleſia ipſum novit, aut colit; nec noſtra unquam hæc Acta habent, ut Sanctum, illum Archiepiſcopum Myræ Nicolaum; qui Nicolaum noſtrum, lectorem ordinavit in pueritia. Noſter Epiſcopus Pinarorum, non indiget hoc ſuffragio; vel a refragio illo timet: quod abunde ſe ipſas, Innocentia & Veritas fulciuntur.

6. Idem autem eſt, *lucernam accendere, & eam* non ſuper candelabrum ſiſtere, ſed *ſub modio ſituare*; & vera immiſcere falſis; ac nova aſſumenta veteribus conſarcinare: utraque namque perdet, & operam; Chriſto Judice, qui docet (*f*) apud Matthæum; quod *Nemo* ſanus *immittit commiſſuram panni rudis, in veſtimentum vetus: tollit enim plenitudinem ejus a veſtimento, & pejor ſciſſura fit*: Vel juxta Marcum: (*g*) *Nemo aſſumentum panni rudis aſſuit veſtimento veteri: alioquin aufert ſupplementum novum a veteri, & major ſciſſura fit.* Ita & apud Lucam (*h*): *Bonum frumentum ſuffocatur a ſpinis*, ſi in eas cadat: *parum fermenti, totam farinæ maſſam corrumpit*: *lux & tenebræ* ſtare nequeunt; & nulla major *injuria luci*, quam *ſi cum tenebris conferatur*. Hinc præclare dictum: *Quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ conventio Chriſti ad Belial? Quis conſenſus Templo Dei, cum Idolis*: & his Idolis (*i*). *Arca Dei ſtare non poteſt in Templo Dagon; niſi hic pronus in terra jaceat, aut capite abſciſſo, & manibus detruncatis.* (*k*) *Vir ſtultus* a Deo dicitur (*l*) *qui ædificat domum ſuper arenam: quia deſcendit pluvia, venient flumina, flabunt venti, & irruent in domum illam; & cadet, & ruina erit illius magna.* Quid, ſi ſuper eam, aliam ſuperſtruas: addas tigna marcida; ſtipulas, fœnum, paleas, calce immiſceas? Nonne ædes illæ, eundem magis & propiorem caſum patientur? Inſanus tantum, domum fundatam ſuper firmam petram; adjungit, copulat ruinoſæ illi, quæ ſub arena, ſtipulis eſt fundata.

7. Gangræna, ni generoſe radicitus recidatur, ſenſim totum corpus abſumit iterum. Cicatrice obducta; ſanatum corpus videbitur, ſed infirmius multo erit. Et veſtis aſſumentis conſarcinata & centonibus; primo obtutui, videbitur plane nova; ſed erit eadem illa veſtis, ruinoſior, & quæ facilius deſtruetur. Qui hoc pacto, ſe gerere poſſe credunt, & falſa vel dubia veris immiſcere; hi poterunt etiam tollere omnes ſectas, & omnes hæreſes; abſolvere omnes hæreticos a perfidia. Si noxia omnia abrumpas; cuncta benigne interpreteris; errores reſcindas; ab intentione recta, defendas: vel Scepticos, & Pyrrhonicos omnes reddes; vel eris ipſe *Agnus Dei, qui tollit peccata mundi*; & exitinſius bellum conflabis, in falſa pace. *Deo ſerviri & Mammonæ non poteſt*: & Deus ipſe recuſat hanc ſervitutem. *Deum tuum adorabis; & illi ſoli ſervies.* Paulus & Johannes dixerunt Terentiano: *Si Dominus tuus eſt Julianus; habeto pacem cum illo. Nobis alius non eſt, niſi Dominus Jeſus Chriſtus.* Ita in Actis habemus. Et ita etiam, ego dicam his Iatraliptis. Hactenus plumbea, ſtamnea, ferrea, vitrea, cryſtallina; ſeparavi ab

aureis,

(a) Matth. 24.
(b) Paul. 2. ad Corinth. cap. 6.
(c) Matth. 13. 25.
(d) Matth. 5. 37. Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν. Ναὶ, ναί. Οὔ, οὔ. Τὸ δὲ περισσὸν ἐκ τοῦ πονηροῦ. *Sic ſermo veſter, Eſt, eſt, Non, non. Nam quod eſt reliquum, ex diabolo eſt.*
(e) Cap. 5.
(f) Matth. c. 9.
(g) Cap. 2.
(h) Cap. 5. 36. *Nemo commiſſuram a novo veſtimento immittit in veſtimentum vetus: alioquin & novum rumpit, & veteri non convenit commiſſura a novo.*
(i) 2. ad Corinth. cap. 5. 6.
(k) 1. Reg. c. 5.
(l) Matth. 7.

Digitized by Google

aureis, argenteis; margaritis, ſmaragdis, gemmiſque aliis pretioſis. Quis modo mihi ſuadeat, ut iterum, damnabili ſtudio, ea immiſceam? Sed ad pugnam audio conclamari.

APPARATUS BELLICUS MESITARUM.

CAP. XV.

1. BElli ſignum elatum eſt: ad *formam* provocant Dialectici. Hanc ego non reformido; quin, ut pugnæ arrabonem, eam libenter, in nomine Domini, pariter non recuſo: dummodo ſtato pede, res bona fide, & ſine jurgio tranſigatur. Nos tantum funda, & lapide armati procedimus: adverſarii innumeris legionibus vallati, & cum catapultis, cataſtis, balliſtis, & ſcorpionibus: & cum ariete, & teſtudine, & ſcalarum immenſo numero, ad Arcem noſtram evertendam.

Primum argumentorum. Nulla ſabula ferme datur, quæ in Veritate, non habeat aliquod fundamentum. Illiuſmodi ſunt ſabulæ Nicolai; quæ omnes ſub Conſtantino Magno, prædicant, Sanctum hunc, Myrenſem Archiepiſcopum floruiſſe. Hæc ſaltem igitur non ſit fabula, ex tot aliis, quæ reijcimus. His adde, a ſeptimo ſeculo, omnium teſtimonia; quæ cuncta uno ore, Sanctum Nicolaum tradunt, Myrenſem fuiſſe Metropolitam. Teſte locupletiſſimo, noſtro etiam amanuenſi, qui decimo ſeculo, noſtra deſcripſit Acta, & in primu eorum limine, Myrenſem Archiepiſcopum, eum dixit.

Secundum argumentorum. In circumſtantiis, quas habent prima miracula Nicolai; ingenue profitemur, multa, omnia fere, plena eſſe commentis, & falſitatibus: attamen iis demptis, reſutiſque; vera ſaltem ſint reliqua, & admittenda. Ut puta, a morte injuſta quoſdam Myrenſes, quoſdam Tribunos militum, Nicolai interceſſionibus liberatos: ſi non, dum viveret, ſaltem dum in gloria triumphabat. Tributum etiam, ita pariter fuerit ejus precibus, a Conſtantino ſuis civibus diminutum. Sic gradum gradu; animoſa, modeſta licet, ſed apparenter; Apologiſtarum intentio, ſibi facit: & vires acquirit eundo.

Tertium argumentorum. Ex iis, quæ (ex traditione utique) de Nicolai Orthodoxa fide, & recta prædicatione Verbi, habet Methodius nono ſeculo, & decimo Metaphraſtes; eſto deleantur, quæcumque per antiquorum, credulitatem, imperitiam, & anticipationem dicta, prædicatave a Nicolao narrantur: opus eſt tamen, ut rei ſubſtantia remaneat ſemper, de Nicolai zelo, & doctrina: de Chriſtianiſmi propagatione poſt datam pacem; non deſtruendo Dianæ Templo, ſed de ejus, aliorumque Deorum cultu, in iiſdem Templis, purgato, eradicato; dum Fidem noſtram ibi ſtabiliebat.

Quartum argumentorum. Quandoquidem ſub Diocletiano, ingens in Chriſtianos fuit perſecutio: & Conſtantini tempore, Nicænum habitum eſt Concilium; non inveriſimile eſt, nec improbabile; ſub Diocletiano, eſſe paſſum aliqua Nicolaum; inter Nicænos Patres 318., interfuiſſe; ſediſſe in Arium, Nicolaum. Hoc tradidit Metaphraſtes.

Quintum argumentorum. Eſto in Nicolai rebus, multa manifeſto ſint vitioſa; ut in narrationibus puellarum, aliorumque, quæ prior Methodius, hinc Metaphraſtes conſcribunt: quæ nos non moleſte ferimus, reſecentur: Saltem vero petimus, puellas aliquas, ſine iis machinis, dotatas a Nicolao: Baſilium, modo alio liberatum a ſervitute: & cuncta alia, eodem pharmaco, curata, ſine rigore nimio, ſed miti indulgentia, ut ſanari, & admitti poſſint.

2. Ob ingenioſam induſtriam, pietatemque; quanta tulimus patienter. Gaudemus autem, Conciliatorem, ad ſuum animum, omnia apertiſſime prodidiſſe; & quo inclinet, & tendat ejus paſſio violentior. Senſa modo pulchre callemus omnia; & ipſius (qui velut ac ſi aliud agat, aure ſurda, & ſilenti agmine pugnat, enſe ſemper admuto gutturi) & ſimilium miſericordium medicorum; qui ne infirmi quid patiantur, ſinunt vulnera, vermibus ebullire. Verum, ſi Fabricius apud Quinctilianum lib. 12. cap. 2.) *reſpondit, a cive ſe ſpoliari malle, quam ab hoſte venire*; centies (in caſu noſtro) puto, *Veritas patietur, ab hoſte venire; quam a cive ejuſmodi, ſordido, turpi, fœdo, ſic ſpoliari*. Si hoſti, quæcumque flagitat, largiaris; pax illico ſancietur. Idem dicito, ſi furi, ſi piratæ, ſi graſſatori. Illa, quam bona virgo! quæ patitur ultro ſtuprum. Quam illa quieta uxor! quæ admittit facile adulterium. Reges illi, quam ſunt pacifici, qui ſine vi, ſinunt de Throno ſe deturbari. Hic oppido eſt pacificus, & laudandus, qui poſt ſolennem triumphum actum de Tyranno fœdiſſimo populorum; ad bonum pacis (ſed turpis & impiæ) aut non coactus, ſerum in Throni conſortium illum admittit; aut illum regnare patitur: ſe vero, ut vile, devictum, catenis vinctum mancipium, in triumphum duci. Quis tantam ferat indignitâtem? Non veritas, non ego, qui toto pectore eam tutor; & ejus omnimodam gloriam tantum quæro; præſertim illico veritus a gangræna.

CASTRA VERITATIS, PUGNA, ET VICTORIA.

3. Reſpondeo itaque ad Cenſorum mitium, moderatorumque argumenta: & Deum precor, ut ſicut per me, ita per ipſos etiam, bona & recta fide res tranſigatur. Fundus omnis ſabulæ in vero eſt. In vero ergo eſt fabula Nicolai. Primo dico, dari etiam fabulas, ex integro fabulares; & quæ omni hiſtorico fundo careant. Non eſt ergo vera univerſaliter propoſitio. Eſto tamen, ſecus ſe res habeat in Nicolao; & nemo neget, fundum fabulæ Nicolaum. (a) In circumſtantiis, loci, temporis, perſonarum, & qualitatum; ibi tota licentia eſt poëtæ. Ovidius canit metamorphoſes: in hiſtoria, eorum eſt ſæpe fundus: in fictione, & poëſi, reliqua libere ſpatiantur. Quondam igitur fuiſſe Epiſcopum Sanctum, nomine Niculaum, & admittimus, & amplectimur libentiſſime. Sed ſub Conſtantino Magno illum floruiſſe; hoc recta fronte, fabulæ firmiter pernegamus. Fundus fabulæ, ſub quo ſubſtructiones ſuas, cives Myrenſes poſuerunt; noſter eſt Nicolaus, Epiſcopus Pinarenſis: cui, dum acquirendæ antiquitati, & firmando errori Myrenſis Sedis, impenſe ſtudent; perfugium fecerunt ad Conſtantinum. Hæ magnæ fabulæ late viſum ſuperius, quando, & a quibus cuſæ fuerint: nec illa repetere e re fuerit.

4. Biga effrontium obſcuriorumque lavernionum,

Myris

(a) Quod nuper in ſuo Lexico, impie & temerarie egit Morerius. Iuſta, inter judicia Eruditorum, ipſa ejus verba communicabimus.

Myris ſub Juſtiniano II. obfirmata, ſuas ſabulas obtrudere populo Chriſtiano, & metropolitam, ſuum facere Nicolaum; ſumit fundum a veritate. Et uſa præſertim nomine alterius Nicolai, non Sancti, qui ſub Zenone & Anaſtaſio vere fuerat Myrenſis Archiepiſcopus: ne quis cito fraudem deprehendat; a terra, a litore longe ſuas naviculas removent, & in altum ducunt; quod reformidant obtutus omnes. Tum paſſis velis, & communis erroris fulti vento; argumentum primum cogitant, aſſumuntque, ab antiquitate ſibi concilianda. Ad ſacram hanc enim anchoram, unicum in anguſtiis, impoſtoribus eſt confugium; ne a rebus minus remotioribus, ſua facile cognoſcantur. Portus ſibi tutiſſimus, Conſtantinus: parant materialia, Taiphalos; tres Duces; duo ternaria damnatorum: Tributa ad exceſſum aucta: quæ inſcitæ, ludicræ eorum ſabulæ. Verum ſub firma petra, in fundamento ſtabili, & inconcuſſo, Ædem inſtruunt. Sub Sancto, ſub Nicolao Thaumaturgo & Epiſcopo, eorum fundus. Sic e Pinaris Myra ditant: quam Urbem jamdiu locupletaverant exuviis Nicolai. Et veriſimile non aberat, ſuæ ſabulæ; a corpore; ab errore communi; quo jamdiu audiebat, Myrenſis Eccleſiæ Thaumaturgus. Nec a Pinara, querela aliqua, aut quiſquam rumor: quod de alio agi putarent Nicolao, antiquiori, & Myrenſi Metropolita ſub Conſtantino. Thaumaturgum in fundo habebant; In ſuo promocondo, fœnum, paleas, ſtipulas habebant, & ſimilia; & ſuo inſano ingenio, ſuperſtruunt & obtrudunt primam molem Veritati pernicioſam; Drama putridum, graveolens.

5. Reducto Sipario, præparata prodit in ſcenam fabula. Poëtarum Myrenſium jam dixi ſcopum; pro ſuo Epiſcopo Nicolao: ut ſuæ ſabulæ augerent pretium; ſuoque puſioni, a miraculis, a prodigiis ſtrepitoſis, a potentia, ab authoritate, (illimitata etiam inter homines) nomen crearent maximum. Et ex animo, obſcuro ſeculo, eis ceſſerunt omnia. Ac ita factum, ut a mille, & ulterius annis; ab anno 680. & 700., ante vel poſt erraticam Synodum Quiniſextam, impune triumphet, ludat ſabula in Nicolao. Nec alias jacit aleas, quam portenta paradoxotata, & horrenda ingentia monſtra: quæ Sanctorum nemo unquam feciſſe legitur. Hujus Meduſæ caput, reddidit omnes ſaxeos; non me vero, Deo adjutore collaborante. Hæc autem propria eſt, & ſpecialis Characteriſtica impoſtorum; qua ſignata, internoſcuntur, a reliquis omnibus, ficta miracula Nicolai. Hæc autem, magna cum Dei offenſa, & ſummo dedecore veritatis facta ſunt: & cum abuſu impio, credulitatis pii Populi Chriſtiani: cui, in honorem & gloriam Nicolai, illi ſe collegiſſe & ſervaſſe, jactitarunt. Quod neutiquam bono viro, religioſo vereque pio (non niſi ægerrime, moleſtiſſime, & indignanter) ferendum duco: quandoquidem per tot ſervitia, mancipia, miniſtroſque fideliſſimos diaboli, hæc paſſus eſt. Per inimicos nempe juratos Dei, ſervique ejus Nicolai: quorum veram laudem, & gloriam obruerunt. Quod ne fieret, nos hactenus validiſſime laboravimus: pro falſis everſis, tot veriſſimis illico ſubſtitutis. Quamobrem non injuria, mihi liceat exclamare: *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*

6. Sat ſcimus inter adverſariorum Primipilares, Severinum Binium haberi ſuffragatorem: qui in ſuis ad Nicænum primum, notis, Sanctum Nicolaum Myrenſem Archiepiſcopum, illi Synodo interfuiſſe, ac ſubſcripſiſſe mordicus tenet. (a) Alphonſus vero Piſanus e S. Jeſu, apud eundem Binium, in ſubſcriptionibus Provinciæ Lyciæ; ad unicum *Eudemum* Patarenſem, qui Lyciorum ſolus ibi legitur; ſubdit: *Metaphraſtes interfuiſſe refert, etiam S. Nicolaum Myrenſem, in ejus vita.* Quam magna Piſanus dicit, allegato ſic frigide Metaphraſte! Et quam pauca aut nulla Binius, qui pro ſe, Baronium allegavit. Magnus hic Cardinalis, deceptus præſtigiis, primi impoſtoris Lycii; fallentem ſecutus eſt, ſine examine Metaphraſtem: qui gloriabundus, hæc primus, auſus eſt affirmare de Nicolao. Quod nec Methodius, nec Leo VI. Auguſtus, nec Johannes noſter diaconus, commenti fuerant ante ipſum. Hi ſunt probatiſſimi illi Scriptores, e quibus eruit hæc Baronius. Qui immortalis vir, Herculeus, & novi Operis primus Author; dum totus eſt in Centuriatores, hæc Sanctorum particularia; ne ſe diverteret, non potuit, nec debuit in Annalibus, ſubjicere ſuo examini. Multo minus in ſuis ad Martyrologium notis: quæ ante Annales, ſunt primi labores juvenis. Ingenue autem Alphonſus locutus eſt; dum *in verbo* Metaphraſtis laxavit retia; profeſſus tacite, hoc Commentum haberi tantum in Metaphraſte.

7. Suidæ teſtimonium rem bene conficeret, pro Nicolao primo, tempore Conſtantini. Sed caput illud eſt ejus Lexico aſſutum, & male aſſutum, corruptumque tempore ſequiori, ut certo conſtat: & detruncatum de Taiphalis, & de imminuta a Conſtantino Myrenſibus tributaria functione: quæ nec placeant adverſariis (b) *Nicolaus*, ipſe dicit, *ille Myrorum Lyciæ, fervidus, & Zelota & Sacerdos, qui in Deo fiduciam multam habuit. Is haud ſcripſit quidem; in ſomnis vero, Conſtantino adſtans Imperatori; & tres Tribunos militum, calumnia quadam damnatos* (eorum orantium, in ſe ſuſcepta defenſione) *a mortis ſententia liberavit; & alios quoſdam* milites, *a morte ſimiliter abſtraxit. Hic hactenus ad hanc diem non deſinit eos, qui ſuam interceſſionem invocant, a neceſſitatibus omnibus liberare.* Hæc, octavo, vel nono ſeculo, Suidæ Lexico adjecta ſunt, a male ſano, maleque feriato, devoto Nicolai; qui ineptias illas legerat, ſcriptas Myris ſub finem ſeptimi ſeculi: ut ſupra viſum. Mitto *ὕστερον πρότερον*: quid ſomniabat dormitans, tres alios item *milites* liberatos? *Hactenus ad hanc* diem, clare oſtendit

G. dit

(a) In ſuis Notis ad Nicenum.

(b) Suidas verbo Νικόλαος. Νικόλαος Μύρων τῆς Λυκίας ὁ διάπυρος τῶν χριστιανῶν καὶ ζηλωτὴς καὶ ἱερεύς· ὁ πολλὴν ἔχων πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν. Οὗτος οὐκ ἔγραψε μὲν, ἐν ὀνείρασι δὲ ἐπιστὰς τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, καὶ τρεῖς στρατηλάτας, ἐκ τινος διαβόλου καταχριθέντας, τῶν ἐπὶ θανάτῳ ἐῤῥύσατο, παράκλησιν δὲ εὐχῆς, πρὸ παρ' αὐτῷ δεξάμενος. καὶ ἄλλους δέ τινας στρατιώτας ὁμοίως ἐκ θανάτου ἐξήρπασε. Καὶ οὐ παύεται μέχρι τῆς σήμερον, τοὺς τὴν πρεσβείαν αὐτοῦ ἐπικαλουμένους, ἀπὸ πάσης ἀνάγκης λυτρούμενος. Hæc interpolator, & non Suidas.

Νικόλαος Μύρων τῆς Λυκίας, ἀδελφὸς Διοσκουρίδου γραμματικοῦ, καὶ Ἱππάρχου, καὶ ὑπάτου Πατρικίου. σοφιστεύσας καὶ αὐτὸς ἐν Κπόλει, μαθητὴς γεγονὼς Λαχάρους. ἔγραψε τέχνην ῥητορικὴν, καὶ μελέτας. *Nicolaus, Myrorum Lyciæ civis, grammatici Dioſcoridis Hipparchi, & Patricii Conſulis frater, & Lacharis auditor & diſcipulus. Cpoli, inter Sophiſtas ipſe quoque relatus, Rhetoricam ſcripſit, & Declamationes ejuſdem Artis.* Hæc vere Suidas, & congruentia ſuo tempori.

dit tempora, in quibus interpolator, ſyrraptes ſcribit. Caput autem ſequens Suidæ eſt de Nicolao Lycio Myrenſi cive, Dioſcoridis grammatici, Hipparchi, & Patricii Conſulis fratre; qui Lochari auditor fuit, & Cpoli inter Sophiſtas relatus, Rhetoricen ſcripſit, & Declamationes ejuſdem Artis. (*a*) Porro notum; Patricium cum Hyoatio fuiſſe Romanum Conſulem anno Chriſti 500. Hinc mihi Suidæ Lexicon, nec anterius, nec eſt poſterius ſexto ſeculo. Cl. Fabricius, qui Suidæ ætatem ſeculo ſiſtit decimo; haud gravate cum Cl. Kuſtero ferret, ab ipſo Suida fuiſſe ſcripta.

8. Si ficulneum eſt fulcrum Nicolai prioris, in teſtimonio apud Suidam; palearicum erit, quod a Templo petitur, erecto in honorem Nicolai a Juſtiniano Imperatore apud Blachernas: ut author eſt Procopius Cæſarienſis, de ædificiis illius lib. 1. c. 6. (*b*) Sed, quod malum eſt adverſariis; hoc Templum *Priſco & Nicolao* dedicatum fuit, martyribus e quadraginta celeberrimis Sebaſtenis ſub Licinio. Quorum reliquiæ, per totum orbem diſperſæ; per omnem Eccleſiam, & civitatem; eorum cultum protulerunt; teſte locupletiſſimo S. Gregorio Nyſſeno. (*c*) His martyribus, huic *Nicolao*, a Juſtiniano dicatum Templum; non imaginario Nicolao ſub Conſtantino; nec noſtro Nicolao Pinarenſi, qui ſub eo, & floruit, & diem obiit poſt Templum illud. Inter omnia nomina horum martyrum (petenda ex eorum ipſo Teſtamento, apud Lambecium; ex Menologio die nona Martii; relata etiam a Tillemontio, & Bailletio) illa quoque leguntur, Priſci & Nicolai. *Gaudete victores*, Eutychie, Meliton, Heraclie, Smaragde, Domne, Eunice; Valens, & Bibiane; Claudi & *Priſce*: * *Gaudete* Eutyches, & Athanaſi, Cyrille, & Sacerdos, *Nicolae*, & Valeri, &c. χαίρετε ἀθλοφόροι, * Πρίσκε, * Νικόλαε, &c. Quid, quod etiam ſacellum, in quo Nicolaus noſter, Lector eſt ordinatus; huic Nicolao dicatum erat, Myris in Eccleſia S. Irenis: & quod in Eccleſia & Oratoria domo Monaſterii S. Sionis, ſacellum reperiebatur: vel ab hujus ſancti martyris reliquiis, nuncupatum; vel ab iis Nicolai martyris Cyziceni. Nemo ſane quem coget, Nicolaum dicere Nicænum ſub Conſtantino.

9. Atque iſtis, reſponſum abunde argumento eſſet primo: ni reſtaret, a ſubſcriptione efformata; jam tum ab anno 325. in Nicæna Synodo a Nicolao. Ineptire ob hæc dicta, ſupra vidimus adverſarios. Hoc ſomnium, ſupra diximus, & modo oportet, ut demonſtremus. Inter ſubſcriptiones latinas (græcæ namque numquam repertæ ſunt) Patrum 318., alii modo non habentur, ac ſoli 216.; in quibus ſolus *Provinciæ Lyciæ* ſubſcribit *Eudemus Patarenſis*, alias Pataritanus, & Paterenſis. Ad *Pamphyliam* enim adhuc ſpectabat, *Eureſius Termiſſenus*; ad *Provinciam Inſularem*, *Euphroſynus Rhodienſis*, ſeu Rhodiopolis; ad *Provinciam Cariæ*, *Letojus Cibyritanus*. Hæc e *quatuor vetuſtiſſimis exemplaribus* Collector Romanus, vix vi deſumpſit; teſte Binio, qui recudit. Philippus Labbæus *obſervat*, de *SUBSCRIPTIONIBUS Epiſcoporum, qui Nicæno Concilio interfuerant, MULTA Joh. Seldenum congeſſiſſe, in notis ad fragmentum Hiſtoriæ Eutychii Patriarchæ Alexandrini: quæ per otium conſulere poterit LECTOR harum rerum ſtudioſus*. Ac præcipue *nomina 318. Patrum, qui longa ſerie repræſentantur Arabice & Latine, ex Oxonienſi Codice MS. Joſephi cujuſdam Ægyptii; qui in Ægypto floruiſſe dicitur, ſub annum Hegiræ Muhammedi 790. id eſt Æra Chriſtiana 1400.* Quid ſperes ab hoc Ægyptio, ſcriptore nupero; in re antiquiſſima? Nihil ſani. Labbæus ipſe negligit: Cur tanti ponderis documentum? *Nos*, inquiens, *iis prætermiſſis, hic duntaxat exhibebimus nomina QUORUNDAM Patrum magnæ illius Nicænæ Synodi, ex charta Niliaca, quam ferunt fuiſſe antiquiſſimam, apud Johannem Sambucum: unde hæc deſcripta, quæ ſequuntur*: Qui omittit fontem, ex quo omnes 318. Patres habeantur, & rivulum eligit *quorumdam* tantum; ſuſpicioni dat locum, ſaltem, quod illi fonti non fiderit. Ipſe, ſed *Polydectus* e contra, *miſeratione Dei, Epiſcopus Myrorum, metropoleos Lyciæ Eparchiæ*. (*d*) Jure proinde cenſuram hanc ſubit Cl. ſui ſocii Harduini: *Quaſdam Epiſcoporum ſubſcriptiones, Græce deſcriptas ex charta Niliaca, ut vocant, hoc loco adjecit Labbeus. Sed pertinent illa ad Concilium Cpol. tertium, ſive SEXTUM OECUMENICUM* (anni 680.) *ubi totidem verbis leguntur, Act. 18., NON AD NICÆNUM*. Labbæus Græce optime callebat, Myrenſem Archiepiſcopum, & Nicenæ interfuiſſe Synodo, *Polyeuctum* admittit. Ergo de *Nicolao* quidem nec cogitavit: ſaltem dubitavit, quod illi Concilio interfuiſſet. Alias pro eo, quid oppoſuit *Polyeuctum*. Ipſe legerat cuncta Binii, Baronii, Beatilli fortaſſe) ac aliorum: ſilentio proinde involvit, quæ clam improbat, male *fundatæ* ſententiæ pro Nicolao. Sed opus eſt, ut ſuopte ſic omnia corruant, quæ in arena fundata ſunt. Arena enim craſſior eſt Metaphraſtes, qui ſe, decimo ſeculo gloriatur, inter Nicænos Patres, noſtrum Nicolaum, primum omnium inſeruiſſe: Methodius hæc anno 842., Johannes noſter diaconus eadem, anno circ. 860. funditus neſcierunt. Quid ergo Nicolaum quærimus in Niceno? in quo Lyciæ Metropolitanus indubie ſedit; ſed quo nomine ille fuerit, cunctis hactenus ignoratur.

10. Poſt primum argumentum, cui nomen fecimus, *Catapultæ* (a militaribus id machinis mutuati) *Catarractam* voco ſecundum: quod ea demiſſa, ſpes fuerit adverſariis; vel nos contringere; vel intra mœnia [quaſi piſces reticulo] claudere, ut ſecum ſentire cogeremur. Diximus, a ſeptimo ſeculo publicatum, Nicolaum fuiſſe Myrenſem Archiepiſcopum, tempore Conſtantini. Sed probavimus, id a duobus tenebrionibus primo prodiiſſe, qui Cives Myrenſes, philauti, erant, & philomythi. Qui, ne in delicti flagrantia caperentur; velut polypi, tenebras late ſuæ lolliginis emiſerunt; re producta, ad tempora Conſtantini. Fatemur etiam, ab Actorum noſtrorum amanuenſi, illis, decimo ſeculo, factam inſcriptionem, ſub nomine *Nicolai Archimandritæ & Archiepiſcopi Myrenſis*. Sed noſter amanuenſis, voluit, ſe uſui ſui ſeculi in Epigraphe, accomodare; intus vero pro veritate, ſemper ſcribere & ſonare, Pinarenſem Epiſcopum Nicolaum. Arte igitur, & data opera potius, quam caſu, vel lapſu, & ex uſu; ita ſcripſiſſe noſtrum putem amanuenſem; cum dixit: *Vita & converſatio S. Nicolai Archimandritæ, & Civitatis Myrorum Archiepiſcopi*. An ne enim huic cortici ex integro adhæremus,

(a) Vide ſupra in Notis Suidam.
(b) Procop lib. 1 cap. 6.
(c) Oratione 2. de SS. 40. mm.

(d) Πολύδεκτος, ἐλέῳ Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μυρέων μητροπόλεως, τῆς Λυκίων ἐπαρχίας, ὁρίσας ὑπέγραψα.

mus, ſubſtantiam negligamus, qua totus ſonat Epiſcopum Pinarenſem?

11. Everſum pariter tertium eſt argumentum, cui datum nomen eſt *Scorpionis*. Sub hoc enim fundamento, ſua tanta erexerant adverſarii. Sed oſtenſum, quam ruinoſum ſit fundamentum; & ideirco neceſſe eſſe, ut a ſummis ad ima corruant; quæcumque ſub eo imprudentiſſime ſunt fundata. *Teſtudinem* dixi quartum: quoniam ſub ea machina, quamplures armati milites, tum in acie, cum ad mœnia ſuccedebant ſecurius, & pugnabant. Pariter ita in hoc argumento: multa eo modo tecta, & cuneata procedunt: omnes ore modeſto, blanda mitique voce, corde ſubdolo, & iniquo; rigidum, frigidum ſtringunt ferrum; infligunt profunda vulnera; ut ſenſim ſuum aſſequantur finem, vera falſis miſcendi; Nempe ut in Sanctorum, veluti Canonem, Metaphraſten referendi, & quæcumque ille, & poſt eum alii, reſcripſerunt. (*a*) In quinto argumento, cui nomen *Aries*; quod propius impetat mœnia Alethopoleos: tres puellæ Methodii ſiſtuntur; Templum Dianæ, ex dæmoniaca naſcitur Cupreſſu. Baſilius volat aliger: naufragus invenitur in lecto ſuo: & illius alia, qui ſe Methodii indutus larva, inceſſu procedit gravi. Alia dehinc a Johanne noſtro diacono adulterata, vel mitia reddita ex acerbis: & alia aſuſtata Metaphraſtis, e quo eadem lutulentius, & liberius poſteri reſcripſerunt. Hæc primo aſpectu pulcherrima; vah, quam fœda & turpia, redeunt ab examine! Quamobrem ſcite noſter Johannes diaconus dixit ea: *Græcorum phalerata commenta*, cum ſuum ad ipſa lectorem mittit.

12. Verum ipſis non parum eſt prejudicii; quod a Methodio primum, Nicolai ſui ſcribatur vita (inſcio, etiam de tempore ejus obitus) anno demum, circiter 842., poſt quingentos annos a Conſtantino. Poterat, quæſo, tam longo tempore illibata ſervari, vocalis traditio in ore vulgi? Hoc tam facile, quam medio cœni ſervare lactem, byſſina, ejuſmodi alia; non corrupta. Methodius ſua repetit a *rumuſculis*: *ſcripta* vero, tantum a lavernionibus primis, Stratelatarum, & Tributorum, ſepti mi ſeculi exeuntis. A *rumuſculis tantum*, ſua ſe corraſiſſe Methodium, ipſe fatetur; recognovit Sollerius. (*b*) Anteriora a lavernionibus. (*c*) Unum cogito de Patria, Patara; genere nobili; opibus magnis: quæ mox dicam unde habita; uti & Templum Dianæ exciſum. Sed ita electum Nicolaum; ita a ſuffraganeis laicum, Archiepiſcopum ordinatum, tunc credam; cum non ab Epheſino Primate, tum a Patriarcha Cpolis, Myrenſem videro Epiſcopum, ſive tertio, ſive quarto, ſive quinto, ſive ſexto ſeculo, ordinatum. Exarchus Aſiæ Epiſcopus, per ante & poſt Nicena tempora, ex Ecclesiaſtica antiqua conſuetudine (ἀρχαῖα ἔθη, dicit ſextus Nicenus Canon: repetendus forſan uſque a tempore S. Johannis Apoſtoli) poteſtatem exercebat etiam in Lycium Metropolitam, quem ordinabat Electum: ut hic Electus, ſuos Provinciales. Anno 381. ab Oecumenica II. Synodo, Cpolitanus Epiſcopus creatus eſt Patriarcha: & ab ipſo Chryſoſtomo, hæc primum ſunt obſervata; ut Throno Cpolitano ſubeſſet, ne dum Lycius, & alii Aſiæ Provinciæ Aſianæ; verum & ipſe Primas Epheſinus; dejecto inde, ut Simoniaco, Epiſcopo Antonino. Ex tunc pacifice a Throno Cpolis, ordinati Cpoli, Lyciæ Metropolitæ; qui mos inconcuſſus durabat, etiam Methodii tempore. Quam ob rem ſtupeo, ad hæc ſua, cum [ſaltem ob Chryſoſtomi ſui prædeceſſoris fata] animum non advertiſſe. Sed hæc & alia, hinc evulſa, & parata prælo, brevitatis cauſa, hic omitto: danda typis, ſi videro oportere. (*d*)

13. Peſſumdato tam facile, tanto adverſariorum bellico apparatu; quid hanc larvam fruſtra timemus; & cur cum Chriſto illi non dicimus: (*e*) *Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem?* Quid ex tam fabuloſo & lubrico fundamento, morboſa remur poſſe truncari, reſecarique; & ex reliquis, cum veris mixtis, conflare Sanctum alium Nicolaum; tertio natum ſeculo; Epiſcopum jam florentem, & multa anno 300. ſub Diocletiano paſſum pro Fide; ſubſcribere tandem primæ Nicenæ Synodo, anno 325 ſub Conſtantino: & (juxta Beatillum) poſt 50. annos Epiſcopatus; deſiiſſe ſedere & vivere anno Chriſti 347? Quæ neceſſitas nos urgeat, ut ex uno Pinarenſi noſtro, duos faciamus Sanctos Nicolaos; antiquiſſimum alterum & Myrenſem ſub Conſtantino, ſine ullo ſtabili fundamento; alterum ſub Anaſtaſio, Juſtino, & Juſtiniano (cujus invicta, inconcuſſa Acta) Epiſcopum Pinarenſem? Illum e ſomnio natum & tenebris; ſed utcumque machina, redditum veriſimilem; ruinoſis, amputatis, reciſis fabulis craſſioribus. Nuſter fundatur in nuda, ſimplici veritate. Ille proinde non acceptandus, etſi vano pigmento fucatus detur; ſed ex integro eſt ex hoc albo rejiciendus: etiam ubi, non eſt, ſed videtur ſanus. Ne ſana & vera, ex mixtione, cum ſuſpectis & carioſis; ex contagio veluti; turpia redduntur, & dubioſa. Corrupta enim & putrida, nullo ſale,

N O T Æ.

(a) Metaphraſtes quanta primus cepit ex Actis noſtris, ut ea traderet Myrenſi ſuo Metropolitæ? Quot alia ex eodem fonte alii derivarunt, Neapolitæ, qui Joh. diaconum auxerunt? Beatillus omnia, & commiſcuit, & corrupit. Conatus infeliciſſimi. Non mutua, iſta, ſed furta illico reſtituta.

(b) Methodius cap. 1. *Tua juſſa, Deo chariſſime Theodore, executi ſumus; qui nos de magno hoc Archiepiſcopo, ſimulaſti, ut diſtinctam exponeremus narrationem;* * *& Sancti hujus præclara geſta;* * HACTENUS ENIM HUJUS SANCTI PASTORIS VITA, VEL MULTIS IGNOTA FUIT, UT IPSE SCIS, QUIBUSDAM TANTUM EX SOLIS REBUS EI ADSCRIPTIS, EJUS GRATIAM COGNOSCENTIBUS. Sollerius ſupra cap. 14. dicit: *Vita Nicolai a Methodio Patriarcha Cpolis, græca,* * *ſeculo primum nono compoſita, ſufficiens non videtur, ut veris Nicolai cultoribus, antiquorum Actorum deſiderium adimere valeat.*

(c) Methodius cap. 22. provocat ad ſcripta geſta de Nicolao, quæ ſuo tempore legebantur; ſed digito tenus ea demonſtrat; alia non eſſe quam πράξεις τοῦ ἁγίου Νικολάου, *Acta S. Nicolai*, quo nomine legimus adhuc, a tenebrione antiquiſſimo nuncupata. Καὶ γοῦν οἴδατε ἴσε σαφῶς οἱ τῶν ἐπιγεγραμμένων αὐτῷ πράξεων * ἀναγινώσκοντες. *Ecce enim* (*quod probe ſcitis, qui* SCRIPTA DE EO GESTA * *legitis*) hinc affert tres liberatos a morte Myrenſes illos; & cap. 20. tres Duces, Nepotianum, &c. Sed non affert etiam, illa Tributi (quod oppido miramur) & ideo non dixit πράξεις πράξεων. Ad hæc *ſcripta* tantum provocat Methodius: alia ergo, quæ affert, a *rumuſculis* proceſſerunt.

(d) Chryſoſt. Homil. 65. in Matthæum: *Quid igitur? Ipſi ne* (Apoſtoli) *putrefacta ſunt medicati? Nequaquam*; NEQUE ENIM FIERI POTEST, UT EA, QUÆ JAM CORRUPTA SUNT, SALIS PERFRICATIONE REPARENTUR.

(e) Matth. c. 22. 12.

Digitized by Google

ſale, arte nulla ſanari poſſunt. Quapropter lugendum, zelatorum hoc;vanum inane ſtudium, qui enixius in hiſce ſe ſatigarint. Haud ſecus ac illi, qui in aliquod fractum, pertuſum vas; oleum, vinum, liquorem aliquem pretioſum ſundant, ut ſervent: quod oleum perdant indubie, operamque. Chriſti ſolius eſt dicere; *Lazare veni foras*. Et tamen Lazarus, qui erat mortuus, vivus fuerat. Sua adverſariorum, non ſunt mortua, ſed nunquam ab initio fuerunt viva, niſi in corrupta lavernionum phantaſia. Et quæ ſunt ejuſmodi, ne per divinam quidem Omnipotentiam, poſſunt reſuſcitari. Cui namque reſtituas vitam, quam numquam habuit?

14. Atque hiſce credimus, jam abunde, luculenterque ſatisfactum argumeotis; quæ adverſarii, pro antiquiore Myrenſi Archiepiſcopo Nicolao, recenſuerunt: & exſufflatas narratiunculas, quas a ſeptimo ad decimum ſeculum, recentiores, vel ſunt commenti, vel ex rumuſculis corraſerunt: quæ hactenus rejecimus, expugnavimus multiplicibus argumeotis. Quibus ad coronidem addo alia in Irenarchas. Aurum corrumpit, qui illud argento; qui æri; qui aurichalco, &c. commiſcet: Idemque peragit, is, qui argentum commiſcet plumbo, ſtamno, &c. Ipſe namque uti pretium illorum auger; ita minuit auri, argentique pretium: vileſcunt enim ſic colligata. Æra ipſa, ænea, cuprea, ſerrea; auro, vel argento obducti; revera ſunt adhuc ærea, ænea, cuprea, ſerrea, & ſui pretii; licet appareant aurea, vel argentea. Si iterum commiſceas falſa veris; quæ tanto labore, ſtudioque, hunc uſque ſelegi & ſeparavi; plangam ego ſudorer meos; dicam irritos & inanes; quibus proſpexi nihil, vel conſului Veritati. Tyrannicum autem ſuerit, viva cum defunctis corporibus colligare; longa enim tabe, & corruptione; crudeliſſime quotidie viventia enecabis. Et ſolius eſt inimici; poſt purgatum, excultum agrum; de nocte iterum in campo Domini, ſuperſeminare zizania; ut ſuffocet rurſus, perdat frumentum bonum, quod Pater ſamilias ſeminavit.

16. Qui autem ſcias, ex putri te toto corpore; membra aliqua; quæ bona, & ſana ſint elegiſſe? Qui diſcernas zizania a frumento; niſi prius utrumque perfecte noveris? Tu illa zizania duxeris, quæ tibi zizania videbuntur; ſi alius velit, tuum frumentum eſſe zizania, & tua zizania, eſſe frumentum optimum; quid reſponderis, ut convincas? Ibitur procul dubio inter imperitos ad jurgia; inter peritos, oppido ad injurias: unoquoque ſuam mordicus ſententiam retinente. Quam melius ergo, & tutius ſuerit; in dubiis, in falſis, in ſabuloſis nil retinere; ſed generoſe omnia reſecare: (*a*) ne imprudentes, agamus patrocinium impoſtorum. Hi namque gauderent maxime, & riderent, ſi quos cernerent eruditos, deceptos; ſuorum ſomniorum aliqua approbare: & nedum illa caute & diligenter ſibi ſervare; verum etiam pro iis ſecum digladiari. Si ab hæreticis, tollas hæreſes, in reliquis Catholici videbuntur: re vera tamen erunt hæretici periculoſiores, vitandi magis. Idem dicendum in ſabuloſis, ſi a fabulis ſabulas ſegregabis.

NUM DARI QUEAT
ALIUS NICOLAUS,
QUI
PRAEBUERIT LOCUM
CONFUSIONI?

CAP. XVI.

1. UBi huc ventum eſt: poſt ſcilicet, tot aggeſta & expenſa capite præcedenti; ſorte an alicui viſum fuerit; de eadem quæſtione quidpiam, haud amplius mutiendum. Nicolaus ille Niceous, prorſus erat eliminatus: phalanges ejus, occidione deletæ: ipſe in Morbonam miſſus. Immotus, inter omnes procellas & tempeſtates, invictus turbinibus cunctis, inſultibuſque adverſariis, noſter ſtetit tantummodo Pinarenſis. Parum tamen excuſſus eſt, Myrenſis Archiepiſcopus Nicolaus, noſtro ſuppar Epiſcopo Pinarorum; ſub Zenone, & Anaſtaſio Principibus: quod tum Acta noſtra, tum Græca Eccleſia; cum non habuerit unquam Sanctum. Latius eum ſubjicio modo examini; & Sanctitatem ejus, vel contra, expendo: exploraturus, num ipſe, vel quiſquam alius e ſucceſſoribus ejus; ſcopus fuerit, vel ſequela tantæ confuſionis: pro qua diſſipanda, nihil non ducimus, enitendum.

2. Ejus oppido Sanctitatem, a titulis non dimetior, *Beatiſſimi*, vel *Sanctiſſimi*; quibus, in Actis noſtris pluries honoratur. Nec ab uno, aut altero ex ejus geſtis; quæ adiaphora, habet Artemas. Hic namque titulus *Beatiſſimi & Sanctiſſimi*; in antiquo, & medio Statu Eccleſiæ; communis erat, honorificentia Epiſcoporum: ita ut hucuſque Græci; Schiſmaticum etiam, Marcum Archiepiſcopum Epheſinum (qui per Orientem, Concilium Generale anni 1439. Florentiæ habitum ſubvertit) eo nomine appellent: & quod malum) vel hodie non animadverſum; adhuc ſic excurrit in editis Menologiis. Macarius Patriarcha Antiochenus; anno 681. in Œcumenica Sexta Synodo, etiam pridie, quam, ut Monothelitarum ſautor & princeps, damnatus, ſede illa dejiceretur, *Sanctiſſimus*, *Beatiſſimus*, ab eadem Synodo appellatur. Hoc nulli rerum Eccleſiaſticarum perito, dubium. Ex his ergo nihil exſculpas, pro hoc noſtro Myrenſi Epiſcopo Nicolao. Aſt, nec ſanctitatem ejus aliunde expiſcari poſſumus. Acta noſtri Pinarenſis Epiſcopi; ejus ſaltem enunciative, indirecte, & obiter meminiſſent, in ejus fama, nomine, prodigio aliquo, quod egiſſet. Et locus erat proprius, dum patruo Nicolao facultatem indulſit, erigendi Oratorium in Pharrois; eique imponendi nominis, quod is vellet: ac præterea dum ipſe Lectorem noſtrum ordinat Nicolaum. Signa & terata, quæ de Niceno Nicolao narrantur, ad hunc Myrenſem nequidquam pertinent; aut quomodolibet, cum eo poſſunt dimidiari; multo minus cum Pinarenſi noſtro. Ad quem in omnibus, & per omnia, ſpectant cuncta, quæ Artemas facta narrat; in tot curatis gentibus & infirmis: & ad quem tantum, & non ad alium; omnium concurſus, pro beneficiis aſſequendis. Ipſe noſtri vixit tempore Pinarenſis, uſque ad annum circiter 510.: ejuſque ad funus; ad ejus tumulum, ſi ali-

(a) Hoc non nſus conſilio eſt, Illuſtriſſimus b. m. Franciſcus Maria de Aſte, Archiepiſcopus Hydruntinus; qui anno MDCCXVI. Typis Beneventanis, Martyrologium Romanum edidit. E quo reſectis tantum, quæ apertiſſime erant falſe, aut controverſa; ſibi viſus eſt, puriſſimum dare Romanum Martyrologium. Benedictus tamen PP. XIII. illud reſpuit, & non injuria, cremari juſſit.

ſi aliqua accidiſſent, eorum, duco, obiter ſaltem Artemas meminiſſet. Deus enim in Cœlo, & in terris, poſt vitam præcipue, glorificat Sanctos ſuos. Interim, cum Myrenſi noſtro, quidquam ejuſmodi a Deo factum, a nemine memoratur.

3. Non ego bonum negem, ſanctum fuiſſe Epiſcopum hunc Myrenſem. Et ſi quiſque bonus, donec contrarium; ita omnes qui in Chriſto vivunt; in dubio ſunt præſumendi. Sic monet locus & munus, & præciſus ſtimulus, in miniſterio ſanctiſſimo; omnes, qui Chriſti vices gerunt, in Eccleſia ſancta Dei. Sed Sanctum nos, in gradu Heroico Sanctum quærimus: quorum ordini, cultum ſolummodo, decernit Eccleſia Chriſti. Porrò, ſi aliquando Myrenſi noſtro, cultum decreviſſet Eccleſia Græca; decreviſſet etiam & Latina. Ita factum, putem, cum Nicolao noſtro Epiſcopo Pinarorum: qui famigeratiſſimus & Thaumaturgus, ex tunc audiit apud omnes. Sat ſcio, dices, alia & totidem, dicta etiam & credita de Myrenſi: clarius dicito, de Nieeno, qui fabuloſus. Hoc ſua dignum patella operculum. Oportuit fabulis tegi fabulam. Si hæc namque tuo Myrenſi admoveas; evidens, venerit in diſcrimen: ne, veluti ex contactu, & ipſe pro fabuloſo itidem habeatur. Vix ex noſtris Actis, ipſe nunc innoteſcit. Ne, quæſo te, imprudenter, a Theſi ad Hypotheſim redeamus. Tu præſumis pro tuo, & circuis. Ego validius & ſolidius de Pinarenſi præſumo: qui de eo lego tanta prodigia, etiam per Scriptores alios (a Metaphraſte deinceps) mutuata; ut ſuam quiſque Statuam decorarent.

4. Pinarenſi noſtro, aliquod miraculum, quod dictum, aut prædicatum fuerit, de hoc Myrenſi; nemo tribuit: & contra, videmus factum. Cultum equidem ab Eccleſia, Nicolaus ille Nieenus extorquere non potuit; utpote commentitius, & undique fabuloſus. Obtinuerit ergo Myrenſis junior, qui ſub perſona illius, cultus & captus fuerit. Verum, ſi aliqua, quæ de Niceno prædicantur, tuo accomodes; oportet etiam recipere, tuum Nicenæ Synodo ſubſcribentem; ut facias cum fabula Metaphraſtis: Tum liberantem a morte tres injuſte damnatos Myris: hinc apud Conſtantinum Magnum agentem, pro liberandis item a morte, tres illos Duces injuſte damnatos: ac demum procurantem a Conſtantino, ſuis Myrenſibus remiſſionem aliquam a tributo. Si id facias: hominem quinti ſexrique ſeculi, ad poſt initia reduces quarti. In quarto ſunt Conſtantini, Nicenum eſt; in quinto, neuter. Aut fabula igitur; aut ducentos annos vixerit hic Myrenſis, & is Nieenus. Si omnia a Niceno, tollas; neſcias quid Myrenſi tribuas, ſub Zenone & Anaſtaſio Principibus: Sanctum dabis nomine, ſine cultu, ſine miraculis, Thaumaturgum: ſed Myrenſem tantum Epiſcopum (quod negat nemo) quinto ſextoque ſeculo. Si tribuas huic omnia; fumum & fabulas ei tribues: nihil dabis, viro Sancto ſuppoſito, & Thaumaturgo; re tamen vera, nullo neque in vita, neque poſt mortem, miraculo prodito; tanti celeberrimi, & glorioſi, ſine gloriola aliqua, Nicolai. Quamobrem ego conſulo, ſi me audias; palpum Eccleſiæ non obtrudes: mitte & ſecundum hunc Nicolaum; in ſuo Myrenſi ſtatu Metropolitæ; ſed non Sancti, nec unquam ut Sancti culti (objectum cultus expende) aut hactenus, ante nos, cogniti ab Eccleſia. De quo, in pueritia Pinarenſis, ter mentio fit ab Artema; ſed nunquam cum Encomio aliquo a Sanctitate: quæ *obiter*, *breviter*, *in parodo*, ab Artema fieri poterat, & vergebat in gloriam ſui pueri Pinatenſis; dum ordinatur ab eo, Lector. Is equidem miracula in hujus ortu, & in infantia, facta non prætermiſit. Proinde, me vade, Myrenſis iſte; ne minimum quidem locum præbuit confuſioni.

EXTREMA TABULA POST NAUFRAGIUM.

CAP. XVII.

1. QUi naufragium patiuntur; ſi aliter, proſpicere ſuæ ſaluti nequeunt; oneribus levant navim; hinc in mare prius viliora projiciunt, ſua poſtea chariora. Nos hactenus in hoc turbine tetræ & horrendæ noctis, quaſſati, & demerſi pene; toto niſu conati ſumus, inter ventorum pugnas, & inter ſævientis pelagi vortices; primum ſervare omnia; tum projicere, quæ viliora videbantur; ex antiquis narrationibus, quæ ſpectabant ad Nicolaum. Verum, quia ſervandis ramentis aliquot (ſi poſſibile) toti adhuc, in tanta agitatione, incumbimus, Nicolai; poſtremum hic conatum ſervamus: Quem quæſo Pietas & Veritas Chriſtiana (ictis tantiſper, inter ſeſe Induciis) grato benignoque animo complectantur; dum vel demergimur, vel perimus; manum extremæ Tabulæ, nos viderint admovere. Forſitan namque, annuente Deo; intercedente pariter Nieolao; ad deſertam aliquam inſulam, appellemus: in qua nobis tutus portus inveniatur; qui nos ſanos & ſoſpites (etſi vix vivos, & madefactos) noſtram reliquam ſuppellectilem ſuſcipiat, & conſervet. Ad hæc enim ſola deſperatio nos coëgit; dum ſalutis ſpes alia non affulget. Inter denſas igitur ſentes, & dumeta ultro ingredimur: & non fuerit læva ſors, ut inde incruenti, exitum poſtea nanciſcamur. Ego boni equidem, parum aut nihil ſpero. Hæc in medium tamen affero, ne quid intentatum a nobis, aut irrepercuſſum cuipiam videatur; pro ſervando, quærendo Sancto aliquo Nicolao: cui ut Myrenſi Epiſcopo; quæ de ipſo, tanquam Thaumaturgo, vulgata ſunt, queant tribui.

2. Supra latiſſime diſcuſſum eſt & expenſum; Myrenſem Nicenum Epiſcopum Nicolaum, purum putum eſſe Commentum. Nuper viſus eſt, Nicolaus alius, etſi Myrenſis, ſub Zenone & Anaſtaſio Principibus, Epiſcopus; notis temporum ad amuſſim reſpondens: attamen quia non Sanctus, nec pro Sancto unquam cultus (quod directe pugnat cum Thaumaturgo) cui celeberrimus eſſe deberet, in Eccleſia, & per Eccleſiam feſtus dies; non dediſſe minimam vel cauſam, vel locum confuſioni, cum illo Niceno ſub Conſtantino. Mitto Pinarenſem noſtrum, ſub cujus nomine & perſona, ſtructa fuit Niceni fabula a nugivendis, & congerronibus: ut ſuperius alibi, viſum eſt. Diſcutiendum modò, num extruſus ſeptimo ſeculo Nicolaus (præſcindendo a notis temporis, & Principum, quæ narrationes, deſtruere creduntur hiſtoricum Fragmentum, Anonymorum Francorum apud Ducheſnium) in idem ſeculum revocari, & tueri aliquo pacto queat. Rurſus inclino ad aliud experimentum a datis ſupra cap. 9.; quia vellem, hunc Nicolaum, ſuæ ſervare traditioni: & mihi nomen, inde aucupari; ut qui, ſi deſtruam; noverim etiam ædificare.

3. *Nicolaum Myrenſium Archiepiſcopum, ſub Conſtantino Imperatore floruiſſe*, (dixit ſupra Francus Anonymus, apud Ducheſnium (a) *ſub Juſtiniano vero minore, anno Dominicæ Incarnationis* 673. *Myris*

(a) Vide ſupra cap. ix. n. 2.

migraſſe ad Dominum. Hæc ibi ſuſque deque duco ſubjecti examini: ago modò mitius, nec quid reſeco a Notis iſtis: ſed ſolum emaculo in annis 673. & refero ad annum 693. Hac ſane una correctione, tolluntur omnes contradictiones & difficultates, quas ſupra late expoſuimus: Textus reſtat immaculatus, & fides integra ſuo Authori. Spalmate facili, facilior eſt reſtitutio. Quia, Conſtantinus pater Pogonatus, imperavit ab anno 668., uſque ad annum 685. Nullus ergo Juſtiniano iſti locus, niſi ab hoc anno; in quo forſan adhuc ſedebat, Myrenſis Archiepiſcopus Polyeuctus; qui anno 681., ſextæ ſubſcripſit Synodo Oecumenicæ. Nondum ergo imperabat Juſtinianus; & nondum ſedere Myris poterat, noſter hic alius Nicolaus: qui uſque ad annum 693. rectè ſedere potuit, Polyeucti ſucceſſor, ab anno 683. & in decennii exitu obiiſſe. De Nicolao Myrenſi, Francus ſe loqui dicit: ſed ipſa ejus ſelectio; de Sancto miraculis celebri, ſe loqui affatim innuit. Idemque memoria ejus, hic in Annalibus facta arguit. Si hunc Sanctum Nicolaum ſuſcipias, Myrenſem Epiſcopum, vergente ſeptimo ſeculo, Myris defunctum: repertum eſt, quod quæſivimus ab initio. Sed fruſtra in *Niceno primo*: *fruſtra in Myrenſi ſecundo*, ſub Anaſtaſio; *qui primus*, *ſit ille celeberrimus*, *ſub Anaſtaſio*. Hic ſit primus: noſter, ſecundus ſit Nicolaus. Sed Chronotaxim ejus, tempori accommodemus.

4. *Septimi ſeculi ſub initia; ex parentibus genere & opibus glorioſis, Pataris in Lycia natus, ſecundus hic Nicolaus; poſt vitam in clero ſancte, & illibate exactam: in locum defuncti, Myrenſis Archiepiſcopi Polyeucti*, (hunc nemo novit, nec Methodius diegetes) *anno Chriſti 683., communi voto cleri & populi, Archiepiſcopus eſt electus, & Conſtantinopoli a Patriarcha Callinico ordinatus. Inthronizatus: quod dudum in Monotheletas* (*qui hactenus graſſabantur*) *bellum geſſerat; præclarius, ut Metropolita, una cum ſuis ſuffragatoribus operatus; ne dum verbo, ſed etiam miraculis, in confirmationem fidei, & vita exemplum; ſenio tandem, jejuniis laboribuſque confectus; in odorem ſuavitatis, & ſanctitatis; anno Chriſti 692., in Domino obdormivit. Charitate præcipue fulſit, & eleemoſynis; in pauperes, & diverſis calamitatibus oppreſſos. Quorum aliquot, ſuis interceſſionibus liberavit a morte; alios a penuria, & a peccato præripuit: inter quos, quaſdam puellas nobiles; quibus clam dotes ſuppeditavit, earum gradui competentes.*

5. Patria, parentes, genus, opes, mutuatæ ſunt a *Methodio*: *item electio in Archiepiſcopum*: non tamen e laico de repente; quæ authore non ſanctiore, ſed inſtructo magis indigerent. Hæc autem facta cum aliis aliquando; in exemplum trahi non poſſunt, niſi teſte, qui omni exceptione ſit major, fulciantur. In Methodio deſidero diligentiam. *Ab hiſtoria temporis*, *Polyeuctum* habemus, & *Callinicum Patriarcham*. *A conſuetudine & Jure Patriarcharum Conſtantinopolis*, deduco ordinationem; quam melius habere potuiſſemus, a Methodio; ſi ſuum Archivum (neglectum puto) conſuluiſſet. *Monotheletas*, qui eo ſeculo, & præcedenti Eccleſiam lacerarunt, confixit tandem, anno 680. ſexta Synodus Œcumenica, *tempore ipſo*, quo Nicolaus iſte doctrina, & moribus, miraculis, & ſanctitate *floruit*, etſi non aſcenderat adhuc Solium. *Zelus domus Domini* comedit Sanctos Dei: hi pugnant omnium ſtrenuiſſime in hæreſim, in hæreticos. *Epiſcopatus oſtendit hinc merita Nicolai*. Tempus, *quo vixit & floruit ſub Pogonato, & Juſtiniano Minori*: *quo obiit Myrenſis Epiſcopus, patefecit Francus Anonymus, Myrenſem* etiam *Methodius*, *& puellas*; *& quotquot alii ſcripſerunt de Nicolao*. Inter Patres equidem Quiniſextæ Nicolaus hic non ſubſcribit anno 691. vel 692. Et hoc mihi ſignum, quod in itinere æternitatis, ſenex, & miles emeritus; jam clinicus verſabatur. Si eſſet mortuus; ſucceſſor interfuiſſet, in ipſa Cpoli ordinatus.

6. Cavi autem tanquam ab igne, & a lue peſtifera, *a tribus Ternariis*, in quibus ars poëtica, & fabula, vult luſiſſe. *Tres morti damnatos ab Euſtathio*; *tres Duces item*, *a Conſtantino*: leri puriſſimi inſanæ mentis. *Tres puellas*, prior ingeſſit Methodius, ſed indigeſte. *Aliquas* dixi ego: incurioſus de numero, ſolicitus tantum de charitate, ne in quod inciderem rete fabulæ. Abolendo prorſus Ternario trium affinium miraculorum, in gloriam SS. Trinitatis, incumbo ſedulo. Magna namque hæc cognatio Ternariorum; mihi ſuſpicioſa. Quid ſi addas quartum nuperum, a tribus pueris lancinatis, muria conditis, & venditis ut ſumen Thynnicum, a Caupone? Tributum deminutum, rem frumentariam procuratam admitterem; ſi non apud ſolos tenebriones haberentur. Dianæ Templum a fundamentis everſum, tempore Conſtantini; *παντελῶς* eſt fabula; & magis eſt fabula tempore minoris Juſtiniani. In caſu ultimo; non everſum (ſi eatenus remanſiſſet) ſed in veri Dei cultum expurgatum, converſum eſſet, in ipſo ſeptimi lapſu ſeculi. Ita factum cum Pantheo Romæ, omnium Deorum Templo: Neapoli cum Templo Dioſcurorum. Laicum electum Epiſcopum, non difficile; ſed adhuc, rei idoneum vadem, quærito. Prorſus autem non admitto; Myris a Provincialibus electoribus ordinatum. Hoc enim per tria prima ſecula cum Lycio Metropolita, factum ab Epheſino: tum a temporibus Secundi Concilii Generalis, uſque ad ſeptimum ſeculum, & deinceps; a Patriarcha Conſtantinopolis ſolo factum. Fides, quam prædicantem Methodius Nicolaum inducit; ab ejus eſt temporibus aliena: & pro Ariomanitis & Sabellianis; Monophyſitæ, & Monotheletæ, ſubſtituendi. Illi namque, neque pro tempore, Niceni ſubdititii Nicolai, admittendi eſſent: quia diu poſt ejus mortem (a Beatillo anno 347. affixam) Ariomanitarum, & vere Sabellianorum auditum nomen.

7. Sat ſcimus placuiſſe nonnullis, ut ſimiliter cum ſpuriis, & rejectis ageretur: Ut ſcilicet putrida membra, & corrupta, & falſa, ex iis emendarentur; reſectis, abſciſſis, & reſciſſis, cum jure gladii, quæ cum veritate hiſtorica, & cum libella Critica non conveniunt; ſana reliqua ſervarentur. Ita illis conglutinatis, pax ubique conclamaretur; & in Actis Nicolai, nulla amplius difficultas. Præclare autem hæc procederent, ſi ita correxeris, reformaveris. Ego tamen ingenue quemque moneo, ne cum iis, quæ modo dedimus cum Methodio, quidpiam commiſceat etiam emaculatum, exſectumque ex Actis falſis: nam illico virulentam eandem luem, & morbidam gangrænam, cuncta contrahent, etiam quæ prius ſana videbantur. Methodius hoc non geſſit; corraſit vulgi rumuſculos; commiſcuit antiqua commenta dubiis; & ideo ſua omnia conciderunt. Ego autem cavi ſedulo, ne vel eminus, vel cominus ſe contingerent. Pax mihi placet, ſed vera, & quæ non ab una tantum parte meſitarum, ſit conclamata. Scilicet dicta pax, ubi non erat Pax, nec *luxerat*: *quæ illuminat omnem hominem*, *venientem in hunc mundum*. Adverti namque, quod omnis hæc machina, e teſſellis, ruderibus & fragmentis compacta ſit, avulſis, e mendicabulis duorum, vel trium tenebrionum, qui in ſuo Nicolao Niceno luſerunt

ruot

runt operam. Cognito præterea, omnia illa terata, a cunctis eruditioribus exſufflata; quia in eorum fundo habeantur, indeque abſciſſa ſint; jure adhuc vereor ne, vel vereor ut, Æthiopem hactenus laverimus: quem lava quandiu & quantum voles; idem, & nigerrimus ſemper remanet. Quamobrem eum Siſypho ſaxum ex ima valle, ſurſum ad verticem alti montis, dubito me adduxiſſe; quod inde præceps continuo revolvatur. Idemque ſemper accidat opus eſt: quia *fundo & ſolo, Jura docent & volunt, cedere, quæcumque in iis ædificia extruuntur.*

8. Sub fundo & ſolo, Pinarenſis noſtri Nicolai; omnes deinceps factæ ſubſtructiones. Fundus ergo ſolus eſt verus, reliqua fœnum, ſtipulæ, palea; ſomnia impoſtorum: etiam hic nuperus Nicolaus: cujus ex Methodii rumuſculis, & ſimilibus, vitam quomodocumque concinnavimus: Opus perditum. Si hic fuerit ille celeberrimus Thaumaturgus; quis admittat Thaumaturgum ſine præcipuo, ſolemni feſto per annum, die aliqua in Eccleſia? Ne quidem inſanus, fatuus. Pinarenſis, non mutuo, ſed jure ſuo, & ex Actis, diem emortualem & feſtum habet, ſexta Decembris die. Ipſe igitur tunc colitur, ſub perſona & larva Myrenſis Metropolitæ, & Thaumaturgi: & cultum ei reddit magiſtra Eccleſia. Recordemini objectum cultus. Pura inventio; Patria, genus, opes: ut merum Commentum etiam, tres puellæ: electio laici in Epiſcopum: ordinatio Myris per ejus Provinciales. Adeſpoton vidit patriam Patarenus: ſuæ aggregavit patriæ Nicolaum: *Anonymos* dedit, nobiliſſimos, ditiſſimos genitores. Decus Patriæ, & ornamentum. Quanto diſpendio? Unius verbi: Adeſpota non erat Pinara Nicolao: adeſpotam veluti, eam Myrenſes aggreſſi ſunt; ſuumque Metropolitam Nicolaum, arte, patientia & tempore effecerunt. Ignari mythici veri temporis, ſub Juſtiniano minore, leros ſuos conſcripſerunt; ut ſub Conſtantino Magno, & Thaiphalica defectione, tres Myrenſes a morte; tres Duces belli calumnia oppreſſos, arrogantiſſime liberaret. Similis torcularis eſt, ficti illius Tributi diminutio; & ſtupenda frumentacea procuratio: ferme pro ſolis Myrenſibus facta omnia.

9. Dianæ Templum everſum, pithecus eſt Cypariſſi, quam Pinarenſis a Dæmone obſeſſam, reſcidit, & liberavit. Si ſub Juſtiniano minore, floruiſſet Myrenſis ſecundus Metropolita; Pſeuſti non ad antiqua confugiſſent, ſed ſuum, & ſua tempora adornaſſent: ſaltem de more ſuo, corrupiſſent, etſi effrontes, & ſine pudore nati. Deſudavi hactenus, pro reponenda Veritate, in Throno ſuo, in vita & hiſtoria Nicolai: mihique rato, rem feliciter me geſſiſſe; oculos etiam aperuerunt, corpora ſancta Nicolaorum. Palpum vero, fucum potius, me obtrudiſſe & feciſſe Eccleſiæ deprehendo, tenebris magis hiſtoriam offudiſſe, digladiationeſque pro tot eorum corporibus vindicandis. Myrenſem ſibi quiſque contendunt, Veneti & Barenſes. Si Nicolaum avunculum neges Venetis, & Myrenſem hu ιe des, pro voto: tunc Pinarenſis noſtri eorpus tribuas Baritanis: quod attamen nolint oppido, Sanctum hactenus ſibi incognitum & Epiſcopum; pro ſuo Myrenſi Archiepiſcopo Nicolao; celeberrimo, & Thaumaturgo. Tria Sanctorum corpora: duo invenimus, patrui, & nepotis; inter ſe partiti Veneti, & Barenſes. Tertium tu cogita, ubi offendas: quo loco jacuit; a quibus & quando, & quo translatum, Et cum de his omnibus nil inveneris; mecum dicito hunc Patarenum Apollinem, Nicolaum nempe hunc Myrenſem Archiepiſcopum, Polyeucti ſucceſſorem, ſub Juſtiniano minore defunctum; & Thaumaturgum, ſine feſto præcipuo in Eccleſia, tam eſſe ſomnium; quam oſtendimus, Nicolaum illum, Myrenſem in Archiepiſcopum, ante & poſt Nicenum ſub Conſtantino. Proinde Pinarenſi noſtro, tantummodo dandus locus: qui dudum a Myrenſibus, ſuus jactatus Archiepiſcopus; a tumulo, & cuſtodia; a longiſſima poſſeſſione ejus corporis; ſecundum probatiſſima ejus Acta, quæ nos præſtamus; defunctus, & cultus ab orbe toto, ut Thaumaturgorum omnium Thaumaturgus; die Decembris ſexta, ſub Juſtiniano majore; haud amplius cum umbris eſt committendus, vel confundendus. Atque hæc dicta velim, ad calcem deſperatæ hujus, ultimæ Tabulæ poſt naufragium.

Hæc mea ſententia in Nicolao (velut in mea vinea) non indigna, reor, homine Chriſtiano. Hi mei Faſciculi; quos lubens, merito, & devote, Gentium majorum ſubmitto Faſcibus laureatis. In omnibus, & per ſingula (quocumque tandem me caſus ferat) judicio immortali ſanctæ Matris Eccleſiæ, alacri promptoque animo, me remitto. Cæterum meo lectori ſuggero, cum Pſalmiſta:

BEATUS VIR, QUI NON RESPEXIT IN VANITATES, ET INSANIAS FALSAS.
Pſam. 39.

At ſuſurronibus, & blateronibus, ſtudioque partium abreptis; cum Jacobo Apoſtolo in epiſtola cap. 3. 14. tantum dico:

SI ZELUM AMARUM HABETIS, ET CONTENTIONES SINT IN CORDIBUS VESTRIS: NOLITE GLORIARI, ET MENDACES ESSE ADVERSUS VERITATEM NON EST ISTA SAPIENTIA DE SURSUM DESCENDENS; SED TERRENA: ANIMALIS: DIABOLICA.

[illegible]

LATER.

LATERCULUS LYCIUS

EX MEO

ORIENTE SACRO

ABSTRACTUS.

LYCIAE DESCRIPTIO.

CAP. I.

LYcia, Aſiæ minoris Regio (*a*) : a meridie mari Mediterraoeo, ſeu Lycio ; a ſeptemtriooe, Phrygia ; ab ortu Piſidia & Pamphylia ; & ab occaſu, Caria terminatur. Regiones, quæ eam conſlant, ſunt Ædiniæ, Andronici, Cabaliæ, Myliadis, Sabandi, Traglaſſi, Valò. Montes in ea, Dædala (Lycia ab eo incipit) Anticragus, Cragus, (cui Chymæra affingitur, aliique mootes igniovomi ;) Maſſicites, pars Tauri ; Olympus, Caſius, Climax. Flumina, Xanthus, Tlos, Limyrus, Aricandus, Catarractes. Promontoria, Cragus, Telmiſſus, Sacrum promontorium (Hierapetra) quod Chelidonium etiam dicitur. Sinus totidem. Urbes maritimæ, Crambuſa, Olympus, Phaſelis, Phellus, Antiphellus, Patara, Andriaca (portus potius) Araxa, Apyra, & Telmiſſus. Mediterraneæ, Myra, Arnæa, Placoma, Arnabanda, Acaraſſus, Traglaſſus, Plenium, Tlos, Xaothus, Caunus, Podalia, Choma, Zenopolis, Adæſa, Cyanea, Aſcaodalis, Amelas, Noſocopium, Telanorus, Pinara & Didyma (ad montem Caſium) Limyra. Montanæ, Simene, Gage, Corydalla, Rhodiopolis, Candiba, Oenoanda, Balbura, Bubon.

2. Longitudo litoris Lycii', *Straboni* (nam ſilet Plinius) ſtadiorum eſt, 1720., ideſt paſſuum mille & 200. Is viginti & tres, Lyciæ urbes tribuit : verum de iis loquitur, quæ ſuffragii jus habebant. Artemidorus Epheſius, ſex maximas in Lycia recenſet urbes, Xanthum, Patara, Pinara, Olympum, Myra, Tlon ; ſitam in montis tranſitu, verſus Cibyram. Infra Cragum (qui octo ignovomos habet vertices, & urbem ſibi cognominem) jacent Pinata ; quam unam de maximis Urbibus Lyciæ, etiam Strabo ; teſtis eſt Plinius. Deinde Patara, & quæ Lyciam finit Telmiſſus. Plinius ab ortu, Strabo ab occaſu Lyciam incipit deſcribere. Paulo ſupra Xanthum fluvium, erat Latonæ Templum : & 60. ſupra id ſtadiis (ideſt 7. millia & 500. paſſus) Xanthus urbs. Poſt Xanthum fluvium, Patara, a Pataro conditore, portu ; & multis Templis inſtructa. Deinde Myra, 20. ſtadiis (duo millia, & 500. paſſus) ſupra mare, in excelſo colle. Demum interjacent in hoc mari, ad Promontorium Chelidonis, tres inſulæ aſperæ, & magnitudine ferme æquales : quinque inter ſe ; a cootinenti ſex ſtadiis diſſitæ : quarum maxima eſt Ciſtheoe, cum ejuſdem nnmiois urbe, & portu, navium appulſui ſatis commodo. Andriace, Myrorum potius navale fuit, quam oppidum. Urbecula igitur habebatur, ſed nunquam Epiſcopalis. Reliquum, civitates in Lycia ætate Pliniis, erant triginta ſex : & paulo poſt etiam, ætate Julii Pauli Juriſconſulti : ut hi metipſi teſtantur, Chriſti primo, & ſecundo ſeculo. Mitto alia ſexti prædicti cap. Prolegomenoo, non autem alia ibi importuna; quæ modo hic in calce, Pinaræ beneficio habebuntur ; a Myris metropoli incipientes. Gratum ſic credo, & novum moliri opus, ad Dei gloriam noſtrique ſancti : & ad guſtum eruditorum ; quibus hanc particulam, e noſtro Majori Opere (cui titulus *Sacer Oriens*) ſubjicere, mihi placuit.

3. Evangelium Chriſti, a temporibus Apoſtoli Pauli, per Lyciam conſtat eſſe diſſeminacum. Titus, Cretenſium Apoſtolus a Paulo conſtitutus, & Gortynæ (quæ metropolis ejus Inſulæ) primus Epiſcopus ordinatus ; cum data poteſtate imponendi Epiſcopos, locis illis, quæ Fidem Chriſti ſuſcepiſſent ; primum Epiſcopum dedit Myris, jam ad Deum, parte converſis aliqua. Is Sanctus Nicander fuit ; cui Hermæus presbyter fuit additus ad labores ; & poſt multa, una cum eo, ſub Libanio Præſide martyrium paſſus eſt. Sub Domitiano, cenſeo, anno Chriſti nonageſimo quinto circiter ; quo mota eſt perſecutio io Chriſtianos. Poſt annos nempe circiter vigintiquinque, ex quo anno, a Tito eſt Archiepiſcopus ordinatus. (*b*) Hinc ſub Decio Imperatore, Myrenſes etiam Themiſtocles, & poſt ipſum Dioſcorides, glorioſum pro fide, martyrium, Aſclepio Præſide, ſubierunt (*c*). Leo poſtea & Paregorius, Pataris in Lycia, ſub Lolliano Præſide decertarunt. (*d*) Myrenſis item civis & martyr Creſcens, glorinſe ſuum confecit ſtadium ; ſub Præſide eodem, an alio incertum eſt. (*e*) Methodius martyr & Epiſcopus Olympi, erumpentes Origenis errores compreſſit, & ab Ethnico Præſide, ictu gladii obtruncatur. (*f*) Hieronymus quarto, Socrates quinto ſeculo, non Patarorum Epiſcopum eum dicunt, ſed Olympenſem : quibus, miſſa recentiorum opinione, credere opus eſt. Appianus (aliis *Amphianus*, *&* *Aphianus*) etiam illuſtris Lycius, & ditiſſimo patre ortus, religionis ergo, parentibus, patria extorris ; apud Cæſaream Palæſtinæ, anno tertio Perſecutionis Diocletianææ, ſub Urbano Præſide, clarum martyrium, non dum 20. annorum, die 2. Aprilis, ſexta feria (annn ſcil. 306.) paſſus eſt. (*g*) S. Martyris Pamphyli fuit auditor, & in contubernio Euſebii Cæſarienſis : qui ejus paſſionem ſcribit capite 4. ſui libelli, *de Martyribus Palæſtinæ*. In textu græco corrupte legitur *Paga* patria. Valeſius *Araxam*, Henſchenius *Pataram* correxerunt : *Gagem* ego, montanam, cum Corydalla, ex diruto Olympo oatam.

PRO-

NOTAE.

(a) Hæc deſcriptio cap. 6. Prolegomenorum habetur. Hic eam repeto, ne ob pauca verba, eo lectorem meom remittam.

(b) Menol. ad diem 4. Novembris, de eo agont, tanquam a Tito apoſtolo, Cretenſium illuminatore, Myris primus datos Epiſcopus. Titum, ſcaturiginibus Pauli totam Lyciam, canuni illuminaſſe : Myrorum metropolim, et die, Nicandri feſto totam gaudere. Vide Troparia, & Exapoſtilarinm ejus : Ode 3. 5. 9. De Tito agnat 25. auguſti.

(c) Menol. die 21. Decembris de Dioſcoride, Menol XI. menſis Maii

(d) Die 18. Februarii, & ex Actis apud Ruinartium.

(e) Genere illuſtris, & provectæ ætatis.

(f) Menol. die 20. Junii.

(g) Menol. die 2. April.

PROVINCIA MYRENSIS METROPOLITAE.

CAP. II.

1\. AMpliſſima, hæc Provincia olim fuit : ut quæ omnem Lyciam comprehenderet. Throno Myrenſi namque (qui poſt Cæſarienſem Cappadociæ, eſt vigeſimus) ſuberant XXXVI. Eccleſiæ Epiſcopales. Do nomina.

I. *MASTAURA.*	XXII. *CANDYBA.*
II. *TELMESSUS.*	XXIII. *PHELLUS.*
III. *LIMYRA.*	XXIV. *ANTIPHELLUS.*
IV. *ARAXA.*	XXV. *PHASELIS.*
V. *PINARA.*	XXVI. *RHODIOPOLIS.*
VI. *PODALIA.*	XXVII. *ACALISSUS.*
VII. *OENOANDA.*	XXVIII. *ACALANDA.*
VIII. *TATLA.*	XXIX. *PALÆA.*
VIV. *ARNAEA.*	XXX. *EUDOCIAS.*
X. *SIDYMA.*	XXXI. *PATARA.*
XI. *ZENOPOLIS.*	XXXII. *CHOMBE.*
XII. *OLYMPUS.*	XXXIII. *NESSA.*
XIII. *TLOS.*	XXXIV. *BALBURA.*
XIV. *CORYDALLA.*	XXXIV. *MELÆ.*
XV. *CAUNUS.*	XXXVI. *CYANEA.*
XVI. *ACARASSUS.*	
XVII. *XANTHUS.*	
XVII. *BUBON.*	
XIX. *MARCIANA.*	
XX. *ORYCANDA.*	
XXI. *CHOMA.*	

2\. Tot ſaltem ſeculo erant decimo : ut ex Novella conſtat, Leonis cognomento Philoſophi, eo tempore Orientis Imperatore, in ſerie & ordine Præſidentiæ Metropolitarum, qui tunc Cpolis ſuberant Patriarchæ: quam in calce ſui Operis, *de Jure Metropolitico*, Joſephus Motha edidit, pag. 5. 14. 15. Corrupta multa, nos, ad Græcos Codices emendavimus; ut modò correcte habentur: Telmeſſus, Pinara, Orycanda, Arnæa, Tatla, Caunus, Acaraſſe, Bubo, Oenoanda, Candyba; Neſſa, Balbura. Sane verò, tot ab initio non erant Epiſcopatus; ſed paulatim aucti, (ut Maſtaura) mutati ſunt, aut antiquati; in ſeculorum decurſu, & prout, rerum bumanarum ſerunt viciſſitudines. Puto ego; ſaltem vigintiquinque, vel paulominus: quorum ſeriem & Catalogum infra dabimus. Modo, tamen, ut decet, incipimus ab eorum Metropolitis.

SYLLABUS MYRENSIUM ARCHIEPISCOPORUM.

CAP. III.

1\. HOrum Catalogum (quem adhuc informem, nec dum ad umbilicum perductum, conſarcinamus; tanquam e lapillis electis teſſellatum, muſivum opus) a Myrenſibus auſpicati; in Sancti Nicolai gloriam & honorem; cum eruditioribus communicare, non abs re ducimus, ante tempus editionis: quam pleniorem, ſi Deus dederit, in *Oriente ſacro*, etimus præſtituri: Primus S. Nicander eſt.

I. S. NICANDER.

2\. Primus Myrorum Archiepiſcopus (ut hactenus probavimus) S. Nicander eſt. Sed Acta ejus, & Hermæi presbyteri, nonnihil diſplicent : in *Libanii* nomine; mihi per tria prima ſecula, inaudito; & ne in Plutarcho quidem invento, aut in Athenæo: qui ſunt officina vera, antiquorum nominum propriorum. Primus Libaniorum, qui in quarto ſeculo occurrat, ſub Valente Imperatore, ſophiſta Libanius eſt. Sed magis diſplicent, in Urbis *Comite*, vel Provinciæ; quæ dignitas, nondum primis duobus ſeculis, inventa erat. Tacitus & Suetonius, primo ſeculo, ipſa carent. Tertio, vel quarto ſeculo, pro *Præſide* eſt uſurpata. Præfectus enim Ægypto, Trebellio Pollioni (*a*) *Comes* Ægypti dicitur. Sub Decio, Eumolpum habemus, *Comitem Orientis*. *Comitem Africa*, Pompejanum, dicit Diocletianus. (*b*) Bibianum *Præfectum Orientis*; Domitianum *Comitem Lycaoniæ*, & Q. Ancharium *Præſidem Orientis*, non *Comitem*, nec *Præfectum*; in Aureliano vocat Vopiſcus.

3\. Conſularem ſuum habebat Lycia; ſequioribus ſeculis Præſidem, ac tertio, *Comitem* nuncupatum : ut cuique ſeculo, & moribus, vel ſcriptoribus erat commodum, & placebat : ut ſuo ſcilicet quiſque ſeculo, in dicendo ſe accommodatet. Si namque, *Licuit*, *ſemperque licebit*, *Signatum præſenti nota producere nomen*; quanto magis hiſtorico hoc licebit? qui ſui ſeculi vocabulis, ut veſtibus uti velit. Ita, qui olim *Procoſ. Aſiæ* dicebatur, loco ejus nominis, quiſque ſuis hominibus ſerviturus, dicere potuit hic *Præſidem*, ille *Comitem*. Ita quoque *Byzantium*, antequam auctum fuit; nomine Conſtantini, ab Authoribus quarti ſeculi, paſſim *Cpolis* appellatur. *Sex erant Provinciæ Thraciarum* (ut docet Ammianus Marcellinus; & Notitia Romani Imperii). *Aſia* multo plures habebat Antiſtites; *Rectores* vero, ſeu Judices ſeculares, *undecim* tantum habuit. Tot enim erant *Provinciæ Aſiæ* (ut docet Hierocles in deſcriptiune Provinciarum, & Urbium Imperii Orientis) quarum quidem *Aſia proprie dicta*, & *Helleſpontus*, atque inſulæ, erant ſub diſpoſitione *Procoſ. Aſiæ*. Reliquæ autem octo; *Pamphylia* ſcilicet, *Lydia*, *Caria*, *Lycia*, *Lycaonia*, *Piſidia*, *Phrygia Pacatiana*, *Phrygia Salutaris*, *SINGULAE QUIDEM SUUM CONSULAREM HABEBANT* : Omnes tamen erant *ſub diſpoſitione Vicarii Diœceſeos Aſianæ*. Hactenus Valeſius in notis ad cap. 28. libri 5. Theodoreti.

4\. Ita igitur factum, admitti poteſt in *Comite* Libanio; quorum olim deceſſores, & ipſe quoque ſub Domitiano audierat Lyciæ Conſularis; ſed a relatore Actorum Sancti Nicandri, ſui ſe quinti ſeculi nominibus accommodante, dictus fuerit ille *Comes*. Nomen enim Libanii, nil repugnat, quin ſub Domitiano cæptum fuerit uſurpari. Quid enim vetat? nonne cuncta ſuum initium habuerunt? Si cui tamen hæc excuſatio, & ex cauſa *Comitis*, & *Libanii*, non ſedet apologia; eſto, inquam: ſed Acta non habent quo reprobentur, ex cauſa inuſitatorum cruciatuum. Clavos eorum corporibus infixos, Myrenſis Eccleſia detexit poſtea; coluitque, & ad ſervandam traditionem, oſtendit, in celeberrimo illorum quotannis feſto. Interim vero meum lectorem moneo, non hic agi de Sancto Nicandro, qui cum Marciano paſſus eſt; ſub Diocletiano Principe, &

Maximo Præſide ; quorum Acta genuina dat Ruinartius. Noſter loco, & tempore, & martyrio eſt diverſus.

5. Succeſſorem, quin ſucceſſores Nicandri in Myrenſi Throno, per ſecundum & tertium ſeculum ; non ſumus hactenus aſſecuti : etſi labore magno perquiſivimus. Nacti namque ſumus neminem Lyciorum Epiſcoporum. Quippe caremus Actis Concilii Aſiatici, ſub Polycrate Epiſcopo Epheſino ; ab Aſiaticis Epiſcopis, ob cauſam Paſchatis, habiti Epheſi, anno circiter 198. : & præter Polycratem, ſcimus neminem. In quo, cum ex inductis moribus in Eccleſia, ſub Epheſino Exarcho, Myrenſis eſſet Metropolita, & ab eo, quoque conſecraretur (ut interius oſtendetur) difficile eſt, ut Myrenſis Archiepiſcopus, tanquam unus, e præcipuis, quindecim Provinciarum Metropolitis ; ab illo Concilio abfuerit ; quod tanta inſtantia, Sanctus Polycrati præceperat Victor Papa. At Synodus illa, ejuſque ſubſcriptiones, jamdiu interciderunt. Caremus etiam, Concilio Iconienſi in vicina Phrygia, habita in Cataphrygas anno 258, ab Epiſcopis, ne dum Phrygiis ; ſed etiam ex Cappadocia, Cilicia, Galatia collectis, aliiſque proximis Regionibus. Eoque veniſſe, ſaltem invitatus, potuit Myrenſis Metropolita : ſed, ut dixi, his omnibus deſtituimur.

6. Non caremus equidem Concilio Ancyrano, habito ante Nicenum, anno forſan 313., cui decem & octo Epiſcopi interfuerunt : ſed inter eorum ſubſcriptiones, nemo eſt Epiſcopus Lycius, vel Myrenſis. Idemque factum in Concilio Neocæſarienſi, anni 314. nam inter totidem Epiſcopos nemo ſubſcribit Lycius. Habemus in Phrygia Laodicenum (item ante Nicenum) ſed ſine triginta duorum Epiſcoporum ſubſcriptionibus, qui illi Synodo, cum ſuo Metropolita Nunechio interfuerunt. Non caremus Gangrenſi Synodo in Paphlagonia, anno 324. circiter habita, a ſeptem Epiſcopis ; inter quos pariter nemo Lycius. In Epheſina, Actione 1. legitur, *Baſporius Epiſcopus Eccleſiæ GANGRENSIS, QUÆ EST METROPOLIS Provinciæ Pamphyliæ, decernens cum ſancta Synodo : Hypatius ejus juſſu ſubſcripſit ; eo quod ipſe adverſa valetudine teneretur.* διὰ τὸ ἀῤῥωστεῖν αὐτόν. In Niceno I. Oecumenico, habito a 318. Patribus anno 325., habemus Canones, habemus ſubſcriptiones, habemus Lycios ; ſed non Myrenſem Metropolitam, eumque is, jactatum illum multo minus Nicolaum ; ut abunde probitum abbi. Myrenſem autem Epiſcopum, ab hac Synodo, tercentum decem & octo Patrum, abfuiſſe, non ſubſcripſiſſe ; mihi eſt prorſus inveriſimile. Faventque maxime, ipſæ ſubſcriptiones : quæ modo non excedunt *ducentos ſeptuaginta quatuor* Epiſcopos ; cum oporteret fuiſſe 318 Deſunt ergo ſubſcriptiones *quadraginta quatuor* Epiſcoporum, ad numerum hunc complendum.

7. In Antiocheno Concilio, anni 340., inter *viginti novem, vel triginta* Epiſcopos, qui ſubſcribunt : In Sardicenſi, in Dacia, anno 347., inter *trecentos quinquaginta* Epiſcopos ſubſcribentes, nemo Lycius invenitur. In Pſeudoſynodo Sardicenſi ejuſdem anni, habita in Thracia Philippopoli ; e tot Arianis Epiſcopis, qui ſubſcribunt, ne unus quidem apparet Lycius : quod bono omini eſt ducendum ; & ferendum potius æquanimiter, quod in Conciliabulo Semiarianorum, anno 358., deficientibus Actis, & ſubſcriptionibus ; nemo innoteſcat Lycius ſubſcripſiſſe. In Ariminenſi Concilio anni 359., etſi *quadringentis & ultra* Epiſcopis, ex Oriente & Occidente conſtiterit ; nemo tamen ſubſcribit Lycius. Sequitur ejuſdem anni, Seleucienſe Conciliabulum in Iſauria ; & inter illos etiam *centum quinquaginta* Epiſcopos, Lycius tantum comparet Euſtathius, Epiſcopus Pinarorum & Didymorum. Cpolitanum ejuſdem anni (quod Bithynis & Cpolitanis Epiſcopis conſtitit *quinquaginta*) non habet Acta ; nec proinde ſubſcriptiones : & Antiochenum anni 360. funditus item periit : & ob eandem cauſam, non poteſt noſci ; num inter Epiſcopos hujus Conciliabuli, quiſquam Lycius interfuerit.

8. In Pſeudoſynodo Lampſacena anni 364. a Socrate (Hiſt. Eccleſiaſticæ lib. 3. cap. 25. & lib. 4. cap. 12.) habemus, ſediſſe, & ſubſcripſiſſe Patinicum Epiſcopum Zenopoleos in Lycia, hæreſi Macedonii ſubſcribentem. Meus candor non ſinit, & Valeſius ib. monet, legendum Ζήλων, non vero Ζήνων, & propterea non eſſe *Zenopoleos* in Lycia Epiſcopum, ſed *Zelorum* urbis in Helleſponto, ſeu Cappadocia ; e quibus Provinciis ſunt alii omnes, qui interfuerunt. Conciliabulum in Caria Arianorum, anni 356., Epiſcoporum *triginta quatuor*, prorſus periit, & cum ipſo etiam ſubſcriptiones evanuerunt. In Cpolitano tandem, a. Concilio Oecumenico, anni 381. habito a *centum quinquaginta* Epiſcopis (modo 141. leguntur tantum : ita ut deſint numero, alii novem, qui ſubſcripſerunt) inter eos, octo ſulum Epiſcopi, una cum Metropolita Tatiano, ſubſcribunt Lycii : quamobrem adhuc ſuſpicari poſſumus, num inter deperditos, alii fuerint Epiſcopi ex ipſa Lycia.

9. Atque illa ſubluſtione, caremus poſt Nicandrum, ſeptemdecim ſaltem Myrorum Archiepiſcopis, ab anno Chriſti 95. uſque ad ann. 370. in quo invenimus ante Tatianum, Anonymum ; quem opus eſt huc afferre.

XXI. ANONYMUS. 2.

1. S. Amphilochio Archiepiſcopo Iconienſi, dum anno 371. reſcribit *(a)* S. Baſilius Magnus, Archiepiſcopus Cæſareæ, quæ in Cappadocia ; eique renunciat, ſe ab homine Lycio, pio, & gravi, paulo ante noviſſe, multos Epiſcopos, presbyteroſque ejus Provinciæ, qui ſequebantur Eccleſiæ fidem, ſuam amplecti velle communionem, & ſe ab aliis Epiſcopis Aſianis, ſeparare, quod omnes in errore verſabantur. Reapſe, inter alios, ei nominat Epiſcopos Lycios, Alexandrum *Corydallorum*, Diotimus *Limyrorum*, Eulemum *Patarorum*, Hilarium *Telmeſſi*, & *Phellitarum*, Lucianum. Et præter eos, *Myrorum* presbyteros, *Tatianum*, *Polemonem*, *Macariumque*. Nos autem, omiſſis his primitiis Lyciorum Epiſcoporum ; ad presbyteros illos obtutum vergimus, ſuo nomine nuncupatos : dicimuſque, ipſos non ſuapte, ſed innuente, instigante, ſuo Myrenſi *Anonymo* Archiepiſcopo, rem tanti momenti, Baſilio proponendam, curaviſſe. An enim ſuo Metropolita inſcio, vel invito, ejus presbyteri id egiſſent? Non reor equidem : præſertim cum illo defuncto deinceps, eorum primus *Tatianus*, in ejus ſucceſſit Cathedra, vir pius, rectæ fidei, & timens Deum. Nos ergo ejus nomine deſtituti, Anonymum coacti ſumus ipſum enunciare. Sed Baſilius Amphilochium & monet, precatur-

(a) Epiſtola 409 pag. 410 n. 16.

Digitized by Google

eaturque, ut ſagacem & doctum aliquem in Lyciam mittat, qui peculiariter de his omnibus ſe informet, & ſic illos, ſine literis viſitet; ut ſibi deinceps conſulat, & num ipſis ſcribere, & communicare queat, & aliquam cum iiſdem alligare collationem.

XXII. TATIANUS. 3.

1. Tatianus is ergo, qui Myreoſis erat presbyter, ſub præcedenti Anonymo, ut modo viſum, anno 371.; ei defuncto datus ſucceſſor eſt: ſed quo anno id factum, incertum eſt. Indubium verò de anno 381. in quo, ab initiis menſis Julii, interfuit, & ſubſcripſit, ſecundo Concilio Oecumenico. Electus ipſe a ſuis, ab Epheſino Archiepiſcopo Menophante (de more antiquo) ordinatus fuerit. Deinceps verò felicius procedemus: non interrupte namque alios, ad ſeculum uſque ſextum, conſarcinamus: interrupte reliquos, prout potuimus, reparamus. Porro huic Synodo habitæ Cpoli a 150. Patribus, in Macedonium ejuſque gregales; ita ſubſcribit Tatianus, ejuſque Epiſcopi, *Provinciæ Lyciæ*, quos corrupte editos, reſtituimus. *Tatianus* Myrenſis, *Pionius* Chomatenſis. *Eudemus* Patarenſis. *Patricius* Oenoandenſis. *Lupicinus* Limyrenſis (Diotimo hic ſucceſſerat) *Macedo* Xanthenſis. *Romanus* Bubonenſis. *Theotimus* Araxenus. *Hermæus* Balburenſis. En cultum S. Hermæi, in onere & martyrio ſocio S. Nicandri. Ab hac Synodo abfuerunt, prædicti Alexander Corydalorum, Hilarius Telmeſſi, & Lucianus Phellitanus: nec, ſi ipſi obierant, eorum ſucceſſores.

2. Libenter daremus alia Tatiani, & finem ipſius vitæ: ſed non habemus Acta & ſubſcriptiones, Cpolitani Concilii, anni 382., indicti ad Romanam Synodum declinandam, pro Flaviani adverſus Paulinum, cauſa excutienda. Minima autem hæc unius anni jactura eſt; (qua adhuc vivere poterat Tatianus) quam quod Actis, & ſubſcriptionibus caremus, Cpolitani alius Concilii, anni 394., in quo duo Patriarchæ, Alexandrinus, & Antiochenus interfuerunt: quamobrem in Concilio tam numeroſo, Lycios multos interfuiſſe ſupponi poterat; & rimari, num inter ipſos præſederit Tatianus. Cauſa Synodi: primum, Eccleſiæ ſanctorum Petri & Pauli Cpoli dedicatio: Secundò, cauſa inter Agapium, & Gebadium; qui pro ſua quiſque Boſthenſi Eccleſia diſſerebant. Poſt hanc Synodum, anno 395., tercenteſimus annus ſolidus excurrebat, a S. Nicandri obitu.

XXIII. PROHAERESIUS. 4.

1. Prohæreſius immediate ſucceſſerit Tatiano: ſed ſimoniace ab Antonino Menophanti ſucceſſore, & Exarcho ſuo Epheſino, ordinatum conſtat. Ille vendidit, ipſe emit: quod exemplum ipſe ſecutus, Proculo vendidit in Lycia Epiſcopatum, incerti loci. Prohæreſium habemus alium, Sinopes in Ponto Epiſcopum, qui Concilio Gangrenſi interfuit anno 340., & ut Arianus ſubſcribit Conciliabulo Sardicenſi, anno 347. Alium Prohæreſium, Chriſtianum habemus & catholicum; qui Sophiſta Armenus e Cappadocia, magiſter fuit Apoſtatæ Juliani; ac obiit anno 388. annorum ſuæ ætatis 92. Natus igitur ille fuit anno 296. De quo vide Tillemontium tomo 4. pag. 566. Hiſt. Imperatorum. In Concilio noſter Cpolitano, anni 400. (potius anni 399.) ſub Johanne Chryſoſtomo, Nectarii in Cpolitana Sede ſucceſſore; per accuſationem, hæc omnia detectus eſt peregiſſe. Quæ ex Palladio in vita Chryſoſtomi audire præſtat.

2. *Tertiadecima diſtributione* (pro Indictione) *venerunt Cpolim, Aſiæ Epiſcopi, neceſſitatum eccleſiaſticarum gratia; ac nobiſcum remorati ſunt; præſentibus & aliis Epiſcopis: ex Scythia* (& Tomis) *quidem, Theotimo: ex Thracia verò* (& Hidrianopoli) *Ammone Ægyptio: & ex Galatia* (Ancyra) *Arabiano: Metropolitanis omnibus ac ſenibus; qui vigintiduorum implebant numerum.* (*ex Aſia Primæ aderat Epheſius Antoninus: aberat tantum Ponticus* (obiter: *Athanaſio* Epiſcopo Ancyrano, ab anno 360. & 373. quo obiit, ſucceſſit *Leontius*, & huic poſtea *Arabianus*.) *Convenientibus autem omnibus, & communicantibus: obſervato Euſebius quidam Valentinopolitanus Epiſcopus* (in Cilbianis jugis Aſiæ Proconſularis) *congregato Concilio, una Sabbati, adſtitit; libelloſque tradidit Synodi Præpoſito* (*ut dicunt*) *Johanni nomine*; contra ſuum Metropolitam *Antoninum Epiſcopum Epheſi, ſeptem Capitula continentes. Unum, &c. Septimum verò accuſationis Caput: Quod pro lege atque decreto haberet, ordinationes Epiſcoporum vendere, pro modo redituum. Adſuntque & qui dederunt, & qui ordinati ſunt, & ipſe qui accepit. Eorumque omnium probationem, ſe habere aſſerebat, Hoc judicium, cum ob teſtium abſentiam, agi non potuiſſet: mortuo interim Epheſi Epiſcopo; ad petitionem Cleri Epheſini; cum Johanne Chryſoſtomo, SEPTUAGINTA Aſiæ Epiſcopi, Epheſum convenerunt: ibique in locum demortui Epiſcopi Epheſini; Heraclidem Diaconum elegerunt; SEXQUE Epiſcopos, per Simoniam ab ipſo ordinatos, depoſuerunt.* Hæc Palladius in vita Chryſoſtomi, inquit Binius: Socrates lib. 6. cap. 10. Sozomenus lib. 8. cap. 6. Vide Baronium anno 400. num. 73. & ſequentibus. Acta hæc fieri oportuit, ne dum anno 400., ſed etiam anno 401., ut Epheſum iretur, colligeretur Synodus Epheſina, haberetur, & hæc omnia excuteret, ut par erat.

3. Prohæreſius autem in hac Synodo, poſt examen convictus; tamquam Simoniacus a Chryſoſtomo, ſua Myrenſi Sede dejectus eſt. Palladius tamen Epiſcopus Helenopolis, qui interfuit; & Socrates, & Sozomenus poſtea; ejus Sedis neutiquam meminerunt: haud equidem negligentia, ſed charitate; quod puto, ut famæ conſulerent ejus, illuſtris viri. Porro idem, apud eos, ſilentium Sedis Proculi, a Prohæreſio ſimoniace ordinati; pariterque a Chryſoſtomo, ſua illa Sede Lycia, tunc deturbati. Præter Antonini Sedem (quæ neceſſario fuerat revelanda,) eadem charitas cauſa famæ; nullius, aut nomen proprium, aut nomen Sedis: inter tot dejectos ut ſimoniacos, & indignos (ſaltem *quindecim*) nobis Poſteris memoratum. Sed lex hiſtorica hic oportet, ut præferatur.

4. Poſtquam S. Gregorius Greg. Fil. Nazianzenus, ad bonum pacis, ſponte, Epiſcopatu Cpolitano, ſe abdicavit, anno 381., Nectarius in ejus locum eſt ſubſtitutus. Ex ordine Senatorio erat Nectarius, & plura munia in Republica, præclare geſſerat. Erat venerabilis ſenectutis: affabilis, Catholicus; ſed erat laicus, nondum baptizatus, & inter Catechumenos adhuc detinebatur. Fuerat Præfectus Urbi

Cpoli

Digitized by Google

Cpoli, ſed rerum Eccleſiaſticarum, prorſus jejunus & imperitus. Luſtratus ergo baptiſmo, & per gradus, presbyter, & Summus Pontifex ordinatus (Imp. Theodoſius ſic jubebat) actutum præſuit Concilio Oecumenico, ab 7. idus Julias. Sane Patres, cuſtodes & vindices, ſexti Niceni Canonis, præcipiunt in ſuo ſecundo Canone: *Ut Aſianæ Diœceſeos, Epiſcopi; ea quæ ad Aſianam TANTUM Diœceſim pertinent, gubernent. Ponti autem Epiſcopi, Ponticæ TANTUM Diœceſeos curam habeant. Et Thraciæ Epiſcopi, ſolum Thracicæ, curam gerant.* Tum Canone tertio præcipiunt: *Ut Cpolitanæ Civitatis Epiſcopus, Primatum honoris habeat, poſt Romanum Epiſcopum; eo quod eſt Cpolis, nova Roma.* Hoc pacto Cpolitanus Epiſcopus, qui ſuberat jam tum a Byzantio, Metropolitano Epiſcopo Thraciarum Heracleæ; ratione Urbis, Patriarcha creatus eſt: eique ad Patriarchatum conceſſæ ſunt, tres illæ Diœceſes, Aſiæ, Ponti, & Thraciæ: cum maxima prærogativa, ut poſt Patriarcham Romanum, locum obtineret ſecundum. Cui Decreto diutius obſtiterè Romanus, & Alexandrinus, & Antiochenus. Sed Nectarius, ſub Diodoro Tarſi Epiſcopo, aliiſque rectoribus & magiſtris; illud tantum curavit, ne ab hæreticis circumveniretur; nec perpendit, quantum ſuæ Eccleſiæ collatum fuerat beneficium. Hinc quando anno 394. Timothei ſucceſſor (hic anno 381. Oecumenicæ huic ſubſcripſit Synodo, obiitque anno 385.), Theophilus Alexandrinus, ad Cpolitanum venit Concilium, cum Patriarcha Antiocheno; pacifice cum Nectario, qui vix ſe eſſe Epiſcopum reputabat, omnia ſunt tranſacta.

5. Aſt, cum poſt ejus mortem, Chryſoſtomus eſt Cpolitanus Epiſcopus ordinatus; tunc cœpta ſunt Jura Patriarchalia, eatenus male cognita. Primo namque, ſui Patriarchatus pacifice init poſſeſſionem, ſuper tres illos Exarchos & Autocephalos, Aſiæ, Ponti, & Thraciæ. Nimirum, ſuper octo & viginti Provincias, totidemque Metropolitas: Epiſcopos verò ultra ducentos. In Provinciis Ponti, XI. item Metropolitæ. Prima, Philippopopolis. Ita in ſe ſolum Chryſoſtomus, ut Patriarcham Cpolis, decidiſſe vidit, quidquid *ſub diſpoſitione erat Præfecti Prætorio Orientis, & Vicarii* Diœceſeos Aſianæ. Hæc autem facta reor, anno 399., quia ſequenti anno, ab eo Cpoli habitum eſt Concilium (ex cauſis a Palladio, ſupra relatis) *duorum & viginti* Epiſcoporum; Philippopoli, & Ancyra: & Aſianis, una cum ſuo Epheſio Antonino, *decem & octo*: Quibus præfuit Chryſoſtomus; & è re nata, actum poſſeſſionis collati Patriarchatus; in multos illos ſimoniacos Epiſcopos Aſiaticos. Quod judicium tunc inchoatum; anno ſequenti oportuit Epheſi, cum LXX. Epiſcopis terminari: Et tunc Prohæreſius, e Myrenſi Sede dejectus eſt, Proculuſque item ab eo ſimoniace ordinatus. A ſolo namque Epheſino, Metropolita Myrenſis poterat ordinari; ut factum ſimoniace ab Antonino: a ſolo Myrenſi Proculus, qui erat ejus ſuffraganeus. In venditorem & emptorem, animadverſum eſt pari pœna.

6. Dum hæc autem, Cpoli, & Epheſi, a Chryſoſtomo gerebantur; parte alia, & præviſa minus detonuit in ipſum pejus: qua ex odio, invidia, æmulatione Imperii, & noviſſimæ Poteſtatis; ipſe in Latrocinio ad Quercum, & Epheſino damnatus eſt, & ſuo quoque dejectus Throno. Cauſa primaria Origeniſtæ: quos dejectos Alexandria; ipſe valde humane excepit Cpoli, etſi ad ſolam peregrinam communionem. Hiſtoriam hic incommodam; ex Baronio ad Alexandrinam Synodum Theophili, lectori noſtro ſinimus repetendam. Sed noſtrum eſt hic, ſimoniacorum cauſam, e Pſeudoſynodo ad Quercum, anno 403. habita a Theophilo, & quadraginta quatuor aliis Epiſcopis in Chryſoſtomum, dilutius enarrare, e Photii Bibliotheca Codice 59. Acta enim jam perierunt: in quo ſumma exſtat, illius Latrocinii Epheſini, quod Actionibus tredecim eſt peractum. Theophilum ſatis eſt dicere Alexandrinum, ut impotentem ſentias hominem, audaciſſimum, & thermotatum.

7. Viginti novem capita Theophilus, aliique (Act. 12.) in Chryſoſtomum congeſſerunt: in quorum ſexto & vigeſimo (dicit Photius) oppoſuerunt: Ὅτι αὐτὸς κατηγορεῖ, αὐτὸς μαρτυρεῖ, αὐτὸς ἀποφαίνεται· καὶ δῆλον ἐκ τῶν περὶ Μαρτύριον τὸν πρωτοδιάκονον καὶ ἐκ τῶν Προαιρέσιον, φασι, τὸν Λυκίας ἐπίσκοπον. *Quod idem ipſe accuſet, idemque teſtis ac judex ſit. Planumque id eſſe ex illis, quæ cum Martyrio Archidiacono, & cum Prohæreſio Lycio geſta fuiſſe referuntur.* Quæ autem ſint illa enormia, non dicuntur. Ac tandem poſt tale quale examen; Chryſoſtomum Sede ſua depoſuerunt: abſente, & nemine pro ipſo reſpondente. Expreſſe quin imo, a Theophilo aperto inimico ſuo, ad univerſam Eccleſiam appellantem. Interpoſita enim, appellatio, flocci a Theophilo facta eſt, & ab aliis etiam, manifeſtis pariter inimicis: inter quos ut Epiſcopi ſedebant, omnes nuper depoſiti ſimoniaci; & Chryſoſtomi oſores alii: & idcirco Theophilo magis chari; quos reſtituerat, in Chryſoſtomum ruiturus. Prima, tanti furoris, cauſa, ad vindictam; & ad validiorem talionis vicem reddendam, ob ſe Cpolim evocatum, ut de Origeniſmo ſe expurgaret: quo crimine (licet falſo) ficti quidam Catholici, Theophilum apud Imperatorem, & Chryſoſtomum accuſarant. Secunda cauſa Eudoxia Imperatrix æque injuſta & avara mulier; quæ concitavit Primores Urbis, mulierculas, & gentem ſimilem, fide, moribuſque corruptam. Tertia cauſa defenſio, & reſtitutio, ſimoniacorum, indignorumque, qui ei ſuppetias venerant in Chryſoſtomum. Prohæreſius, Proculuſque ei primitus adhæſerunt: quod Alexandria, recta Theophilus deſcendit in Lyciam; ad Quercum Chalcedonem perrecturus. De his, ut placuit, ſententia lata, Clero miſſa Cpolitano fuit; & Relatio facta etiam Imperatori.

8. *Ad hæc, tres oblati libelli* (dicit Photius) *a Gerontio, Fauſtino, & Eugnomonio, qui ſe injuſte a Johanne, Epiſcopatu querebant motos.* Gerontium ſcimus, Epiſcopum fuiſſe Nicomediæ; & pro eo a Chryſoſtomo Panſophium ordinatum: aliorum neſcimus Sedes. Palladius, in Dialogo, Chryſoſtomi appellationem ſic conſervavit Εἶπε δὲ οὖν παρασιτοῦμαι, Θεόφιλος, ὃν ἐλέγχω εἰρηκέναι, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ ἐν Λυκίᾳ, ὅτι Ἀπέρχομαι εἰς Κομιτάτον, Ἰωάννην καθελεῖν· καὶ &c. *Sunt autem, quos recuſo, Theophilus, quem revinco dixiſſe, & Alexandriæ, & in Lycia: In Comitatum proficiſcor, ut Johannem dejonam: &c.* Cunctanter ergo Theophilus, Alexandria, & præmeditatus, venit in *Lyciam* (*Andriacen* nempe, & *Myra*, vel

ad

ad aliam aliquem portum ejus) ut fautores ; præſertim depoſitos ſibi conciliaret ; & ſecum duceret . In eoque itinere , multos ſibi collegit Epiſcopos , Chryſoſtomo ob ejus Zelum infenſos : cum ipſis venit Cpolim , ingreſſuſque in Urbem ; nec Johanni ſalutem dixit : quamvis eum pluries humaniſſime invitaſſet. Sed in ſuburbio Chalcedonis , dicto ad *Quercum* ; erraticam illam Synodum , tredecim Actionibus habuit , & 70. (quæ dicunt) calumnioſa in Chryſoſtomum capita , cum gregariis excuſſit ſuis.

9. Præſtat autem & Sozomenum hic audire (a). Ὁ δὲ Ἰωάννης πυθόμενος, ὑπὸ ἀναξίων, τὰς ἐν Ἀσίᾳ καὶ πέριξ ἐκκλησίας ἐπιτροπεύεσθαι, καὶ τοὺς μὲν λήμμασι, καὶ δωροδοσίαις, τοὺς δὲ χάρισι ὑπαγομένους, τὰς Ἱερωσύνας ἀπεμπολεῖν· ἧκεν εἰς Ἔφεσον· καθελὼν τε δέκα καὶ τρεῖς ἐπισκόπους, τοὺς μὲν ἐν Λυκίᾳ καὶ Φρυγίᾳ, τοὺς δὲ ἐν αὐτῇ τῇ Ἀσίᾳ ἑτέρους ἀντ' αὐτῶν κατέστησε. Τῆς δὲ Ἐφεσίων ἐκκλησίας· ἔτυχε γὰρ ὁ τότε ἐνθάδε ἐπισκοπῶν τελευτήσας· Ἡρακλείδην ἄνδρα Κύπριον ἐχειροτόνησεν. Ἐντεῦθεν δὲ οἱ καθαιρεθέντες, καὶ οἱ τούτων ἐπιτήδειοι, ἐπῃτιῶντο Ἰωάννην, ὡς ἀρχηγὸς, νεωτερισμοῦ ταῖς ἐκκλησίαις ἐγένετο, καὶ τὰ δίκαια τῶν χειροτονιῶν, παρὰ τοὺς πατρίους νόμους ἐκαινοτόμησεν· ὑπὸ δὲ λύπης, καὶ τὰ λόγου ἄξια αὐτῷ πεπραγμένα κατὰ τὰς τῶν πολλῶν δόξας διέβαλλον. *Porrò Johannes , cum audiviſſet , ASIÆ & finitimarum Eccleſias , ab indignis Sacerdotibus gubernari , ET ALIOS quidem donis ac muneribus ; alios verò GRATIA CORRUPTOS, SACERDOTIA VENDERE ; Epheſum perrexit . Ac TREDECIM EPISCOPIS depoſitis, PARTIM IN LYCIA ET PHRYGIA; PARTIM IN IPSA ASIA ; alios in eorum locum ſubſtituit. EPHESINÆ autem Eccleſiæ (cujus Epiſcopus tum forte mortem obierat) Heraclidem præfuit, origine virum Cyprium. EXINDE HI, QUI DEPOSITI FUERANT , ET ILLORUM NECESSARII ; Johannem accuſare cœperunt : quod rerum novarum in Eccleſiis auctor fuiſſet : & contra morem , inſtitutumque majorum ; ordinationum Jura immutaſſet. Ac ira dolore animi , atque indignatione , ea quoque reprehendebant , quæ , omnium judicio , præclare geſta fuerant a Johanne.*

10. Interea verò , dejectorum verus eſt numerus revelandus. Valeſius, Tillemontius , Baluzius , aliique cum Palladio , volunt *ſex* tantum. Sozomenus , *ſolum tredecim*. Philippus Cpolitanus presbyter , (a) tantum *quindecim*. Alexandrinus Theophilus dixit *ſexdecim*. Omnes tamen conveniunt , & ſunt tantummodo explicandi. *Sex Palladii* ,erant *ſexdecim* (ἑκκαίδεκα) ante quam eos mutilaret amanuenſis : *Tredecim* Sozomeni , librarii lapſus eſt , pro ιε', ſcribens ιγ'. 13. pro 15. Philippus presbyter, 15. recte conſignavit. Palladius & Theophilus ; etiam non depoſitum , ſed deponendum , Antoninum Epheſium , præmortuum numerarunt. Si mecum eos expiſceris ; *quindecim* reperias , per Aſiam Proconſularem , & per Lyciam , & Phrygiam ; finitimaſque Provincias. Sed modo , non eſt hoc otium , neque hic locus. Cunctos iſtos (præter ſuos Ægyptios) reſtitutos , cum Theophilo in Synodo ad Quercum conſediſſe cerneremus. Ergo noſter etiam Prohæreſius , Proculuſque indigniſſimi ; fuere judices in Chryſoſtomum , expulſis omnibus dignis , qui ab eo , dejectis fuerant ſubſtituti. Indubium enim eſt a Chryſoſtomo loco Prohæreſii Myrenſibus alium modo incognitum , datum Metropolitam , itaque factum cum Proculo , utrumque , tamen dejectum iterum . Quamobrem ejecto , & dejecto Chryſoſtomo , anno 404., poſt hoc publicum præjudicium , & malum maximum ; etiam Proculus in incerta ſua illa Sede Lycia , & Prohæreſius , ut prius , Metropolita Myrorum manſit. Irato Deo hæc facta eſſe , & in pœnam illarum gentium, clariſſime oſtendit Deus. Qua namque nocte in exſilium Chryſoſtomus eſt ejectus ; magno terræmotu Cpolis eſt concuſſa , immanis grando menſe Septembris , Imperatrix in partu, fœtu immortuo male obiit. Tum Iſauri, Aſiam, Lyciam, Pamphyliam , (decurſa Cilicia , & utraque Syria, invaſerunt , & devaſtarunt ; ac poſt cladem illatam Cypro ; Lycaones ac Piſidas abduxerunt in ſervitutem. Quorum teſtis eſt Philoſtoratus , aliique.

11. Mittimus alios, *Cariæ*, *Lydiæ*, & *Phrygiæ* ; item dejectos throno ; incertum, num ob idem, an crimen aliud. *Aphrodiſienſis* [ſin malis, *Stauropolitanus* alio nomine] Metropolita erat Cariæ : *Laodicenus*, Phrygiæ Pacatianæ : *Synnadenſis* , Phrygiæ Salutaris. *Elpidium* reperimus , a Chryſoſtomo depoſitum ab Epiſcopatu Laodiceno , anno 400., ſed ab Alexandro Patriarcha Antiocheno , reſtitutum anno 404. , *Cyriacum* Synnadenſem novimus a Chryſoſtomo ordinatum, novimus , ab adverſariis ſuo dejectum throno ; ejus exſilii ſe comitem addidiſſe. Sed quis fuerit depoſitus a Chryſoſtomo, ignoramus : & num nam ab eodem Alexandro Antiocheno , anno 404. fuerit reſtitutus. Novimus a Chryſoſtomo, pro dejecto Elpidio, *Eugenium* ordinatum Archiepiſcopum Phrygiæ Pacatianæ , hinc anno 404. ſua dejectum Sede , pro Chryſoſtomo, Romam ſe contuliſſe. Fortaſſe quoque *Antonius* ille a Chryſoſtomo ordinatus , & hinc anno 404. dejectus throno ; fuerit in *Caria Aphrodiſienſis Metropolita* ; qui Chryſoſtomum uſque ad finem defendit : & anno 407. quo ille obiit ; in cavernas ſe abdidit Paleſtinæ. Hoc modo noti ſunt, qui incubitores antiqui fuerint reſtituti : loco nempe Cyriaci eſt Elpidius : loco Eugenii Theodoſius. Hic enim , ille eſt , depoſitus Epiſcopus Synnadenſis, qui intruſus legitur : ſed poſſeſſione , eſt iterum deturbatus. Sed Sedes Fauſtini , & Eugnomonii depoſitorum ; penitus ignoramus. [*a*] *In* Chalcedonenſi Synodo , anno 451. Act. XI. (quo nondum tranſierant , ab anno 401. & 403. , anni circiter 50.) δεκαπέντε ἐπισκόπους καθεῖλεν : *quindecim Epiſcopos depoſuit*.

XXIV. SERENIANUS. 5.

1. *Serenianus* , qui ut Myrenſis Metropolita, Oecumenicæ ſubſcripſit Synodo , habitæ Epheſi anno 431., Prohæreſio ſucceſſerit, anno circiter 415. Ælius Serenianus , a Lampridio , inter *Conſiliarios* Alexandri Severi Auguſti , anno forte 223., *omnium ſanctiſſimus* nuncupatur. Ipſum fuiſſe Præſidem Cappadociæ. & crudeliſſimum in Chriſtianos , narrat etiam Tillemontius (c) poſt Baronium anno 237. ſub Maximino Thrace. Serenianus ſub Conſtantio Cæſare anno 354. *Dux Phœniciæ* , a Galla abſolvitur , publica omnium indignatione ; quòd Utriculam dictam , Celſam ; diripiendam reli

(a) Libro 8 cap. 6. (b) Tomo 3 pag. 264. n. 265

querat Saracenis. Hiſtoriam recitat Ammianus (a) & quod paulo poſt, Conſtantio jubente Auguſto, inter percuſſores Galli, cum Pentadio invenitur. Succeſſorem is in *Phœnicia*, Apollinarium patrem habuit; interſectum, dum ipſe juſſu Galli abſolvebatur. Serenianus *Comes Domeſticorum* ſub Valente, anno 365. capitur in Lydia (ait Zoſimus) fugit Cyzicum, cum theſauro publico, quem cuſtodiebat: Nicæam ducitur: ibique anno ſequenti a Marcello qui Purpuram induerat poſt Procopium) obtruncatur. Serenianus Romæ Tribunus plebis, anno 418. & 419. adſtitit Q. Aurelio Symmacho (Simmachi magni filio: qui ex Proconſul-Africæ tunc erat Præfectus Romæ) in electione ſancti Pontificis Bonifacii; qui Romæ ſucceſſiet Zoſimo.

2. Atque huic tandem, utpote Epiſcopo; ſuccedat eſto, noſter Serenianus Myrenſis Archiepiſcopus: qui unus fuit in Neſtorium, e primis anteſignanis, ſubſcripſit ipſe correcte, in fine primæ Actionis; Σερηνιανὸς Ἐπίσκοπος Μυρέων πόλεως ὑπέγραψα: *Serenianus Civitatis Myrorum Epiſcopus ſubſcripſi*. In aliis enim ſubſcriptionibus, aut inſcriptionibus, ſemper corrupte legitur: *Herennianus Epiſcopus Myron ſubſcripſi*. Græca non habentur in ſubſcriptionibus Actionis ſextæ: ſed in margine (editionis Romanæ, & Colonienſis, Binii) correctum eſt: *Serenianus Epiſcopus Myrenſis ſubſcripſi*. In epigraphe epiſtolæ Impp. ad Orientalium Conciliabulum Epheſinum, neſcio, quo fato, inter catholicos numerentur, Johannes Antiochenus, Alexander Cleopatridis, Himerius Nicomedienſis, Fritilas Heracleæ, Dexianus, & alii multi ſchiſmatici, e Pſeudoſynodo Epheſina. Catholici enim ſunt, Juvenalis Hieruſalem, Flavianus Philipporum, Acacius Melitenes, Acacius Cotenorum (in *Phrygia Salutari*) Vinatius Hierapoleos, Donatus Nicopoleos, Firmus Cæſareæ, Pius Piſinuntis, Cyrus *Aphrodiſiadis*, Dalmatius Cyzici, Dorotheus Myrrhinæ, Sapricius Paphi, &c. Berinianus autem, eſt ille *Berinianus Epiſcopus Perges in Pamphylia*, qui cum aliis ſuprapoſitis, in fine tertiæ, & ſextæ Actionis. ſubſcripſit.

3. Eſt & inter prædictos, ſub finem illius Epigraphis: *Herennianus* Latine: ſed male in Græcis: Εἰρηνιανῷ: pejus in margine: Ἐρηνιανῷ: *Ireniano*: *Ereniano*; noſter *Serenianus* eſt; qui correctiſſime in Græcis, Latiniſque ſubſcribit, in fine Actionis primæ. Cæterum Actioni ſecundæ ſubſcribit nemo. Actioni tertiæ, decem tantum; quorum ultimus *Berinianus Perges*. Quartæ, & quintæ nemo ſubſcribit. Sextæ, omnes, Latine tantum, interque eos: *Berinnianus Perges*: & *Herennianus Myrorum*: noſter nempe *Serenianus*. Qua in re, præſtat huc afferre, Epigraphem aliam epiſtolæ, *quam quidam Epiſcopi, Cpoli reperti, ad ſanctam Synodum Epheſinam miſerunt*, 13. *Auguſti*, *indictione decima quinta*; quòd ipſi ſuo tempore, pervenire non potuerunt.

4. Τοῖς παναγίοις καὶ θεοφιλεστάτοις ἀρχιεπισκόποις, καὶ πατράσι, τοῖς συναχθεῖσι, κατὰ τοῦ θεοῦ χάριν ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, Κελεστίνῳ, Κυρίλλῳ, Ἰουβεναλίῳ, Φίρμῳ, Φλαβιανῷ, Μέμνονι, Ἐρεννιανῷ, Θεοδότῳ, Ἀκακίῳ, καὶ πάσῃ τῇ καθ' ὑμᾶς ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, παρὰ τῶν εὑρεθέντων, Κπόλει ἐπισκόπων, ἐν Κυρίῳ χαίρειν: Sanctiſſimis Deoque dilectiſſimis Archiepiſcopis, & Patribus, qui per Dei gratiam, in Epheſiorum metropoli congregati ſunt, *Cæleſtino* (per eius nempe Legatos) *Cyrillo*, *Juvenali*, *Firmo Flaviano*, *Memnoni*, *HERENNIANO*, *Theodoro*, *Acacio*, *univerſæque Veſtræ Sanctæ*, & *Oecumenicæ Synodo*; *Epiſcopi in Urbe Cpolitana conſtituti*, *in Domino ſalutem*. Hic enim Herennianus, noſter eſt etiam *Serenianus* Myrorum Metropolita, qui tunc erat Epheſi, inter Archiepiſcopos, & dudum, pro *Matre Dei*, ſubſcripſerat in Neſtorium, qui *Chriſtiparam* eam dixit. Corruptum nomen, etiam antiquus interpres vertit *Herennianum*; nec in margine monuit lectorem, ipſum eſſe eundem *Serenianum* primæ Actionis: quem non incelebrem ex hoc arguas Archiepiſcopum, cui inter primos expreſſe, Cpolitani Epiſcopi, ſcribere voluerunt.

5. Porro ex ejus, qui ſubſcribunt Synodo, ſuffraganeis; *Eudoxius eſt Epiſcopus Chomatenſis Lyciæ*: *Modeſtus Epiſcopus civitatis Anæotarum*: *Ariſtocritus* (alias Ariſtocrates) *Olympi Epiſcopus*: *Modeſtus Epiſcopus Telmeſſi* & *Eudociadis*. Hic etiam alibi ſubſcribit, nomine *Timothei Epiſcopi Briulorum*: Βριούλων: Sane eundem Leo 6. Imperator in ſua Novella, dixit *Epiſcopum Aprilliorum*. Quot, annis autem Serenianus ſederit; incompertum. Mihi ab anno 415. circiter, ab Attico Cpolitano Epiſcopo, videtur Archiepiſcopus ordinatus; vel a Siſinnio illius ſucceſſore: Tempuſque Sedis ipſius, fuiſſe annorum 17. aut 18., quia anno 431 & 432. interfuerit Epheſino. Secundus hic fuit Archiepiſcopus Myrenſis, qui a Patriarcha Cpolis ordinatus eſt. Primus enim is fuit, qui a Patriarcha Chryſoſtomo, loco Prohæreſii eſt ordinatus.

XXV. ROMANUS. 6.

1. *Romanus* Sereniano ſucceſſit. Is, haud quidem a S. Maximiniano, in locum Neſtorii, depoſiti, & in exſilium ejecti, anno 432. ſubſtituto Patriarcha Cpolis, ſed a S. Proculo, anno circiter 435. Myrorum eſt Archiepiſcopus ordinatus: ut inferius oſtendetur. Dolet autem, quod ipſe interfuerit, Pſeudoſynodo Epheſinæ ſecundæ, anno 449. quarto Idus Auguſti, Indictionis ſecundæ; & inter alios fere omnes (exceptis tantum Legatis Apoſtolicæ Sanctæ Sedis) damnatum abſolvit Eutychem; ſic ſe ſubſcribens: Ῥωμανοῦ Μύρων Λυκίας: *Romano Myrorum Lyciæ*. Prævaricationem tamen per vim & metum incurſam, anno 451. mox reparavit, in quarta Generali, Chalcedonenſi. Ubi Actioni primæ in Euthychetem, libere ſubſcribit: Ῥωμανοῦ Μύρων; quæ antiqua verſio (forſan a Ruſtico Romano Diacono, eodem ſeculo adornata) ſic habet: *Romano Myrenſis civitatis Metropolis Lyciæ*.

2. Eutyches Author Monophyſitarum; Novembri anni 448. a triginta duobus Epiſcopis, Cpoli, in Concilio, ut hæreſiarcha damnatus eſt: Theodoſius junior Imp., Chryſaphii eunuchi (quem Eutyches ſuſceperat a baptiſmo) fraude & dolo inductus; Synodum Oecumenicam Epheſum indixit: ſuoque reſcripto, Dioſcorum Patriarcham Alexandrinum, Synodi Præſidem conſtituit. Aſt Sancto Leoni Papæ, hi auſus, ſe inconſulto, jure diſplicuerunt: ſed rebus geſtis, prudentia occurſurus) Julianum Puteolorum Epiſcopum, Renatum presbyterum, & Hilarum Diaconum (poſtea Papam

illuc

(a) Ammian lib 14. pag. 16.

illuc ſuos Legatos miſit. Appropinquante jam die, habendæ Synodo præſtituta; Imperator ſuo, quem intereſſe juſſerat, Magiſtratui, ſcripto, diligenter curare mandat, *ut Epiſcopi, qui in Cpolitana Synodo, Eutychetis cauſam judicaſſent; nihil interloquantur.* Unde immerito Concilium illud dicitur, a quo veritatis deſenſores, alii profugantur, alii in exſilium deportati, miſerrime occiduntur. Menſe Auguſto anni 449. Conciliabulum hoc eſt habitum, a 128. Epiſcopis: in quo Apoſtolicæ Sedis Legatis repugnantibus; nec ob præſidentiam Dioſcori, volentibus intereſſe; fuit Eutyches abſolutus: Flavianus Cpolis Patriarcha, aliique Catholici condemnati: & plerique Epiſcopi per vim & minas (intentatis exſiliis; propoſitis catenis, fuſtibus, gladiiſque) ad iniquæ ſententiæ ſubſcribendum coacti ſunt.

3. Inter hos interſuit, timoreque *Romanus* noſter ſubſcripſit. In primis etiam Domnus Antiochenus, Juvenalis Hieroſolymitanus, Stephanus Epheſinus, aliique inſignes Epiſcopi, minis exſilii, & depoſitionis, in eam ruinam præcipites, acti ſunt. Hique omnes in Concilio Flaviani, anno 448. menſe Novembri, non interfuiſſe, apertiſſime probantur. Alias juſſu dato a Theodoſio, menſe Auguſto anni 449. Epheſi, intereſſe, & ſubſcripſiſſe nequiviſſent. Illi ergo, nec etiam *Romanus* noſter interſuit, eandem ob rationem. Legati Dioſcoro in faciem reſtiterunt; dictoque, Acta nulla eſſe; per incognita & invia loca, Romam fugam arripuerunt. Flavianus depoſitus a Dioſcoro occiſus eſt, eique Anatolius ſucceſſor datus: ac tandem in Alexandrina Synodo ipſe Leo excommunicatus fuit. Sed mox videbimus Dioſcorum, ut hæreticum, temerarium, ex Alexandrino Throno dejectum: & ubi, a Theophilo, Cyrillo, & ipſo; Chryſoſtomus ſummo ſcelere (jure merito Neſtorius) & Flavianus martyr, Cpolitano Throno dejecti ſunt; ipſe quoque anno 451., e Throno Alexandrino meritiſſime Chalcedone eſt depoſitus. Anatolius fuit Catholicus, & anno 450., Cpoli coacto Concilio, hæreſim Neſtorii, & Eutychetis damnavit: Poſt mortem ſcilicet, Theodoſii Imperatoris.

4. Juſſu ergo S. Leonis Papæ, & Valentiniani, ac Marciani Auguſtorum, quarta Oecumenica Synodus, Chalcedone Metropoli Bithyniæ, eſt celebrata, octavo Idus Octobris, Indictione quarta; in Eccleſia Euphemiæ ſanctæ martyris. In cujus Actione prima, poſt Legatos Apoſtolicos, & Dioſcorum Alexandrinum, præſcripſerunt, cum Maximo Antiocheno Syriæ (Domno namque ob demerita, alimenta data, & Maximus ſubſtitutus) Juvenali Hieroſolymorum, Stephano Epheſi: (loco decimo) poſt triginta & octo, *Romanus* noſter Ῥωμανοῦ Μύρων; quæ antiqua verſio dicit, prout notavi: *Romano Myrenſis civitatis, metropolis Lyciæ, &c.* Fuerunt enim 630. Epiſcopi: Inter quos, primus ſuffraganeorum ejus, eſt *Rufinus* Βρυλλῶν quem de more, male habet interpres: *Brullenæ civitatis*, pro *Briulorum. Timotheo* hic *ſucceſſit*, qui aſſedit Synodo Epheſinæ anno 431. ut Βρυλλῶν Epiſcopus. Poſtea Nicolao *Acaraſſorum*, Stephano *Limyrorum*, Zenodoto *Telmiſſi & Eudociadis*, Fronton *Phaſelidis*, Philippo *Balburorum*, Theodoro *Antiphelli*, Leontio *Araxorum*, Antipatro *Cauni*, Andrea *Tloeorum*, Romano *Bubonæorum*. Undecim ſuffraganei.

5. Dum verò in hac Actione prima, quæ erant Acta Epheſi recitantur; inter eos, qui in ea interfuerunt, mentio fit etiam. Ῥωμανοῦ Μύρων τῆς Λυκίας: *Romani Myrorum Lyciæ.* Sed audiamus ipſum timore errantem, & ἀγράφῳ χάρτῃ, *in charta pura* ſubſcribentem, ac tandem veniam flagitantem: Ῥωμανὸς ἐπίσκοπος Μύρων τῆς Λυκίας (hinc ſine græcis) *Romanus Epiſcopus Myrorum civitatis, Provinciæ Lyciæ dixit: Reverendiſſimus presbyter, & Archimandrita Eutyches, ſequens fidem Sanctorum Patrum, fruatur & bonore presbyterii, & præſit Reverendo Monaſterio.* Et poſt multa: Ῥωμανὸς ἐπίσκοπος Μύρων εἶπε. Δίκαιον οἶμαι ἀναγνωσθῆναι τὰ ὑπομνήματα (τὰ διαλαλιὰς τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Διοσκόρου, τὰ ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει) πεπραγμένα, καθάπερ διελάλησαν οἱ ἁγιώτατοι πατέρες. Romanus Epiſcopus Myræ dixit: *Juſtum puto recitari geſtorum ſeriem, (quæ in Regia urbe, per ſanctiſſimum & Deo dilectiſſimum Archiepiſcopum Dioſcorum, ſunt acta: ſicut & ſanctiſſimi Patres ſunt interlocuti.* In damnatione facta Epheſi, a Dioſcoro in Flavianum Archiepiſcopum Cpolis, & Euſebium Epiſcopum Dorylenſem; in ſubſcriptionibus eſt; Ῥωμανὸς Ἐπίσκοπος Μύρων τῆς Λυκίας. Poſtea ſine græcis: *Romanus Epiſcopus Myrenſis civitatis, Provinciæ Lyciæ, dixit: Et ego concors ſub iis, quæ a ſanctis Patribus ſancita ſunt, adverſus Flavianum, & Euſebium; & juſtè adverſus eos, prolatæ ſententiæ*; Hinc in fine Epheſinæ illius, anni 449. latinæ tantum ſubſcriptiones habentur: in quibus, ſecundus eſt: *Romanus Epiſcopus Myrorum, definiens ſubſcripſi.*

6. In Actione 2. Chalcedonenſis, ſub principium, præſcribit cum aliis Romanus noſter, item in Actione 3. 4. 5. 6. 8. 12. 13. 14. Actiones, ſeptima, decima, decimaquinta, habent neminem, qui præſcribat, aut ſubſcribat. Actioni XVI. habitæ Kalendis Novembris, præſcribit *Romanus Reverendiſſimus Epiſcopus Myrorum.* Porro in hac Actione, acris & longa digladiatio, inter Legatos Apoſtolicos, & Cpolitanos clericos; num Nicenus Canon, pro Cpolitana Eccleſia ſit ſervandus; an Canon ſecundi Concilii Oecumenici? Legati ſtant pro Niceno, Cpolitani ſtant pro ſecundo. Poſtquam autem Legati e Synodo ſunt egreſſi, reliqui Epiſcopi, qui remanſerant; ſecundum locum poſt Romanum Epiſcopum, (Oecumenicam ſuam ſecundam ſecuti Synodum) Cpolitano Epiſcopo confirmarunt. Et inter his, ſexto loco poſt Anatolium, ſubſcripſit: *Romanus Epiſcopus Metropolis Myrorum* ὁρίσας ὑπέγραψα: *definiens ſubſcripſi.* Similiter Epiſcopi numero 181. Legati redeunt, & Lucentius eorum unus; ſubſcriptos, id feciſſe coactos, dicit; ſed Epiſcopi clamaverunt: Οὐδεὶς ἠναγκάσθη. *Nemo coactus eſt.* Bonifacius Legatus alter, mandatum profert a Papa acceptum: *Sanctorum quoque Patrum* (Nicenorum) *conſtitutionem prolatam, nulla patiamini*, temeritate violari, vel imminui: *Servantes omnimodis perſonæ noſtræ in Vobis dignitatem. Ac ſi qui forte civitatum ſuarum potentia confiſi, aliquid ſibi tentaverint uſurpare; hoc. qua dignum eſt, conſtantia retundatis.* Canones producuntur: itum per vota eſt. Num Ponti Epiſcopi, & Aſiani, propria voluntate; an ex impoſita, aliqua ſibi neceſſitate, coacti

cti ſubſcripſiſſent? Et Diogenes Cyzici, & Florentius Sardium Lydiæ, ſponte dicunt ſe ſubſcripſiſſe.

7. Ac tunc *Romanus Epiſcopus Myrorum dixit*: *Non ſum coactus: Ego gratum habeo, Cpolitano ſubeſſe* THRONO; *quoniam & ipſe me honoravit, &* IPSE ME ORDINAVIT. *Mihi juſtum videtur; & voluntarie ſubſcripſi*. Idem fatetur Calogerus, Claudiopoleos Iſauriæ, Honoriadis. Idem dicit Seleucus Epiſcopus Amaſiæ. *Ante me, tres ſunt ab hac Sede, ordinati Epiſcopi: egoque cum hanc conſuetudinem inveniſſem; eam etiam ſum ſecutus. Et nunc ſponte dico, me huic throno ſubeſſe velle. Eleutherius Epiſcopus Chalcedonenſis, dixit: Sciens, & per Canones, & per conſuetudinem præcedentem; hæc Jura Cpolitanum Thronum habere; his cum gaudio nec ſubſcripſi. Petrus Epiſcopus Gangrorum dixit: Ante me, tres ſunt ordinati a Throno hujus Imperatoriæ civitatis; egoque ſimiliter poſt eos. Et ideo conſenſi his, quæ habet conſuetudo; & ſponte ſubſcripſi*. Idem dicit Nunnechius Epiſcopus Laodiceæ, & Marinianus Epiſcopus Synnadorum: qui fatetur, *ſe, & priores* ſuos, a Cpoli ordinatos; quoniam & Canones Primatum Cpolitano Sanctiſſimo præbent Throno. Pergamius Epiſcopus Antiochiæ Piſidiæ, item propria voluntate ſubſcripſit. Critonianus Epiſcopus Aphrodiſiadis, idem dicit; quoniam & ipſe & priores ejus; ſunt a Cpoli ordinati. Euſebius Epiſcopus Dorylæi, ſponte ſubſcribit, ſubdens: *Quoniam & hunc Canonem, Romæ Sanctiſſimo Papæ legi, coram Cpolitanis Clericis; eumque ſuſcepit*. Silentium Papæ, pro aſſenſu ſumpſit Euſebius. Poſt Antiochum Epiſcopum Sinopis, qui eſt ſuum ſecutus Metropolitam; *Cæteri Epiſcopi clamaverunt; ſponte ſubſcripſimus*. Repugnat ſolum Euſebius, Ancyræ Epiſcopus in Galatia; qui tamen fateri coactus eſt; *ſe a beato Proclo, Cpoli ordinatum*.

8. Poſthæc, qui ab Impp. adjecti fuerant *Judices dixerunt: Archiepiſcopum novæ Romæ, dignum eſſe Primatu poſt Romanum;* ET POTESTATEM HABERE, ORDINANDI METROPOLITAS, IN ASIANA, ET PONTICA, ET THRACICA DIOECESIBUS. *Hæc a nobis inſpecta ſunt. Quæ autem ſibi videantur; Sanctum & univerſale Concilium docere dignetur. Reverendiſſimi Epiſcopi clamaverunt: Hæc juſta ſententia: hæc omnes dicimus: hæc omnibus placent: hoc juſtum decretum. Quæ conſtituta ſunt, valeant. Hæc juſta ſententia: omnia ordinatè decreta ſunt. Supplicamus, dimittite nos. Per ſalutem Imperatorum, dimittite nos*. (ſatis hæc indicant coactionem, & cauſam, qua ibi detenti fuerant). *Omnes in hac ſententia permanemus: omnes eadem dicimus. Glorioſiſſimi Judices dixerunt: Quæ interlocuti ſumus, omnia Synodus approbavit*. Atque his, qui 29. loco præſcripſerat *Romanus*; ſeptimo hic loco ſubſcribit: Ῥωμανὸς ἐπίσκοπος τῆς μητροπόλεως Μύρων, ὁρίσας ὑπέγραψα: *Romanus Epiſcopus Metropolis Myrorum, definiens ſubſcripſi*. Tum inter alios, Patricius Epiſcopus *Acaraſſi*, Zenodotus Epiſcopus *Telmiſſæ* civitatis, & longæ inſulæ (καὶ μακρᾶς τῆς νήσου) Theodorus Epiſcopus *Antiphellenſis* civitatis, *Philippus* Epiſcopus civitatis *Balburæorum* Provinciæ Lyciæ, Andreas Epiſcopus civitatis *Tloæorum*, Provinciæ Lyciæ: Romanus Epiſcopus civitatis *Bubonœorum* Prov. Lyciæ: Cyrinus Epiſcopus civitatis *Pataræorum*, Theodoretus Epiſcopus *Alabandorum*: Eudoxius Epiſcopus civitatis *Chomatis* Lyciæ, Stephanus Epiſcopus *Limyrorum* Lyciæ. Fronton Epiſcopus *Phaſelitarum*, definientes idem ſubſcribunt. Undecim ſuffraganei. Et hic finis, XVI. & ultimæ Actionis. Sed non finis in Romano Pontifice, Legatiſque ejus, reſiſtentiæ: qua ſcripſit Leo, Marciano & Pulcheriæ Auguſtis, & Anatolio ipſi. Sed fruſtra ſemper: nam Cpoli, ſervatum eſt ſemper ſolitum, tanquam a duobus Conciliis generalibus, ſecundo, & quarto iſto Chalcedonenſi, conſtitutum & confirmatum. Ita ut tandem, in hujus ſeculi quinti finem; talis recriminatio jam friguerit in Romanis. Sed hoc frigus, ob novas turbas, Patriarcharum, Timothei Æluri Alexandriæ, Petri Fullonis Antiochiæ, hæretici utriuſque.

9. Abſoluta Synodo, intra dies viginti quatuor; ipſo Novembri menſe anni 451., ad propria Epiſcopi redierunt; ſicut petierant & ſuppliciter iterarunt. Cum his, Myra Romanus, ejuſque ſuffraganei, ad Sedes proprias ſunt reverſi. Senione an morbo ex itinere, & extra patriam contracto, & ex laboribus diutius exanthlatis: & quot, annis, Romanus ſupervixerit, eſt incertum. Certum tantum, ipſum non exceſſiſſe annum 456., poſt annos circiter viginti ſui Præſulatus, ab anno 435. ad dictum 456.

XXVI. PETRUS. 7.

1. *Petrus* autem poſt *Romanum*, a Myrenſibus electus, & a Provincialibus Epiſcopis confirmatus; Cpoli ab Anatolio Patriarcha meruit conſecrari. Hujus vitam ex his eruimus. Auguſto vix mortuo Marciano, Conſtantino & Ruſo Coſſ., hoc eſt anno 457., mox ei ſuccedit Leo primus: cui S. Leo Papa (gratulatorias de more ante ei ſcripſerat) Kalendis Decembris reſcripſit, iiſdem Conſtantino & Ruſo Coſſ. Qui *modo divinitus condonatus* (dicunt ei Ægyptii, & Alexandrini Zelotæ) *&* NUPER, *electus a Deo; & purpura exornatus; ea quæ* NUPER *a ſanctæ & beatæ memoriæ Marciano Principe. ſunt ſancita, conſona decernens; ſtabilitatem Reip. nactus eſt*. Incipit Tragœdia luctuoſiſſima in Proterium, qui poſt dejectum Dioſcorum, electus Archiepiſcopus Alexandrinus. Timotheus enim Ælurus, cum quinque ſolis Epiſcopis, & paucis Monachis Eutychianis, Chalcedonenſe Concilium anathematizans, ſe a duobus, e ſuis ſecum damnatis Epiſcopis, Proterium crudeliſſime occidit, *& repente ſe inthronizavit*: & inter alia in Diptycis, Proterii eraſo nomine, Dioſcori nomen repoſuit, ſuumque inſcripſit.

2. Ob hæc, & innumera mala alia, ex Ægypto quatuordecim juniores Epiſcopi (quorum nomina, & Sedes in calce precum) ad Leonem confugiunt Imperatorem, exorantque, ut furentibus, trucidan-

A D M O N I T I O.

In quinta Romana Synodo, anni 503. innumeri Patres Orientales, reperiuntur immixti: inter quos Romanus noſter Myrenſis eſt; & multi ex ejus ſuffraganeis; qui Pſeudoſynodo Epheſino, & Chalcedonenſi huic Synodo ſubſcripſerunt. Lectorem ergo de hac confuſione monere oportet: & quod præter Romanæ Synodi Epiſcopos, primæ, ſecundæ, tertiæ, & quartæ; in hac quinta, ii ſoli ſcribendi ſunt. Noſtri enim; ad medium pertinent quinti ſeculi: ut hactenus eſt oſtenſum.

Digitized by Google

cidantibus, manioſis occurrat, ſuoque zelo provideat. Ipſis reſpondit Leo, ſub data die, ſuperius allegata, *Kalendis Decembris*, & Coſſ. ſuprapoſitis: & bimeſtre ſaltem recurrat ſpatium, pro itu & reditu, oportet credi, ut Imperatori Leoni ea reſponſio aſſerretur. Reſpondit brevius Anatolius: reſponderunt & alii; & ſunt in Actis. Poſt Epiſcopos autem & Synodum Pamphyliæ, ad Leonem Imperatorem; habemus etiam epiſtolam Myrenſis Synodi; quæ Epigraphen iſtam habet: *Chriſti amantiſſimo, Victori atque Triumphatori, & a Sancta Trinitate ſervato Imperatori Leoni, SYNODUS, QUÆ PER SANCTIONEM VESTRÆ MAJESTATIS, IN MYRENA VESTRÆ LYCIÆ PROVINCIA CONGREGATA EST. Literas tranquillitatis veſtræ ſuſcepimus, &c. Suggerimus igitur, quia de ſingulis, quæ in Sacris veſtris literis continentur, lectio apud nos cum laudibus celebrata eſt atque lætitia. Sed precum cognitio, eiſdem literis ſubditarum; noſtra gaudia violavit, Chriſto amabilis, & triumphabilis Imperator. Tremor enim, & terror, &c.* ob ea, quæ Timotheus, ejuſque gregales geſſerant; *ſingulorum corda commovit, &c. mercenarius & non paſtor, probatus eſt Timotheus: adulter Timotheus: Homicida Timotheus: Sacerdotio indignus Timotheus: incredulo pejor Timotheus: Negat enim Sanctum Chalcedonenſe Concilium, quod nullo modo a Niceno diſcordat, neque ab iis, quæ Cpoli, aut Epheſi, ſunt collecta. His ergo literis, Chriſto amabilis Imp., MOX ad veſtram tranquillitatem USI SUMUS; rogantes & ſupplicantes, ut non ſinatis inimicos Eccleſiæ, Sanctas Dei Eccleſias conturbare: & occaſionem habendæ Synodi, requirentibus, abſcindatis. Expellite de Concilio peſtilentiam; & virum ſanguinum, de medio auferte, &c.*

3. Hinc cum ſuo Metropolita, ſubſcribunt, viginti & unus Epiſcopi ſuffraganei; iſto pacto:

Petrus miſericordia Dei Epiſcopus Myrenæ metropolis Sanctæ Dei Eccleſiæ, ſubſcribens retuli. Incolumem in Chriſto, longo tempore Majeſtatem veſtræ pietatis oro.

Eudoxius Epiſcopus Chomatenus, ſimiliter. Cyrinus Epiſcopus Patareus, ſimiliter. Stephanus Epiſcopus Limyrenus, ſimiliter. Eudoxius Epiſcopus Acalaudenus, ſimiliter. Leontius Epiſcopus Araxenus, ſimiliter. Andreas Epiſcopus Tloeorum, ſimiliter. Nicolaus Epiſcopus Acraſſenus, ſimiliter. Athanaſius Epiſcopus Xautheuſis, ſimiliter. Hypatius Epiſcopus Sidymenſis, ſimiliter. Pannychius Epiſcopus Aſcalandenſis, ſimiliter, Anatolius Epiſcopus Olympienſis, ſimiliter. Cyrinus Epiſcopus Oenoandenus, ſimiliter. Nicolaus Epiſcopus Cannenus, ſimiliter. Aquilius Epiſcopus Briullenus, ſimiliter. Nicolaus Epiſcopus (ſucceſſor Philippi) Balburenus, ſimiliter. Ariſtodemus Epiſcopus Phaſelitanus, ſimiliter. Euſtathius presbyter ſubſcripſi, pro Theodoro Epiſcopo Antiphellenſi, & manibus dolente. Carpophorus presbyter ſubſcripſi, in loco Palladii Epiſcopi Corydalleni, ſimiliter. Gelaſius presbyter ſubſcripſi in loco Romani Epiſcopi Bubonenſis civitatis, ſimiliter. Nicolaus Archidiaconus ſubſcripſi, in loco Heliodori Epiſcopi Nareuſis, (Pinarenſis) ſimiliter. Timoſius presbyter ſubſcripſi, in loco Leontii Epiſcopi Calindeni, ſimiliter.

4. Finis hujus Tragœdiæ, eſt Timotheus, qui Synodalibus ſententiis, & Auguſti Conſtitutionibus, in exſilium pulſus eſt: & alter item Timotheus, ſed Catholicus, Alexandrinus pro eo Archiepiſcopus eſt creatus: & ſic pax eſt reddita toti Ægypto. Sub Zenone equidem, iterum ille nefandus rediit; ſed iterum eſt ejectus; qui tamen ante exſilium, *hauſto veneno*, voluit obiiſſe: ut in Breviario cap. 16. tradidit Liberatus. Atque hæc ſunt, quæ de Petro, Myrenſi noſtro Archiepiſcopo nacti ſumus. Proinde coacti hiſce contenti eſſe; Myrenſem hanc Synodum (obiter innuimus) citius illa S. Leonis epiſtola (quia triplo minor erat diſtantia) eſſe habitam, eodem anno 457., fortaſſe Novembri menſe. Quouſque tandem ſederit noſter Petrus; non divinamur; penuria monumentorum, illorum temporum. Cum autem ejus initia habeamus; Romano ſcilicet ſucceſſiſſe, anno 455. vel 456. plus minus vixiſſe potuit, uſque ad annum 480., poſt Sedem annorum circiter 25. Hinc tranſeamus ad ſucceſſorem; qui fuit equidem.

XXVII. NICOLAUS. I. 8.

1. *Nicolaus* porrò ſucceſſit Petro. Hic autem ex ſolis Nicolai noſtri Actis, dignoſci potuit: & ab Acacio, per illa tempora Patriarcha oportuit ordinari. Deſtituimur autem Concilio Cpolitano I. in cauſa Petri Fullonis, Epiſcopi Antiocheni, ab Acacio celebrato, anno 483., in quo Nicolaum ſediſſe (aut adhuc ſedentem Petrum) cerneremus. Sane verò Cpolitanus idem Acacius, ut hæreticus & fautor hæreſis in ſecunda Romana Synodo, ſub Felice damnatus eſt. Noſtrorum Actorum beneficium eſt Nicolaus. In iis enim, capp. 2. & 3. ita legitur: Καὶ γενομένου τοῦ παιδὸς ἐτῶν ἑπτά, ἐβουλεύσαντο, τῇ τοῦ Θεοῦ βουλήσει, παραδοῦναι αὐτὸν εἰς μάθησιν τῶν γραμμάτων. Προκοπτομένου δὲ αὐτοῦ πρὸς τὴν τῶν γραμμάτων μάθησιν, ἰδὼν ὁ ὁσιώτατος Νικόλαος τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν σπουδὴν τοῦ παιδίου, ἣν εἶχεν πρὸς τὸν πάντων κτίστην Θεόν· παρακλήσεις ἐσήμανεν τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ ἀρχιεπισκόπῳ Νικολάῳ σφραγίσαι ἐν Φαρρώαις εὐκτήριον οἶκον. Παρακληθεὶς οὖν ὁ προλεχθεὶς ὁσιώτατος Ἀρχιεπίσκοπος Νικόλαος, ἐπέδωκεν τοῦ σφραγισθῆναι, ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ εὐκτήριον, ὃ ἐὰν βούληται ἐπονομάζεσθαι ὁ ὁσιώτατος ἀρχιμανδρίτης Νικόλαος. Ὃς ἐπικαλεῖ τῷ τόπῳ, ἐπονομάζεσθαι τὸ κτίσμα, τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου Σιών· ἐπαρξάμενος τῆς τῶν κόγχων περιχαρεῖ γῇ. Ἅμα γὰρ τῷ αὐξάνεσθαι τὸ παιδίον Νικόλαον, διὰ τοῦ Πνεύματος, καὶ ὁ ναὸς ἐτελειοῦτο· συνέζευξεν αὐτῷ ὁ ὁσιώτατος αὐτοῦ θεῖος καὶ ἀρχιμανδρίτης Νικόλαος, τὸν πρεσβύτερον Κόνωνα (τὸν ἐπιστάτην τοῦ κτίσματος τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σιών) καὶ ἀπήγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν μακάριον καὶ ὁσιώτατον Ἀρχιεπίσκοπον Νικόλαον, ἐπὶ τῷ χειροτονῆσαι τὸ παιδίον ἀναγνώστην. Ἰδὼν δὲ ὁσιώτατος Ἀρχιεπίσκοπος, ἐπέρχεται ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου, καὶ ἐνδόξου Νικολάου ....

2. *Et cum puer eſſet annorum ſeptem, decreverunt Dei voluntate, eum tradere literis addiſcendis. Cum autem ipſe proficeret, in literarum cognitione; videns venerabilis Nicolaus, virtutes, & amorem, quem erga Deum omnium Creatorem, habebat puer; Sanctiſſimo & beatiſſimo Archiepiſcopo Nicolao, precando ſignificavit; ut in Pharrois domum Oratoriam conſecraret: rogatuſque prædictus ſanctiſſimus Archiepiſcopus, indulſit ei, ut in loco illo Oratorium conſecraretur; eoque nomine inſigniretur, quo ſanctiſſimus vellet, Archimandri-*

ta Nicolaus. Qui profectus ad locum ipſum; ædificium, nomine ſanctæ, & glorioſæ Sionis appellavit: circumſcripta ejus peripheria, a lætiſſima Conbarum terra: ſicut ei, in fundatione glorioſæ & ſanctæ Sion, ſanctus Spiritus indicavit. Cap. 3. *Simul ac autem puer Nicolaus creſcebat ſpiritu; & Eccleſia perficiebatur; addixit ei, venerandiſſimus ejus avunculus, & Archimandrita Nicolaus, Cononem presbyterum (præfectum ſubſtructioni Eccleſiæ ſanctæ Sion) qui adduxit eum, ad beatum & reverendiſſimum Archiepiſcopum Nicolaum; ut lectorem puerum ordinaret. Videns itaque ſanctiſſimus Archiepiſcopus* deſiderium illius; *abiit in martyrium ſancti & glorioſi Nicolai*, & lectorem puerum ordinavit.

3. Quater hic igitur, & non amplius, nec alibi, memoratur Myrorum Archiepiſcopus Nicolaus: quem ex ætate S. Nicolai in Actis noſtris, ſucceſſiſſe Petro deductum eſt. S. Nicolaus anno 480. ortus; ab eo Archiepiſcopo, dum agebat ſaltem decennium, Lector Myris eſt ordinatus: anno dictum eſt 490. Antea quoque ergo, ſedebat hic Nicolaus; nam dum Sanctus Nicolaus erat annorum ſeptem, is conceſſit ejus avunculo, ut conderet Eccleſiam ſanctæ Sion. Ergo anno 487., ipſe Myrorum erat Archiepiſcopus. S. Nicolaus poſtea, presbyter anno 510. (trigeſimo nempe anno) ab illius ſucceſſore ordinatus fuit, & non ab eo. Ergo Nicolaus noſter Metropolita, deceſſerit, poſt 27. circiter annos ſui Præſulatus, anno 507. vel 508. Pro quo, mihi aliquando, hæc ſubiit cogitatio; num is idem fuerit Nicolaus, qui ſupra, anno 457. Myrenſi Synodo, Imperatori miſſæ Leoni, ut Archidiaconus ſubſcribit, pro Heliodoro Epiſcopo Pinarenſi? Verum quia Archidiaconus egiſſet (ob hanc dignitatem) ſaltem annos 40. ab ejus nativitate (nempe ab anno 417., aut 418., ad annum 507. vel 508.) & capularem ſenem haberemus, annorum 90., anno 507.: ſuſpicioni huic, non conjecturæ ut parum bene fundatæ, & nimis inveriſimili, haud placuit facere locum aliquem. Etſi namque noſtris temporibus, adhuc vivant, Eminentiſſimi duo, Rufus Decanus, annorum 88., & Alberonius annorum 87., & eadem ætate modo obierit (menſe Januario 1751) Luſitanus Ducumnius Cardinalis; nullatenus tamen longævos alios, non eſt datum facile ſuſpicari; ſed, cum res ita tulerit, revera probari debent. Non enim, quæ raro accidunt, ſed quæ frequentius, trahi in exemplum poſſunt. His ergo miſſis; noſtrum catalogum proſequamur.

XXXIII. THEODORUS I. 9.

1. Theodorus Nicolao immediate ſucceſſit. De quo, æque mirandum eſt, quod in his Nicolai Actis, nullum habetur verbum. Nec id ſupplent Acta Conciliorum, quæ ſunt habita per id tempus. Anno enim 518., die 20 menſis Julii, Indict. XI. Magno ſolo Coſ., ſub Johanne Patriarcha, Cpoli Synodus eſt collecta, quadraginta Epiſcoporum, qui ibidem reperiebantur; in qua Patres, decreta edita, cum ſua Synodica, ad Johannem Patriarcham abſentem direxerunt. Ipſe enim eam collegit, ſed illi non interfuit. In qua Synodica, (contra hæreticum Acephalum, Severum Antiochenum) ſubſcriptus non legitur Theodorus; ſed pro eo hi 4. ex ejus *Provincia Lyciorum*: *Marcianus Epiſcopus S. Eccleſiæ civitatis Marcianæ, Photius Epiſcopus Eudociadis, Johannes Epiſcopus Olympi*, qui ſubſcribunt. Idem factum credimus, anno 520. menſe Aprili, Indict. XIII., quo ipſum etiam abfuiſſe, reor, a Cpolitana Synodo, quæ ſub Patriarcha Epiphanio (Johannis ſucceſſore, poſt initia Aprilis) Papæ Hormiſdæ juſſu; habita eſt, a multis Metropolitis, & Epiſcopis: inter quos interfuiſſe oportuerat Theodorus. Verum acta illa interciderunt: ac proinde ignoratur, num illi interfuerit Theodorus; quique illi ſubſcripſerint ſuffraganei. Supraſcripti ſunt enim Synodi, ſub Johanne anno 518., in qua etiam Latinus textus a Græco, diſcrepat aliquantulum. Latinus enim ſic legit: *Palmatius* (ſeu Palmantius) *Epiſc. Oenandæ* (Oenandæ) *civitatis Provinciæ Lyciæ: Johannes miſericordia Dei Epiſcopus Olympinæ civitatis, Provinciæ Lyciæ: Martianus minimus Epiſcopus Martianæ civitatis, Provinciæ Lyciæ.* In Græcis deeſt *Palmatius*, & abundat *Nicolaus Epiſcopus Rhodiapolis*. Μαρκιανὸς ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Μαρκιανουπόλιν ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας, ὑπέγραψα. Φώτιος ἐπίσκοπος, Εὐδοκιάδος τῆς Λυκίων ἐπαρχίας, ὑπέγρ. Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ὀλύμπου τῆς Λυκίων ἐπαρχίας ὑπέγρ. Νικόλαος ἐπίσκοπος τῆς Ῥοδιαπολιτῶν ἁγίας, τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, τῆς Λυκίων ἐπαρχίας, ὑπέγραψα. Manuſcriptorum varietas, cauſa hujus effectus.

a. Legitur tamen, iterum ab Actione prima, Concilii Cpolitani Epiſcoporum quinquaginta, ſub Patriarcha Menna, habita anno 536., ſexto nonas Maji, Indict. XIV., ſed; Latine tantum *Theodorus Myrorum*. Actione 2. *Theodorus Myrenus*, latine tantum præſcribit. Ita & Actioni 3. & 4. præſcribit. Actioni 5. præſcribit. *Theodorus Myrorum*; & ſubſcribit item latine: *Theodorus Epiſcopus civitatis Myrorum, diffiniens ſubſcripſi*. Et paulo poſt eum: *Menas Epiſcopus Eudociadis* (male Eudoxatæ) *diffiniens ſubſcr.* Et poſt multos: *Licinius Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ in Patara*, diffiniens ſubſcripſi. In Labbeana verò, & in ultima per Harduinum editione, hi omnes cum Theodoro, & Lyciis aliis etiam græce habentur. Hinc plures ejuſdem ſuffraganei: Μάρκελλος ἐπίσκοπος τῆς Ἀκίων ὁρίσας ὑπέγραψα. *Marcellus, Epiſcopus Anæorum, definivi & ſubſcripſi*. Πέτρος ἐπίσκοπος τῆς Ἀλαβλασίων ὁρίσας ὑπέγραψα. *Petrus Epiſcopus Alablaſiopolitanus, defin. & ſubſcripſi*. Margo habet: *Alablaſenſis*. Ego dico Ἀλαβανδέων: *Alabandenus Alabandenſis*: quæ Lyciæ eſt Eccleſia. Λικίνιος ἐπίσκοπος Παταρέων, ὁρίσας ὑπέγραψα. *Licinus; Epiſcopus Patarenſis, definivi & ſubſcripſi*: Margo habet, *Lucianus*; ſed græce Λικίνιος: quem ego corrigo, Λικίνιον, *Licinium*, ex aliis ejus ſubſcriptionibus ſuprapoſitis. Παῦλος ἐπίσκοπος τῆς Οἰνοανδέων πόλεως, ὁρίσας ὑπέγραψα. *Paulus Epiſcopus Oenoandenſis definivi & ſubſcripſi*, ſucceſſerit hic *Palmatio anni* 518. Τρύφων χάριτι Θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Κολβασίων, πόλεως ὁρίσας ὑπέγρ. *Tryphon Dei gratia Epiſcopus Colbaſiopolis. defin. &c.* Margo ſilet: ego corrigo Κομβαίων, πόλεως, *Combenſis civitatis*. Εὐστάθιος ἐπίσκοπος τῆς Τλοίων πόλεως, ὁρίσας ὑπέγραψα. *Euſtathius Epiſcopus Neapolitanus, definivi & ſubſcripſi*. Margo corrigit: *Tolenſis*. Ego cum Græcis, recte lego: *Tloenſis civitatis*. Labbeus ſub hoc margine monet; in multis mss. plures ſubſcriptos legi: inter quos ſit *Johannes Epiſcopus Podaliæ*: quæ Lyciæ eſt Eccleſia.

3. Actio-

Digitized by Google

3. Actione quinta, eſt & præſcriptio, & ſubſcriptio: Θεοδώρου Μύρων. *Theodori Myrorum*. Et inter ſubſcriptos alios in fine: Μαρκιανὸς ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Μαρκιανὴν τὴν πόλιν, ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ὑπέγραψα. *Marcianus Epiſcopus ſanctiſſimæ Eccleſiæ Marcianæ ſubſcripſi*. Margo fruſtra: *Maranæ*. Marcianus iſte, ſubſcripſit etiam Cpolitano anni 518., ſi recordemur, ex quo cernitur, pluſquam 28. annos, tum anno 536. adhuc ſediſſe. Itemque Φώτιος ἐπίσκοπος Εὐδοκιάδος, τῆς Λυκίας ἐπαρχίας ὑπέγραψα. *Photius Epiſcopus Eudociadis Prov. Lyciæ ſubſcripſi*. Itidemque ſediſſe, Johannem Olympi, & Nicolaum, qui hic ita ſubſcribunt: Ἰωάννης ἐπίσκοπος Ὀλύμπου, τῆς Λυκίων ἐπαρχίας ὑπέγρ. Νικόλαος ἐπίσκοπος τῆς Ῥοδιαπολιτῶν ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, τῆς Λυκίων ἐπαρχίας, ὑπέγραψα. *Johannes Epiſcopus Olympi, Provinciæ Lyciorum, ſubſcripſi. Nicolaus Epiſcopus ſanctæ Dei Eccleſiæ, Rhodiapolitanorum, Provinciæ Lyciorum, ſubſcripſi*. Atque hæc hactenus de Theodoro, & pro Theodoro noſtro, ejuſque ſuffraganeis, dicta ſunto. Qui quamdiu, poſt hoc Concilium anni 536. advixerit, ſi quis quærat; dicam, cum poſt quam rediit Myra; vix annum trigeſimum ſuæ Sedis attigiſſe; & anno 538. defunctum eſſe. In bubonis namque peſte, anno 541. (juxta Pagium) jamdiu ſucceſſor ejus ſedet Philippus: ut conſtat ex Actis noſtri Sancti Nicolai, mox afferendis, cap. 23.

XXIX. PHILIPPUS. 10.

1. *Philippus* ita, anno Domini 539: ſucceſſerit Theodoro: Bubonis namque, anno 541. graſſante lue; Myris præcipue (Act. cap. 22.) *agricolæ ſe ab ea abſtinuere; & ſuperſtites in Urbe cives, unde viverent, non habebant. Neque frumentum enim, vel farina, vel vinum, neque ligna, vel quid aliud, quod eſt ad ſubſtentationem vitæ neceſſarium ab agricolis in Urbem afferebatur; & præ caritate; erat anguſtia, & tribulatio magna valde*: Cap. 23., Εἰσῆλθεν δὲ φήμη ἐν Μύροις τῇ μητροπόλει, καὶ ἔλεγον. ὅτι ὁ Ἀββᾶς τῆς ἁγίας Σιὼν, οὐκ ἐᾷ τινὰ τῶν γεωργῶν κατέρχεσθαι ἐν τῇ πόλει. Ἀκούσας ταῦτα ὁ τότε ὁσιώτατος ἀρχιεπίσκοπος Φίλιππος, ἐδήλωσεν τῷ τότε ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας, καὶ τοῖς πρωτεύουσι. ὅτι ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Νικόλαος ταῦτα ἐποίησε. Ὀργισθέντες δὲ ἀπέστειλαν δύο κληρικοὺς εἰς τὸ μοναστήριον τῆς ἁγίας Σιὼν, πρὸς τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ Νικόλαον, παραγγείλαντες, μετὰ σπουδῆς δεδεμένον ἀγαγεῖν τὸν δοῦλον τοῦ θεοῦ. * Γνωστὸν οὖν ἐγένετο ἐν τῇ Τραγαλασσῶν κώμῃ, ὅτι ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ ἐσυκοφαντήθη ἐν τῇ πόλει· καὶ ὅτι ἀνῆλθόν τινες τῆς πόλεως κληρικοὶ, ἀπὸ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Φιλίππου, καὶ ἄρχοντος, ὥστε δεδεμένον αὐτὸν καταγαγεῖν ἀπὸ μοναστηρίου. Συνήχθησαν οὖν πάντες, λέγοντες τῷ δούλῳ τοῦ θεοῦ Νικολάῳ, ὅτι μὴ δόξῃ σοι, κατελθεῖν, ὅτι μεγάλη ὀργὴ ἐπίκειται διά σε εἰς τὴν πόλιν.

2. *In Myris autem metropoli, egreſſa eſt fama, ac dicebant: Quoniam Abbas ſanctæ Sion, non ſinit quemquam in Urbem deſcendere agricolarum. Ubi hæc autem audivit ſanctiſſimus Archiepiſcopus tunc Philippus; Præſidi Provinciæ & Primoribus ea ſignificavit, quoniam ſervus Dei Nicolaus, iſta fecit. Irati itaque illi, duos clericos in Monaſterium ſanctæ Sion miſerunt, ad ſervum Dei Nicolaum, eis præcipientes, ut cum feſtinatione, vinctum ad ſe adducerent*. * *Notum itaque in Tragalaſſorum oppido factum eſt, quoniam Dei ſervus, in urbe calumniis eſt impetitus: & quoniam quidam Urbis clerici, ab Archiepiſcopo Philippo, & a Præſide aſcenderunt, ut a monaſterio, abducerent eum vinctum. Omnes ſunt igitur congregati, ſervo Dei Nicolao dicentes: Ne tibi ſolus deſcendere videatur (quoniam in te magna ira fervet) in civitatem*.

3. Quoniam vero idem Philippus, paulo poſt, Nicolaum noſtrum, ejus pleniſſime cognita innocentia; ex eodem capite innocentiæ, ipſum Epiſcopum ordinavit, (quod in ſomnis per viſionem, Sancto præoſtenderat quoque Deus) e re ſit, Actorum afferre verba, quæ nono & vigeſimo capite recitantur. Μετὰ δὲ μῆνας τρεῖς ἐδήλωσεν αὐτῷ Φίλιππος, ὁ ὁσιώτατος Ἀρχιεπίσκοπος, τῆς Μυρέων μητροπόλεως, ἐπὶ τῷ κατελθεῖν αὐτὸν ἐν τῇ ἐπισκοπῇ. Ἦν δὲ σάββατον τῶν ἡμερῶν· καὶ ἐν τῇ ἐπιούσῃ ἁγίᾳ Κυριακῇ, ἐφανέρωσεν αὐτῷ ὁ ὁσιώτατος Ἀρχιεπίσκοπος, ἐπὶ τῷ χειροτονῆσαι αὐτὸν ἐπίσκοπον. Τῇ οὖν εἰσόδῳ τῆς συνάξεως, τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας Εἰρήνης, παρέσχεν αὐτῷ τὸ σχῆμα τῆς Ἱερωσύνης· καὶ ἐκήρυξεν αὐτὸν ἐπίσκοπον τῆς Πιναρέων πόλεως· καὶ ἐξέπεμψεν αὐτὸν εἰς τὴν προλεχθεῖσαν πόλιν. Καὶ πάντες ἐθαύμασαν τὰ περὶ τοῦ ὁσίου ἀνδρὸς Νικολάου, πῶς ἐδόξασεν αὐτὸν ὁ θεός. Μετὰ δὲ τὸν ἐνθρονισμὸν αὐτοῦ, ὡς μετὰ χρόνους τρεῖς, φαίνεται αὐτῷ ἡ ἔνδοξος, καὶ ἀειπάρθενος καὶ μήτηρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· κ. τ. λ. *Poſt tres autem menſes; Philippus ſanctiſſimus Myrorum Archiepiſcopus, ei ſignificavit, ut deſcenderet in Metropolim. Erat autem dies Sabbati; & ſequenti die ſancta Dominica, ſanctiſſimus Archiepiſcopus ipſi aperuit, de eo Epiſcopo ordinando. Ergo in introitu ad Synaxim, in ſancta Catholica & Apoſtolica Dei Eccleſia ſanctæ Irenis; ei ſchema tradidit Sacerdotii; eumque renunciavit, civitatis Epiſcopum Pinarorum: atque in prædictam civitatem eum miſit. Tunc autem omnes, de his mirati ſunt; quæ circa ſanctum virum Nicolaum facta ſunt: & quomodo eum Deus glorificavit. Poſt tres autem fere annos; ex quo ipſe eſt inthronizatus; glorioſa, ſemperque Virgo, & Mater Domini noſtri Jeſu Chriſti, &c.*

4. Porro, idem ſedebat Archiepiſcopus Philippus, anno 550. Paſchali tempore; ut ex inferius afferendis, conſtat; cum beatus Nicolaus poſt Quadrageſimale jejunium erat Myris: ut hæc eadem habent Acta cap. 30. *Cum enim ſervus Dei, tunc in Metropoli eſſet Myris; vir & uxor, a viginti & octo annis, ſteriles; tres eum dies, in Monaſterio expectarunt. Quod vero ſervus Dei adhuc tardaret Myris; Myra deſcendere ſunt coacti, Deo credentes, eumque adorantes. Euntibus autem illis; vir Dei, ad Anabum eis occurrit, ſeque adoranti, ipſi omnia narraverunt. Qui orans, & ſignans eos*, marem ipſis promiſit filium. Reapſe, in inſequentis anni, 551. ſancti Paſchatis die feſto, venerant cum matre filio; eoſque Nicolaus benedicens, puerum baptizavit: *Quos benedictione magna glorificatos; ad propria, Edraſas remiſit. Dum ergo* (cap. 31.) *dies Pentecoſtis ejuſdem anni* (551.) *immineret*, ſedente eodem Philippo; *ad Synodum ſervus Dei Nicolaus, Myra in metropolim deſcendit. Et orans, & Sanctis, & venerabilibus fruens Patribus: & omnibus data pace, in ſuum ſanctum Monaſterium eſt reverſus; ibique infirmitate correptus eſt*. Ex qua tandem eodem anno 551. *SEXTA DECEMBRIS die, feria QUARTA, obiit in ſancta pace.*

5. Ut autem ad probanda Philippi initia; ſuppe-

tias

tias haſtenus venerunt Acta noſtri Sancti Nicolai; ita deinceps Acta venient, Quinti Concilii Generalis; ideſt Cpolitani Secundi, ſub ſucceſſore Mennæ, Eutychio Patriarcha. Cui fere ſemper, anno 553. Philippus noſter ſubſcribit. In Collatione prima habita 4. non. Majas; Indict. I. conſidentibus, *Eutychio*, &c. *Philippo religioſiſſimo Epiſcopo Myrorum*, * *Theodoro Reverendiſſimo Epiſcopo Limyrorum*; *Gennadio Rev. Epiſcopo Zenopolitano*: * *Philippo Rev. Epiſcopo Phelli*: * *Eraſmo Reverendiſſ. Epiſcopo Cibyræ*. Ita prorſus Collat. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Sed in fine octavæ, habitæ 4. non. Junii: ipſe & alii, ſic ſubſcribunt: *Philippus miſericordia Dei Epiſcopus Myrenſium metropoleos Lydiæ* (ſic, pro *Lyciæ*) *ſimiliter*. *Theodorus, miſericordia Dei Epiſcopus Limyrenſium civitatis, Lyciæ Provinciæ, ſimiliter*. *Philippus humilis Epiſcopus Phellitanorum civitatis, ſimiliter*. *Gennadius, miſericordia Dei Epiſcopus Zenopolitanarum civitatis, Pamphyliæ* (ſic pro *Lyciæ*) *Provinciæ, ſimiliter*. *Eraſmus, miſericordia Dei Epiſcopus Cibyrenæ civitatis, Prov. Lyciæ, ſimiliter*. Non attuli Textum Græcum, quod eo careat, tota hæc Synodus.

6. Poſt hæc tempora; penuria Monumentorum, caremus aliis Philippi; & ſequentium Myrenſium Epiſcoporum, uſque ad annum 670. circiter. Interrumpitur ſic Catalogus: in quo centum ferme annorum Archiepiſcopos deeſſe opinamur. Ita ut, cum Philippus noſter, ſediſſe potuerit, annos circiter triginta, ab anno 538., uſque ad annum 568., nos (poſt voraginem unius ſeculi, ab anno 670.) tunc putamus, Sedem incepiſſe Polyeucti; qui ſextæ ſubſcribit Synodo Oecumenicæ; habitæ anno 680. & 681. In quo temporum intervallo; quinque Anonymi, Myrenſes fuerint Archiepiſcopi: quibus penitus deſtituimur. Cpolitana enim caremus Synodo, anni 599. cujus apud S. Gregorium Papam I. (epiſt. 70. libri 7., Indict. 2.) memoria tantum eſt; qua contra Cyriacum Patriarcham, ut ſi in ea Synodo, nomen ille ſibi Oecumenici attribueret; reſiſterent illi omnes. Acta, proinde, & nomina perierunt Epiſcoporum, qui in ea interfuerunt, & ſubſcripſerunt.

7. Actis equidem Synodalibus, aliquatenus non caremus, Conciliabuli Cpolitani, anno 639., quo Sergius Cpolitanus Antiſtes, Heraclii Imperatoris Monotheletæ Ecthesin confirmavit: & Romanum Pontificem Severinum ſollicitavit, ut idem faceret. Hic verò impiam, & fraudolentam, Fidei expoſitionem; ſimul cum Synodalibus iis Actis; uſque ad ſanguinem, & vitæ internecionem impugnavit. Habentur enim ex iis, paucula Sergii quædam verba (qui, adjectis pœnis, prohibet; deinceps, aut de una, aut de duabus voluntatibus, diſputari) ubi & de alia Cpolitana Synodo Pyrrhi (is fuit ejus ſucceſſor,) qui ſuæ Synodo, & epiſtolæ; vult, ut poſt ſuum; Epiſcopi omnes, ſua ſubſcribant nomina. Et pauca habentur etiam, Concilii Cpolitani ſub Paulo Patriarcha, Pyrrhique ſucceſſore (e Secretario III., & IV. Martini Papæ in Romana Synodo, anni 648.) ſed, quod malum! ſine ſubſciptionibus Epiſcoporum; inter quos, aliquem Myrenſem Epiſcopum, vel ejus aliquos ſuffraganeos expiſcari poſſemus. Quamobrem poſt Philippum, deeſt

XXX. ANONYMUS. 11.
XXXI. ANONYMUS. 12.
XXXII. ANONYMUS. 13.
XXXIII. ANONYMUS. 14.
XXXIV. ANONYMUS. 15.

XXXV. POLYEUCTUS. 16.

1. *Polyeuctus* noſter, interfuit quidem, Tertiæ Cpolitanæ, Generali Synodo, Sextæ verò Oecumenicæ, habitæ a 7. Novemb. die, nonæ Indict. uſque ad 16. diem Septembris, decimæ Indictionis: anno ſcilicet 680. & 681., ſed ante decimam Actionem, habitam Martii octavo die; ſolus in novem præcedentibus Actionibus, perſonat *Eulalius Epiſcopus* e Lycia, *Zenopoleos*. In decima igitur (quia Vere appetente, tunc e Myris, venerat ad Concilium, ita ille præſcriptus legitur: Πολυεύκτου ἐπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίας. *Polyeucto Epiſcopo Myrorum Lyciæ*. Eædemque voces, præſcriptæ etiam Actionibus, XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. (ſed huic latine tantum) & XVIII. Sed præter Polyeuctum, & Eulalium ſupradictum. Actioni XVI. adſunt præſcriptiones, Ζημάρχου ἐπισκόπου Σιδύμων. Γεωργίου ἐπισκόπου Οἰνοάνδων: *Zemarchi Epiſcopi Sidymorum, Georgii Epiſcopi Oeniandorum*. Et Actioni XVIII. præſcriptio adeſt etiam: Σολομῶντος ἐπισκόπου Κλαρίων: *Salomonis Epiſcopi Clonæorum*. Qui omnes Lycii ſunt Epiſcopi: & comitati fortaſſe fuerant ad Synodum, ſuum, dum venit, Metropolitam. Solus enim Eulalius, a Novembri præmiſſus fuerat: ſenio, vel hyeme, vel adverſa valetudine, Myris, retinentibus Polyeuctum.

2. Poſt Synodum abſolutam, Polyeuctus, eiuſque ſuffraganei, ſic ſubſcribunt: Πολύευκτος ἐλέῳ θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μυρέων μητροπόλεως, τῆς Λυκίας ἐπαρχίας, ὁρίσας ὑπέγραψα: *Polyeuctus miſericordia Dei Epiſcopus Myrorum metropoleos, Provinciæ Lyciæ, definiens ſubſcripſi*. Poſt multos, ſequuntur Epiſcopi ſuffraganei, qui in ſubſcriptionibus luxatis, adjectis, vel antiquitus corruptis; me vade ſic legi debent: *Zemarchus miſericordia Dei Epiſcopus civitatis Sidymorum, Lyciæ Provinciæ, definiens ſubſcripſi*. *Georgius miſericordia Dei Epiſcopus civitatis Oenoandorum, Lyciæ Provinciæ defin. ſubſcr.* *Johannes miſericordia Dei, Epiſcopus civitatis Araxerum, Lyciæ Provinciæ, def. ſubſcripſi*. *Eulalius miſericordia Dei. Epiſcopus civitatis Zenopoleos Lyciæ Provinciæ def. ſubſcripſi*. Quo pacto quiſque vicino ſuo reſtituit male ablata; quæ oſcitantia, & imperitia miſcuerunt. Sed de his uberius infra, in ſuis Epiſcopatibus. Et poſt finalem Epiſcoporum ſubſcriptionem; ad Proſphoreticum Conſtantini. Imperatoris (Pogonati), ſubſcribunt iterum ſoli metropolitæ, inter quos eſt etiam: Πολύευκτος ἐλέῳ θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μυρέων μητροπόλεως τῆς Λυκίων ἐπαρχίας, ὁμοίως ὑπέγραψα. *Polyeuctus miſericordia Dei, Epiſcopus Myrorum metropoleos, Provinciæ Lyciæ, ſimiliter ſubſcripſi*. Poſt metropolitas; tredecim alii Epiſcopi ſubſcribunt: Sub Synodica autem epiſtola, quam Agathoni Papæ ſcribit Concilium; ita ſubſcripſit & Polyeuctus: Πολύευκτος ἐλέῳ θεοῦ ἐπίσκοπος τῆς Μυρέων μητροπόλεως τῆς Λυκίων ἐπαρχίας, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, καὶ τῆς ὑπ' ἐμὲ Συνόδου, ὁμοίως ὑποσημειωσάμην. *Polyeuctus miſericordia Dei, Epiſcopus Myreæ metropoleos, Lyciæ Regionis, pro me, & pro Synodo, quæ ſub* me

Digitized by Google

me eſt, ſimiliter ſubſignavi. Cpoli autem, antequam hæ literæ mitterentur; innotuerat, Agathonem Romæ obiiſſe; eique ſucceſſorem Leonem datum: quamobrem Conſtantinus Imp. Leoni ſcribit, *die* 14. *Decembris*, *undecimæ Indictionis* (error enim eſt, *decimæ*). A Septembri enim anni 681., Indictio undecima excurrebat. Conſtantinus autem Imp. ſequenti anno 682. obiit ſuum diem, ſuccedente ei filio Juſtiniano 2., qui anno ſuo ſecundo, *Decimotertio Kalendas Martias*, *Indict.* 15. dat Epiſtolam ſucceſſori Leonis *Johanni Papæ*.

3. Poſthæc, nulla amplius memoria Polyeucti, & quamdiu advixerit, eſt incompertum. Qui tamen, ſi admittatur, ſediſſe jam tum ab anno 668. aut circiter; illum a vero non ducimus aberrare; qui ipſum ad annum circiter 692. teneat advixiſſe. Etſi namque in Cpolitano Concilio Quiniſexto, ſeu Trullano, habito, anno 692. ſub Juſtiniano 2. & Callinico Patriarcha; ſubſcriptus non legitur *Polyeuctus*; hoc tamen, vel illius laudi dandum eſt, quod inter Monotheletas, plerumque, Epiſcopos non aſſederit: vel, quod eſt veriſimilius, quia erat detentus domi ex ſenio, & morbis; & cum morte colluctabatur. Aliàs enim ſucceſſor ejus, cum aliis interfuiſſet, & ſubſcripſiſſet. Conſtat autem, ex parte hoc Concilium reprobatum; nec a Sergio Papa confirmatum, ut Monotheletæ, etiam vi adhibita, expetebant. Habitum illud eſt; *poſt* 15. *præteriti menſis Januarii*, *præteritæ quartæ Indictionis* (Canone tertio dicitur). Ergo in *quinta Indictione*, *a Septembri*, habitum *fuit*, *anni* 692. ſine tamen ſuo Metropolita: & huic Synodo, Epiſcopi ſeptem Lycii, ſubſcripſerunt; *Zemarchus* Sidymorum; *Georgius* Oeniandæ: *Theodorus* Araxorum: *Johannes* Tlattæ: *Zenas* Pinarorum: *Georgius* Xanthi: & *Conſtantinus* Epiſcopus *Eudociadis*: qui inter Pamphylios male ſubſcribit.

4. Poſt Polyeuctum, monumentorum inopia; quem ei ſucceſſorem demus, non habemus. Caremus enim Pſeudoſynodo Cpolitana, anni 712. ſub Conſtantino PP., & Philippico Imperatore; a Cpolitano Epiſcopo Johanno, Monotheletarum Anteſignano indicta: qua innumeri Orientalium Epiſcoporum, congregati, Oecumenicam ſextam Synodum damnaverunt. Acta namque hujus Conciliabuli, errorum pleniſſimi; cum impio Imperatore, & Epiſcopis, perpetuo anathemate ſunt ſepulta. Poſt Philippicum, ſub Abſimaro Imp. Synodus Cpoli habita eſt a Patriarcha Sancto Germano, *centum Epiſcoporum*, quæ ea omnia evertit, reſtituitque orthodoxiam, anno 715. Inter innumeros illos; inter hos *centum Epiſcopos*; potuit, quin debuit, aliquis intereſſe Lycius Epiſcopus, & Myrenſis metropolita; qui ſucceſſerit Polyeucto: Quibus interea (Actis deperditis) deſtituimur. Caremus etiam Conciliabulo, habito Cpoli anno 742. primitus in Imagines, ſub Copronymo Conſtantino Imp., (filio apoſtatæ Leonis, qui anno 726. prior rebellaverat) & Conſtantino Patriarcha, *Præſidente Theodoſio Epiſcopo Epheſino* (teſte Baſilio Ancyrano Act. 1. Niceni ſecundi) 338. numero Epiſcoporum. Qui Sanctarum imaginum cultum, ut Idolatricum condemnarunt; ut Principis Genio adularentur. Quod ſeptimi Concilii Generalis, & quarti Oecumenici novæ Romæ, gerebat nomen. Sane verò inter tercentum triginta & octo Epiſcopos; cum Lyciis multis ſuis, Myrenſis etiam Archiepiſcopus interfuerit: quos omnes, nos interim ignoramus: ipſum verò Metropolitam jam nacti ſumus, qui ſuum ſuo ore ſecius teſtatus eſt. Quamobrem, ab anno 692., ad dictum 754., in eo annorum quinquaginta novem ſpatio, duobus poſt Polyectum Archiepiſcopis, nos deſtitui opinamur,

XXXVI. ANONYMUS. 17.

1. Hic interfuerit illi Conciliabulo Cpolitano, anni 712., in quo cum innumeris Epiſcopis Orientis, Oecumenicam ſextam Synodum condemnavit.

XXXVII. ANONYMUS. 18.

1. Hic ejus fuit ſucceſſor: & veriſimiliter tunc ſedebat, quum Leo Imp. Iſaurus, anno 726. prior rebellaverat in Eccleſiam, & luem illam infandam late effudit, hæreſeos Iconomachicæ. Cum Principe indubie ſenſit: eique ſucceſſit, poſt annum 745.

XXXVIII. THEODORUS II. 19.

1. Theodorus iſte, anno circiter 751., Anonymo ſucceſſerit, opus eſt: quandoquidem capularis anno 787., ſecundæ Nicenæ Synodo interfuit Oecumenicæ. Eſto enim Archiepiſcopus ſit creatus, anno circiter ſuæ ætatis, trigeſimo, anno 751.: jam, anno demum 787., ætate fuerit, annorum circ. 66. Ætas non magna equidem: ſed tempus ejus Sedis, nondum finitæ, annorum 36., mihi aſſerenti, difficile crederetur: etſi non raro ætas iſta, (quin paſſim) inveniatur. Tres fuere Primipilares Epiſcopi Iconomachi, qui cum ſuis aſſeclis, anno 786. turbas cierunt, ne Kalendis Auguſti, Cpoli Oecumenica hæc Synodus haberetur. Baſilius Epiſcopus Ancyranus, noſter Myrenſis hic Theodorus, & Amorii Epiſcopus Theodoſius. Quamobrem Imperatrix Irene cum Conſtantino filio, coacta eſt; Nicæam transferre Synodum, & ad 8. kal. Octobris, ſequentis anni 787., ut occurreret malo indicere. Taraſius Patriarcha, in principio Actionis primæ, hæc omnia indicavit: *Quamquam*, inquiens, *hoſtis veteratoris* (*qui hoc unum conatur*, *ut diſcerpat*, *&* *convellat*, *diſturbetque*, *Sanctam & Catholicam Eccleſiam*) *ANNI PRÆTERITI TEMPORE*; *SUB KALENDAS MENSIS AUGUSTI*, *IN PIA ET REGIA CIVITATE*, *præſidentibus nobis*, *in Sanctorum Apoſtolorum Templo*; *commota eſt ingens hominum turba*, *furore & amaritudine plena*, *quæ manus in nos injicere tentavit* (*e qua tamen*, *divina gratia*, *& favore ſumus liberati*) *idque PAUCORUM EPISCOPORUM SUBSIDIO* (*quorum nomina libens relinquo*; *cum pleriſque omnibus ſint cognita* (Chriſtiana charitas eos tegit, candor tamen hiſtoricus modo detegit) *viſa ſit obſtaculum aliquod*, *& veluti remora injecta*, *ne verus pietatis ſermo*, *exaudiri*, *& ſtabiliri poſſet*.

2. *Attamen clementiſſimi noſtri Imperatores*, **cum rectæ Fidei propugnatores eſſent acerrimi*, *non potuerunt ſuis oculis dare ſomnum*, * *donec Domini Tabernaculum*, (*hoc eſt illius Eccleſiam*) *in Unitatem reduxerint*; *eidemque pacificum indixerint Conventum*. *Qua de cauſa*; *conſilio & divina voluntate*; *RURSUS in idem illud*, *quod tunc agebatur*, *nos congregarunt*. *Sed pro benefactis iſtis*, *Chriſtus*, * *qui ſolus largiter retribuere poteſt*; *rependat ipſis*: *nos verò viri ſacerdotes*, *ipſum auxiliatorem invocan-*

tes, * *in veritatem ipſam mentes noſtras defigamus*, * *& ad æquilibrium cuncta examinemus*; * *& Zizania, puris ſegetibus innaſcentia, ſine procraſtinatione aliqua, exſtirpemus. Et ſi adveniant, qui anno præterito, contra veritatem reſtiterunt; & ſi quiſquam eorum habeat; quod objiciat, aut contradicat: ſive aliam quamvis Apologiam; intrepide loquatur.* Ex his, tanquam ex ungue leonem; quiſque viderit, quanta Iconumachi noſtri, Baſilius, Theodorus, & Theodoſius, cum ſuis Sectariis ſceleratis, Cpoli geſſerint anno 786, ut in faciem Imperatorum, terrere & impedire potuerint Synodum Oecumenicam.

3. Modo autem (tanquam anno eis dato ad deliberandum) perſpecto melius præcipitio, quo ſuapte & ſoli ruebant, contra Deum, & contra Imperium; in ſe reverſi; ad liberam Synodum & ipſi veniunt, contritique & humiliati, Patribus conſidentibus (inter quos tredecim Catholici erant Lycii) petunt, ut in Synodum admittantur. Tunc *Conſtantinus ſanctiſſimus Conſtantiæ, quæ eſt in Cypro, Epiſcopus, inquiens: Si ſanctæ & Oecumenicæ* * *Synodo* * *placuerit, ut ingrediantur etiam errantes converſi Epiſcopi? Sancta Synodus reſpondit: Ingrediantur. Et ingreſſi ſunt omnes præfati Epiſcopi. Et adductus eſt Baſilius religioſiſſimus Ancyræ Epiſcopus: præterea Theodorus Epiſcopus Myron, & Theodoſius Epiſcopus Amorii. Stantibus autem his in medio ſacræ Synodi; Baſilius Ancyræ Epiſcopus inquit: Quantum erat mihi in viribus*, &c. Petit veniam: Fidem catholicam profitetur: anathematizat contraria: ſi unquam deſciverit, ſtatuit ſibi pœnas. Recipitur. Hinc *in medium accedens, Theodorus, pientiſſimus Myrorum Epiſcopus, dixit: Ego peccator etiam, & indignus, qui multa inveſtigavi & inquiſivi; id quod optimum eſt, cupiens eligere; Deum, & Veſtram beatitudinem precor, ut cum reliquis omnibus, Catholicæ adjungar, & conglutiner ſanctæ Eccleſiæ. Taraſius &c. dixit: Theodorus religioſiſſimus Epiſcopus Myrorum, priori libello* Baſilii; *correſpondentem ſuum quoque legit. Taraſius ſanctiſſimus Patriarcha, inquit: Et pro pientiſſimo Theodoro Epiſcopo Myrorum; gratiarum actiones agamus Deo.*

4. *Et adductus eſt Theodoſius, pientiſſimus Epiſcopus Amorii, & inquit: Sacratiſſimi*, &c. *Taraſius ſanctiſſimus Patriarcha inquit: Plurimam cordis contritionem explicuit religioſiſſimus Theodoſius quamobrem dignus eſt, ut recipiatur. Sancta Synodus ait: Secundum ſacros Canones dignus eſt.* Legit, profitetur, anathematizat, & poſt hæc; *Taraſius ſanctiſſimus Patriarcha inquit: Si videbitur Synodo; in Sedes ſuas recipiantur.* * *Sacra Synodus reſpondit: Placet nobis omnibus. Et confeſtim, Baſilius Ancyræ, Theodorus Myron, & Theodoſius Amorii, religioſiſſimi Epiſcopi, in ſuis Sedibus & Cathedris, juſſi ſunt reſidere.* Et tunc, poſt eos inducti ſunt ſeptem alii; *Hypatius Nicæa Epiſcopus, Leo Rhodi, Gregorius Antiochiæ Piſidiæ, Gregorius alter Peſſinuntis, Leo alter Iconii, Nicolaus Hierapoleos, & Leo alter Carpathii, religioſiſſimi Epiſcopi*; qui omnes abjurant hæreſim, merito objurgantur; & veniam, poſt multam, longiſſimamque altercationem, aſſecuti, ſedere jubentur; non tunc; verum in Actione 4. habita ſexto kal. Octobris, Indict. XI.

5. Interim in Act. 2. epiſtolæ Hadriani PP. I. ad Impp., & ad Taraſium, leguntur, qui eas ſuſcipit, idemque faciunt alii Epiſcopi, & Baſilius Ancyranus, & Theodorus Myrenſis, & Theodoſius Amorii. Sed verba Theodori noſtri, præſtat audire: *Theodorus ſanctiſſimus Epiſcopus Myron Lyciæ, dixit: Juxta Synodicas epiſtolas lectas; ab Hadriano ſanctiſſimo Papa veteris Romæ, miſſas; credo, ſitque confiteor, adoro, & amplector venerandas Imagines: & qui diverſum ſtatuunt, anathematizo, & averſor.* In Act. 4. Demetrius Diaconus dicit *Quandoquidem in priore Actione viſum eſt magnæ & Generali Synodo; in ſequenti, eos, qui ex hereſi revertuntur, eſſe recipiendos;* * *ecce adſtant ante fores Epiſcopi, qui libellos ſuæ orthodoxiæ, paulo ante legerunt; rogantes, ut admittantur.* * *Sancta Synodus reſpondit: Adſint. Taraſius ſanctiſſimus Patriarcha dixit: Qui dudum advenit, Neocæſareæ piſſimus Epiſcopus, reddat de ſe rationem per libellum.* Gregorius *reddit.* * *Epiſcopus Siciliæ opinatur: Quod cum aliis factum eſt, fiat etiam cum illo.* Opponitur, ipſum viris Catholicis, qui nolebant ſequi Iconomachiam, verbera intuliſſe. Negat. Sed Johannes clariſſimus Quæſtor, dicit: *Placeat ſacræ Synodo,* * *Gregorium Neocæſareæ Epiſcopum, QUI SYNODO IMPIÆ PRÆTERITÆ (anni 754.) ANTESIGNANUS FUIT, (b) in craſtinum reſervari; quo ipſe ſuam hæreſin, & propriam doctrinam condemnet.* Taraſius intercedit propoſitis exemplis Juvenalis Patriarchæ, & Euſtathii, qui a Synodo, & a S. Baſilio recepti ſunt. Monachi adverſantur. Sed Sancta Synodus jubet: *Recipiant Sedes ſuas.* * *Hoc ipſum omnes jubemus: & in hoc convenimus.* Et in ſuas Sedes aſcenderunt, religioſiſſimi, videlicet *Nicænſis, Neocæſarienſis, Rhodius, Iconii, Hierapoleos, Peſſinuntis, & Carpathi.* Et reapſe poſt nonnulla, anteipſos ſubſcribunt etiam, *Baſilius Epiſcopus Ancyranus*, & noſter *Myrorum Epiſcopus Theodorus; & Amorii Epiſcopus Theodoſius; qui in eandem ſententiam pronunciarunt.*

6. Nempe: *Literis, quæ ab Orientalibus Archipræſulibus, ad Taraſium miſſæ ſunt, acquieſco, adhæreo, & recipio venerandas colendaſque Sanctorum Imagines: Qui verò mecum non ſentiunt, anathemati ſubjicio.* Ac demum e ſuffraganeis Lyciis ſubſcribunt, Nicetas Epiſcopus *Moles*, Anaſtaſius *Patarorum*, Georgius *Neſſæ*, Theodorus *Pinarorum*, Nicodemus *Didymorum*, Georgius *Oenoandæ*, Conſtantinus *Candyborum*, Stauratius *Zenopoleos*, Leo *Lamyron*, Stephanus *Caunon*, Conſtantinus *Combon*, Petrus *Orycandi*, Johannes *Phaſelidis*: omnes tredecim. Tot hos ergo (deficiente tamdiu ſuo Metropolita) fortes ſtetiſſe, in Catholica Fide, compertum eſt. Errantem non ſunt ſecuti.

7. In quarta Actione, in qua leguntur e ſcriptura & Patribus ſententiæ; & e Sanctorum Actis exempla; poſt lectam ſancti Aſterii Epiſcopi Amaſeni Ecphraſim, in picturam Euphemiæ ſanctæ mar-

NOTAE.

(a) Taraſius dicit Leoni Epiſcopo Rhodi: *Quo pacto; cum FUERIS DECEM ET OCTO ANNOS EPISCOPUS, non potuiſti huc uſque, in eam perſuaſionem venire?* Reſpondet Leo: *Quia iis temporibus duravit improba doctrina, quæ nos declinare a via veritatis coegit.* Leo ergo anno 760. Epiſcopus Rhodi fuerat ordinatus.

(b) En ut hic Gregorius Neocæſarienſis, in ſeptima Pſeudosynodo Oecumenica anni 754. interfuit, & ſubſcripſit Anteſignanus pariter cum aliis, ſub Præſidente impio Theodoſio Epiſcopo Epheſino. Ecce, ut ipſe habet 36. annos Epiſcopatus hoc anno 787. Idem mox oſtendetur in Theodoro Myrenſi, & in Ancyrano, & in Amorion.

martyris ; verba iſta afferuntur : *Theodorus ſanctiſſimus Epiſcopus Myron dixit : Sanctorum Patrum doctrinas omnes audientes ; animo compuncti ſumus : & ob delicta, ploravimus. Deo tamen gratias agimus, quod ſancta Patrum inſtructione ; in cognitionem veritatis redierimus.* Et paulo poſt, ſecundo, & tertio interloquitur. Affertur miraculum Platonis martyris ſancti Galatæ, ex beato Nilo ad Heliodorum Silentiarium : & Theodorus noſter intricatius narrat aliud, ſancti Epiſcopi Nicolai (quod in Prolegomenis attulimus cap. 10.) Hinc, quia nonnulli afferebant beatum Nilum, in epiſtola, ad Olympiodorum Procoſ., contra Imagines ſcripſiſſe ; legitur ea epiſtola : Θεόδωρος ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Μύρων εἶπεν. Ἡ ἐπιστολὴ αὕτη ἡ ἀναγνωσθεῖσα, πρώην φαλσευθεῖσα, ἀπώλεσε καὶ ἐπλάνησεν ἡμᾶς. Ἐδοκοῦμεν γὰρ ἀκέραιον αὐτὴν εἶναι ἀνεπιβούλευτον. Theodorus Epiſcopus Myrorum, dixit : Epiſtola hæc, quæ lecta eſt, cum eſſet pridem depravata, nos perdidit, & ſeduxit. Putabamus enim, ſimplicem & abſque inſidiis eſſe illam. *Sanctiſſimi Epiſcopi dixerunt : Nos ſi tum audiviſſemus, quod Pater iſte, hinc & illinc depingi jubet ædem, veteris & novi Teſtamenti narrationibus ; non ſane fruſtra crediſſemus. Illi enim pro eo, quod Pater dicit : Hinc, & illinc hiſtorias* COLLOCA ; *DEALBA poſuerunt. Id ſcilicet eſt, quod nos potenter in errorem induxit.*

8. Excipit Taraſius inquiens : *Dicant itaque religioſiſſimi Epiſcopi, Gregorius Neocæſareæ, & Theodoſius Amorii ; num adducti fuerint libri* (beati Nili) *ad Synodum, an minus?* (a) *Gregorius & Theodoſius Epiſcopi religioſiſſimi ; dixerunt : Nequaquam, Domine ; ſed pro iſtis libris, excerpta quædam nobis oſtenderunt : & ex iis deceperunt nos. Euthymius, ſanctiſſimus Epiſcopus Sardenſium dixit : Vos autem, cum ſummi Sacerdotes eratis ; quamobrem non quæſiviſtis integram ſententiam a libris? Gregorius Neocæſareæ dixit :* Crede Domine ; *neque negligentia, neque detrectatio laboris, in cauſa nobis fuit. Sed quemadmodum ſcriptum eſt ; obtenebratum erat cor noſtrum imprudens ; dicenteſque nos ipſos ſapientes, ſtulti facti ſumus. Theodorus ſanctiſſimus Epiſcopus Myrorum, dixit : Plane & nos ipſos excerpta illa* (*Pittacia*), *quæ vos attuliſtis perdiderunt. Novit enim Deus : quia hoc teſtimonium ſancti Nili ; non poſitum ut fuerat editum, obcæcavit nos ; præcipue me ipſum : ſed nunc integrum lectum, convertit & emendavit, & ſalvavit nos.* Θεόδωρος ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Μύρων εἶπεν. Ἀμέλει καὶ, ἡμᾶς αὐτοὺς ἐκεῖνα τὰ πιττάκια ἀπώλεσαν, ἅπερ ὑμεῖς παρηγάγετε. Οἶδε γὰρ ὁ Θεὸς, ὅτι αὕτη ἡ χρῆσις τοῦ ὁσίου Νείλου, παρὰ τὸ κείμενον ἐκδοθεῖσα, ἐτύφλωσεν ἡμᾶς· ἐξαιρέτως δὲ καὶ ἐμὲ αὐτὸν· ἀλλὰ νῦν ἀκεραίως ἀναγνωσθεῖσα ἐπέστρεψεν καὶ διώρθωσεν καὶ διέσωσεν. Tandem, quarta hæc Actio, clauditur ſubſcriptionibus Epiſcoporum & Monachorum : inter quas eſt iſta : Θεόδωρος ἀνάξιος ἐπίσκοπος Μύρων τῆς Λυκίας ἀσμένως πάντα τὰ προγεγραμμένα δεξάμενος ὑπέγραψα : *Theodorus indignus Epiſcopus Myrorum Lyciæ, libenter omnia, quæ præſcripta ſunt, ſuſcipiens, ſubſcripſi.* Et poſt innumeros alios ; ejus hi ſuffraganei : Nicetas Epiſcopus *Dadybenſium*, Nicephorus *Clanei*, Leo *Trocundenſium*, Johannes Diaconus ex perſona throni *Phaſelidis*, Theodorus *Pinarenſis*, Stephanus, *Cauni*, Anaſtaſius *Patarenſis*, Georgius *Neſſæ*, Conſtantinus *Caudybenſis*, Leo *Corydalenſis*, Nicodemus *Sidymenſis*, Leo *Limyrenſis*, Conſtantinus *Tloenſis*, Petrus Diaconus, ex perſona throni *Orycandenſis*, Stephanus *Araxi*, Georgius *Oeniandi*, Conſtantinus *Combenſium*, Stauratius *Zenopoleos*, Gregorius *Cibyræ*, Baſilius *Tabenſium*, Dorotheus *Neapoleos*, Conſtantinus *Alabandenſium*. Qui ſunt Lycii Epiſcopi 22.

9. In Actione quinta, habita, 4. non. Octobris, Indict. XI. afferuntur momenta omnia, quibus Iconoclaſtæ, in ſeptima ſua falſa Nicena Synodo abuſi ſunt ; Catholici vero reſpondent Patres. Ac primo *Petronas magnificentiſſimus Patritius dixit : Si iubet, Domine* (Patriarcha) *quæramus Epiſcopos, Amorii & Neocæſareæ, num ii libri in falſa illa Synodo fuerunt lecti? Gregorius Neocæſareæ Epiſcopus, & Theodoſius Amorii, interrogati dixerunt : Non, per Deum, talis liber illic viſus eſt : ſed ex falſis citationibus, nos deceperunt.* Tunc ſubdit ex ſeſe : *Sæpe dixi, & iterum dico, Pater, nunquam in medium tales libri, aut Patrum quoque ſcripta, illuc allata ſunt : ſed ex falſis quibuſdam citationibus, nos deceperunt.* Tunc afferuntur Codices illi, ex quibus (præter multos, quos exuſſit ut ſibi noxios) illa Synodus, quæ ſibi nocebant, eraſit & expunxit : Poſt multa Taraſius dicit : *Hæc fecerunt dicti Patriarchæ, Anaſtaſius, Conſtantinus, & Nicetas, heretici.* Iiſque ſubtit : *Theodorus Epiſcopus Myrorum : Si fuiſſet omnibus obvius hic Theſaurus, non ſane quiſquam fuiſſet læſus. Deus autem reddat illis in die illa, qui ejuſmodi celaverunt.* Demum, dicto anathemate Iconomachis ; ſine ſubſcriptionibus, hæc Actio ita abſolvitur. In Actione 6. legitur & confutatur, primum a Johanne Cancellario, poſtea ſemper a Diacono Epiphanio, ſeptimum illud Conciliabulum ; quod Cpoli, in Eccleſia Blacherniana, per 338. pſeudopatres anno 754. per Conſtantinum & Leonem Imperatores, habitum fuerat. Legit quidem idem Gregorius Neocæſarienſis Epiſcopus ; qui in eo fuit Anteſignanus : & ad tomum ſecundum, cap. 5. iſta illius legit : *Et ecce nunc congregata ſacra Synodus, cujus numerum implemus, trecenti triginta octo* [εἰς τὸν ἀριθμὸν πληρούμενοι τριακόσιοι τριάκοντα ὀκτώ] *Synodicas ſequentes legiſlationes ; amplectentes ſuſcipimus & prædicamus dogmata ſeu traditiones, quas ipſæ roborantes, ſecure nos tenere ſanxerunt.* Poſtque confutationem, Patres Niceni, & confirmationem Dogmatis Catholici, jubent, ſextam claudi ſine ſubſcriptionibus Actionem.

10. Actioni 7. demum habitæ, tertio Idus Octobris, Indict. XI. præſcribitur. *Theodoro ſanctiſſimo Epiſcopo Myrorum* : & poſt alios ; Niceta *Meles*, Johanne *Phaſelidis*, Theodoro *Pinarorum*, Stephano *Cauni*, Anaſtaſio *Pataron*, Georgio *Neſſæ*, Conſtantino *Candybon*, Leone *Corydalon*, Nicodemo *Didymorum*, Leone *Limyron*, Conſtantino *Tloon*, Petro *Orycandi*, Stephano *Araxi*, Georgio *Oeniandi*, Conſtantino *Combon*, Stauratio *Zenopoleos*, Chriſtophoro *Acaraſſi*, & Calliſto *Eudociadis*. Epiſcopi 18. ſuffraganei. Poſthæc legitur : *Definitio ſanctæ, magnæ, & univerſalis in Nicæa ſecundæ Synodi* ; & iterum ſubſcribunt omnes. ipſe Theodorus, & ejus, ut ſupra, Epiſcopi ſuffraganei. Ac tan-

N O T Æ.

(a) Ergo hi Conciliabulo anni 754. interfuerunt, ut & Theodorus Epiſcopus Myrorum, ſeſe faſſus eſt ſupra interfuiſſe.

tandem poſt publicationem, & Canones, imponitur finis Synodo: cum qua, nulla amplius noſtri memoria eſt, Myrenſis Archiepiſcopi Theodori. Viſi ſupra, Baſilius Ancyranus, Theodoſius Amorii, & Gregorius Neocæſarienſis, interfuiſſe Pſeudoſynodo Cpolitanæ anni 754., capulares ſenes; & quartus eis addendus eſt, Theodorus noſter Myrenſis. Ergo & ipſe (ſi anno 751. Epiſcopatum accepit, ut eſt veriſimile) ipſe inquam Theodorus itidem ſedit annos 36., ad datum annum 787. quo eſt abſoluta ſecunda Nicæna hæc Synodus. Paulo poſt, hos ſeneciones, annorum ſaltem 66., & vix perveniſſe ad annum 790., dicendum puto.

XXXIX. ANONYMUS. 20.

1. Poſt Theodorum II., caremus illo, qui ei ſucceſſit, Anonymo. Qui anno 806. in Conciliabulo Cpolitano, ſediſſe potuit, in cauſa Joſephi Oeconomi Eccleſiæ Cpolit., quem Taraſius amoverat ſacerdotio. Nicephorus enim Taraſii ſucceſſor, Conſtantini Imperatoris adulterium cum Theodota (repudiata, & vivente marito, uxore ducta) coactus eſt in hac Pſeudoſynodo comprobare; & Joſephum illum, Oeconomum Eccl. Cpolitanæ, qui adulteros copulaverat; dejectum, ſuo gradui reſtituere. S. Theophanes Studita, æqualis rebus, *Synodum* hanc *hæreticorum*, *& adulterantium* (epiſt. 25. & 30.) appellat. Hujus autem Acta ſi haberemus; nomen forſitan in iis, ſucceſſoris, qui interfuerat, Theodori ſecundi, haberemus. Idem dico de alio Cpolitano Conciliabulo, anni 809., pro eadem cauſa habito, in ſanctos Platonem, & Theodorum Studitas, alioſque; idem flagitium criminantes. Ab ipſo S. Theodoro rem habemus, epiſtola ad Euprepianum; & ex S. Theophane Studita, qui ab illo Imperatore, indictam eſſe Synodum iſtam ſcribit: qua hi Catholici in exſilium pulſi ſunt, *menſe Januario Indictione ſecunda*; hoc eſt anno 809. Nulla enim hujus Conciliabuli Acta exſtant, Uti etiam nec illius anni 814. item Cpolitani Conciliabuli: quo poſt ejectum & dejectum throno S. Nicephorum Patriarcham, ſub ei ſubſtituto Patriarcha Theodoro Meliſſeno; juſſu Leonis Armeni Imp. Iconomachi, ſeptima ſecunda Nicæna Synodus, orthodoxa, damnata eſt.

XL. ANONYMUS. 21.

Sane verò, ejus quoque, qui Anonymi prædicti ſucceſſor fuit (uſque ad annum 840. circiter) nomine deſtituimur; ex monumentorum penuria illorum temporum: in quibus ea haberentur, quæ ſub Patriarchis Theodoto, Antonio Caſſitera, & Johanne Syncello (qui umbræ noxiæ, S. Nicephoro ſucceſſerant) acciderunt: multa equidem, magna, & varia. Aſt anno 842., ejecto per Theodoram Imperatricem, Iconomacho Johanne Syncello; S. Methodius, qui tanta pro Imaginibus paſſus erat, creatus eſt Patriarcha: & tunc iterum orthodoxa Fides eſt conclamata. Poſt mortem namque impii mariti, Theophili Imperatoris, hæc geſta ſunt; dum ipſa cum orthodoxo Michaële filio regnabat. Methodius autem ſedit, quatuor tantum annos, & Sancte obiit: ſed ad orthodoxiam, Concilio opus erat. Et nos his caremus Conciliis, quæ in tanta rerum perturbatione, & anfractibus, geſta ſunt: in quibus, alicujus Metropolitani Myrenſis; ſubſcriptum nomen cerneretur.

2. Poſt ſanctum Methodium, anno 846. S. Ignatius, Patriarcha creatus eſt. A quo, in Concilio Cpolitano anni 854. Gregorius Asbeſta Syracuſius, ob ſua crimina eſt depoſitus; & Barda Cæſar minas retulit, futurum, ut excommunicationem ſubiret; ni inceſtum cum ſua nuru (uxore demortui filii) relinqueret ſcandaloſum. Hinc utriuſque odia in Ignatium, & vindictæ. Cui ſucceſſerunt odia Michaëlis Imperatoris, quod ſorores invitas tondere noluit, & retrudere in Monaſterium. Ambo enim anno 858. in eum Concilio Cpoli inſurrexerunt, & deturbato Ignatio e throno ſuo, Gregorius cum ſuis, pro eo, in ipſo Natali Domini, Patriarcham, Photium ordinavit. Et hinc anno 859. & hinc ſecundum, nutu Michaëlis Imp., juſſu Cæſaris Bardæ, ſub Photio, Cpolitanum Conciliabulum: quo Ignatius anathemate eſt percuſſus: & in Nicolaum Papam a Photio, excommunicationis intortum fulmen. Hæc autem omnia nos habemus, ex Vita, quam Nicetas, hujus S. Ignatii deſcribit. Acta vero, & ſubſcriptiones Epiſcoporum, qui interfuerunt, non habemus: ac proinde aptis caremus documentis, quibus experiremur; Num inter ipſos, aliquis fuiſſet Myrenſis Metropolita?

XLI. NICOLAUS. II. 22.

1. *Nicolaus* iſte, qui ſub Sanctis, Methodio, & Ignatio, veriſimiliter ſedit; & ſubſcripſiſſe potuit, Cpolitanis Synodis, annorum 845. & 854., depoſitionis Gregorii Asbeſtæ; hic Nicolaus, inquam, ſediſſe, & ſubſcripſiſſe potuit, in Conciliabulis Photii, anni 858. & 859., quæ Cpoli habuit, in Eccleſia SS. Apoſtolorum: præcipue verò in tertio, anni 861 in quo Photius cum *trecentum, decem, & octo Epiſcopis* (quamobrem a Theodoro Balſamone, in ſuo Nomocanone, *Univerſale* etiam dictum fuit) ſediſſe fertur: inter quos, admodum veriſimile eſt, noſtrum hunc Nicolaum interfuiſſe. In prima enim Actione, de cultu ſacrarum Imaginum confirmando, actum fuit: in 2. verò Actione, cum nullo artificio, nulla vi Photius, S. Ignatium inducere poſſet, ut ſuam ipſius damnationem approbaret; adhibita vi majori, & manu, pro eo ita ſubſcripſit Photius: *Ignatius indignus Cpolitanus; ſine debitis calculis, eſſe conſiteor me ingreſſum; & his annis, non Sancte, ſed tyrannice, me geſſiſſe.* Legati Apoſtolicæ Sedis, terrore, minis, auro corrupti; tandem his ſubſcripſerunt: & ita noſter indubie (ſi interfuit) Nicolaus. Et ſic Ignatius a Pſeudoſynodo illa (*Latrocinalem* eam appellat, S. Nicolaus PP. I. epiſtola nona ad Michaëlem Auguſtum) damnatus eſt, & ſua depoſitus Sede Patriarchali. Difficile namque eſt, Nicolaum Myrenſem Metropolitam, ſub homine furenti, & potentiſſimo; qui cultum Imaginum validius confirmandi, ſpeciem obtendebat; ab hac Pſeudoſynodo, quæ ſub Apoſtolicorum præſentia Legatorum, & ratificatione, habebatur; abfuiſſe. Ipſe titulus, *Octavæ Synodi Generalis*, & vera, vel jactata numeroſitas, *trecentum decem & octo Epiſcoporum* (pithecus, primæ Nicænæ Synodi)

di) noſtram firmat opinionem. Nec tamen reapſe probare, datum; quod hæc Acta perſumiere, & ſummatim tantum, & ſine ſubſcriptionibus, apud Nicetam in Vita Ignatii habeantur.

2. Cæterum, Deo vindice, poſt Bardæ cædem; Baſilius Macedo, Michaëlis Auguſti juſſu, creatus Cæſar, & a Photio coronatus; cum mutuo odio, mox Auguſtus Baſilium, Baſilius Michaelem ſibi timerent, & præveniens Baſilius, Michaelem anno 866. occidit; mutatæ illico ſcenæ ſunt. Baſilius enim exoſus Photium: Concilium *Generale*, ab Hadriano PP. 2. indictum, & verè *Octavum*, collegit. In quo decem habitis Actionibus, a die 3. nonas Octobris, anni 869., ad pridie kal. Martias, tertiæ Indictionis, anni 870., cum omni humanitate, & charitate tractato Photio, ejuſque aſſeclis; tandem ob invictam obſtinationem damnatus eſt. Sane verò inter Catholicos Patres, ſedit etiam noſter hic Nicolaus, non ab initio, ſed tantum in decima ultima Actione, in qua ſedit, ſubſcripſit, & cum aliis Synodum confirmavit. In verſione Anaſtaſii, inter Metropolitas, loco 14. ita præſcriptus legitur: *Conſidentibus, &c. Deo amabili Metropolita Myrorum*: & in fine ſubſcribit: *Nicolaus miſericordia Dei Metropolita Myrorum, omnia, quæ in Sancta, & Univerſali Synodo judicata ſunt & definita, libenter ſuſcipiens, ſubſcripſi manu propria*. Hinc ejus ſuffraganei, Nicolaus Epiſcopus *Nyſæ* (alibi *Nuſæ*) Paulus Epiſcopus *Melæ*, Petrus Epiſcopus *Palæorum*, *Joſeph* Epiſcopus *Anæorum*. Petrus Actioni 7. ſubſcribit, ſed male, ut *Epiſcopus Paictorum* dum Actionibus 7.8.9. & 10. ſemper ſubſcribat *Petrus Epiſcopus Palæorum*. Græcæ autem ſubſcriptiones non habentur in Græcis, quæ ſumma, & Breviarium ſunt Actorum, hujus octavæ Synodi Oecumenicæ. Latina verſio eſt Anaſtaſii, qui Legatus Sanctæ Sedis illi præſedit.

3. Nicolaum autem hunc noſtrum fuiſſe Catholicum, nec poſt ſubſcriptionem in Synodo anni 861., cum Photio communicaſſe; multo minus fuiſſe rigidum Photianum; vel ex hoc patet; quia nunc in Synodum eſt receptus, in eaque ſedit, & ſubſcripſit; abſque iis contradictionibus, & obſtaculis, quibus multi alii ſunt admiſſi. Ut Actione 2. Theodorus Metropolita *Cariæ*, Euthymius *Catanæ*, Photius *Nacoliæ*, Stephanus *Cypriorum*, Stephanus *Cibyræ*. Theodorus *Synopes*, Euſtathius *Æmoniæ*, Xenophon *Mylaſſi*, Leo *Daphnuſiæ*, Paulus *Meles* (hic Lycius, ut & Stephanus *Cibyræ*): Qui faſſi ſunt, ſe a beatiſſimo *Methodio*, & a ſanctiſſimo *Ignatio* fuiſſe *conſecratos*: & quod Photio, per vim & metum adhæſerant, veniam & pœnitentiam a Sancta Synodo flagitare. Narrant, quæ dira a Photio Ignatius; quæ ipſi ab eodem paſſi erant: &, ut ea tandem evitarent, ſeducti fuerant. Ita hi decem, a Methodio, & ab Ignatio Epiſcopi conſecrati (ex eorummet confeſſione) admiſſi ſunt; & ab Ignatio Homophoria ſuſceperunt; & in Synodo conſederunt. Sane vero in ſchiſmate, & in peccato ſuo alii perierunt. Quod non factum, nec dictum de Nicolao.

4. Actione nona, S. Ignatius dejectus Throno, S. Nicolao PP. I., ipſe & *decem Metropolitæ, & quindecim Epiſcopi*, (δέκα μητροπολῖται, δέκα πέντε ἐπίσκοποι) cum multis Abbatibus, & monachis, quæ cum ipſo patiebantur, ſcribunt: apud Michaelem Monachum, in Encomio S. Ignatii. Et curioſitas mihi eſt; Num inter illos Metropolitas, noſter fuerit Nicolaus? quem a S. Methodio conſecratum puto. Sed hæc initio perſecutionis, in fine anni 858. & initiis anni 859. facta ſunt. Videndumque, num poſtea, cum eo manſerint omnes fortes? Et difficillimum; præſertim ex anno 861. ſed conſtans equidem Nicolaus: quod inter obſtinatos ſequaces Photii, & furioſos quatuor Pſeudoepiſcopos non recenſetur: qui fuerunt, Methodius *Gangrorum* Metropolita, Samuel *Conarum* Epiſcopus, Theophilus *Iconii*, & Zacharias *Tauromenii*: qui pſeudoepiſcopi, fuerunt Legati Photii ad Nicolaum Papam. Præter eos, eſt etiam, Theodorus Cariæ, qui jam receptus fuerat, & ſedit in ipſa 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. Actionibus: ſed poſtea, inducta culpa, qua contra ſuam ſubſcriptionem; ab Ignatio receſſit; deprehenſus etiam, quod in depoſitione, ac anathematiſmo Papæ ſcripſerat Nicolai; ab Univerſa Synodo, pro hac ſola dejectus cauſa; Beati Petri judicio reſervatur. Neque aliter ſe geſſerunt, Metropolitæ Theodulus *Ancyræ*, & Nicephorus *Nicææ*. Eos namque Synodo, ad veniam invitanti (Actione 3.) reſponderunt: (*Propter ſubſcriptiones rationabiles, & irrationabiles, quas ante fecerant*) *Se deliberaſſe, ultra non ſubſcribere, niſi Fidei ſuæ Symbolum, quod profeſſi erant* (*eratque in chartophylacio Patriarchæ*) *tempore* CONSECRATIONIS SUÆ. Proinde; (*ſi poſſibile eſt*) *Sancta Synodus indulgeat ipſis, quæ deliberaverant, conſervare, uſque dum vixerint*. Ex Actis autem, poſtea, quid de iis factum fuerit, non apparet, ibidem. Sed ſuſceptos eos videmus, quod Actioni 4. & 5. ipſi præſcribant, cum Epiſcopo *Athenarum*; & in 6. etiam cum illo *Nicææ*: & ſic deinceps in 7., uſque ad finem.

5. Petrus Metropolita Sardeoſium, qui Romam a Photio (ut docet Baſilius Imperator, epiſtola ad Nicolaum PP., data die undecima Decembris) cum ſuis literis miſſus fuit; nunquam receptus eſt: & nunquam etiam Theophilus Epiſcopus Iconii, & Zacharias Epiſcopus Tauromenii in Sicilia; quamquam dicerent, ſe *a beato Methodio ordinatos*. Et ratio eſt, quod acerrime & mordicus tenerent, ſe *communicare Domino Photio Patriarchæ*, & non Ignatio. Quamobrem a S. Synodo (Act. 4.) exclamatum eſt; *Sit portio Theophili & Zachariæ cum Photio*. Reclamat ad hæc Patritius & Præpoſitus Bahanes, & proteſtatur: Niſi illi audiantur, & convincantur, & cum ipſo Photio adſint ejus *Epiſcopi, qui conſecrationem habent Beatiſſimi Methodii, & ſanctiſſimi Nicolai*: ipſe & Senatus, non ſcribo unam literam in Synodo. Hinc a Legatis dictum; ut: *Ingrediantur, & audiantur*: præmonito, *ab undecima Indictione, Sanctum Papam Nicolaum, eos Synodice damnaviſſe*. Rogat Senatus: *Ut ex iis qui ſunt Photii; quatuor, vel quinque convocentur*. Permittitur: appellantur. Sed præter Theophilum & Zachariam, alii non inveniuntur; quia ab iſtis perverſi erant. Intrant illi, & ſuperbe ſemper & refractarie reſpondentes; a Legatis Apoſtolicis (Senatu pleniſſime ſatisfacto) mitti foras jubentur: & ibi finis quartæ Actionis.

6. Ad Synodum, Photius mittitur a Baſilio Imperatore, Actione 5., & poſt multa, ingredi permittitur. Interrogatus non reſpondet, ſed contumax, ſtat tumidus & ferox. Admonetur, ut ſe

ſubmittat : Synodum, & ſuum Patriarcham recognoſcat. Tandem ei ſilenti Synodus ex maxima indulgentia, & commiſeratione, ſpatium ad deliberandum concedit : & quintam claudit Actionem. Theophilus Protoſpatharius, præſente Baſilio Imperatore ; Actione ſexta, *introducit in Sanctam Synodum eos, qui Photii Epiſcopi dicebantur.* Tum ad ea Heliæ presbyteri, & Legati Patriarchæ Hieroſolymorum Theodoſii, qui quædam dixit exhortatoria : Baſilius Imp. ad Epiſcopos dicit Photii: Quid vobis, ad hæc videtur? Et *pro Photianis dicit Euthymius* (*qui a Photio Cæſarea Cappadociæ, Epiſcopus factus fuerat*) *ut a Majeſtate ſua*, libertas ipſis in ſcriptis detur; ut juſtificationem quamcumque habeant ; ſine prohibitione loquantur : ac præterea ut quotquot pro ipſis dicere voluerint, non vetentur. Se namque ſperare in Deo, vana eſſe oſtenſuros objecta illorum, Imperator retundit homines : & *Zacharias a Photio Chalcedonenſis factus Epiſcopus*, ut ad longam diffi ilemque diſcuſſionem, declinet judicium (a Photio utique ſic armatus). Marcelli Ancyrani caſum proponit & Apiarii. Sed Imp. reciſo hoc recte, conſulit, ut Sanctæ & Univerſali Synodo acquieſcant ; & hinc transfverberat conto iſto : *Nam omnes novimus, quia laici eſtis ; & non adduximus vos latronum : & ut ſine ordine verba faciatis. Omnia enim veſtra, mendacia ſunt, & ſeductio.* Quibus Photiani reſponderunt : *Neque diabolus hoc dicere auſus eſt.* Quæ generoſe patitur Imperator : ſed unus ex Apoſtolicis Legatis his, inardeſcit, & dicit, ſe cum depoſitis & anathematizatis a S. Rom. Eccleſia (jam tum *ab undecima Indictione : anni 863.*) loqui non pati, nec alios ferre colloqui.

7. Hinc Legati *ad Epiſcopos Photii dixerunt. Qui ex vobis ordinati eſtis a ſanctiſſimo Patriarcha Ignatio? Et ſteterunt in medio Heracleenſis, Cretenſis, & Celenderenſis*, (a) *& dixerunt : Nos ſumus ejus conſecrationis. Et Legati Apoſtolici dicunt eis : Subjacetis juſto judicio Catholicæ Synodi, & juxta libellum, qui expoſitus eſt a Sancta Romana Eccleſia, facitis, & ſubſcribitis ; an non? Qui dixerunt : Ne fiat, Deus. Legati dixerunt : Si non vultis obaudire ſanctam Synodum ; ite ad Patres veſtros. Et his, ſe ad alias conferentibus ; dixit Metrophanes Deo amiciſſimus Metropolita Smyrnæ, ad Zachariam Chalcedonenſem Photii Epiſcopum : Ad ea, quæ dixiſti, reſpondemus tibi : * Marcellum * anathematizantem omnem hæreſim, & eam maxime, quam habere dicebatur ; juſte, & regulariter Julius PP. Romanus, & Sardicenſis Synodus recepit. Similiter eum cum facientem, & Athanaſius magnus, & Paulus confeſſor, & acceptaverunt, & comminiſtrum habuerant. Noviſſime autem ad proprium vomitum reverſum, & deprehenſum hæreticum ; hi qui circa Silvanum erant, anathematizaverunt : quibus & Liberius, qui poſt Julium fuit, per literas ſuas concordat dicens : Marcellum denuo impie dogmatizantem. Hoc autem non eſt utique, reprobatio Judicii Julii, vel Sardicenſis Synodi, ob factam Marcello mentis mutationem. Similiter Apiarium, cum eſſet presbyter Eccleſiæ Sinicenſis, Africanæ Provinciæ, propter aliquam cauſam, ſegregavit proprius Epiſcopus Urbanus : * & depoſuit Synodus, quæ ibidem collecta eſt. Zoſimus PP. * recurrentem ad ſe, & ſemet inſontem exhibentem, juſtificavit ; & ad Africanam cum ſuis literis miſit Synodum*. Invenitur igitur Africana Synodus, paruiſſe potius judicio Zoſimi ; ac per hoc propriam reprobaſſe ſententiam, & juſtificaſſe Apiarium : & non (ut tu faſſus es) reſtitiſſe voto Pontificum Romanorum. Et Zacharia dicere denuo tentante, Legati Apoſtolici reſtiterunt.* Non ſuffecerat hoc telum Zachariæ, quod in Photium potius magiſtrum, quam in ipſum intorſerat Metrophanes. Marpeſia erat cautes.

8. Synodus poſthæc, [ſed fruſtra,] ut Photiani, ſe ſubmittant, flagitat, & quæ bonus Imperator non dicit, ut eos vincat ; humilia, abjecta, indigna ſua Majeſtate? Etiam ſe prius, in terram projecturum, ut calcaretur ab eis, conculcaretur : Se iis honoribus, ſingulos aliis compenſaturum ; ut eos ad pœnitentiam provocaret. Quæſo, ad exemplum legantur : compungunt maxime. Attamen nihil profuit, cum frigidis illis Alpinis jugis. Silentibus, ſurdis potius, inducias ſeptem dierum elargitur : poſt quos, ni reſipiſcerent ; in eos, ut de Jure, procedet Synodus. Et ſic clauditur ſexta Actio. Photius ipſe Actione ſeptima introducitur, & Gregorius Asbeſta Syracuſanus, aliique primores ejus ; & requiſitus de pœnitentia, & de libelli ſubſcriptione, contumaciſſime reſpondet : Ut ipſi potius pœnitentiam agant pro iis, quæ deliquerunt. In calumniis etiam ſe irretitum qui nihil tale ſentiebat. Pertinaciſſimus furioſus foras educitur. Et poſt hæc ingreſſi Epiſcopi Photiani, rogatique a Bahane : Num aliquis eorum libellum faceret? Photiani dixerunt : *Abſit.* Amphilochius Epiſcopus Cyzici (b) & Zacharias Photii Epiſcopi dixerunt : *Qualem libellum facere exigimur? Fidei noſtræ?* Poſt reſponſionem : *Ut Photium, & omnia ejus Acta reprobent ; & Gregorium Syracuſanum anathematizent ; Ignatiumque recipiant.* Ubi Bahanes hæc eis refert ; *reſpondet Johannes, quondam Epiſcopus Heracliæ : Qui ſummum Sacerdotem iſtum anathematizat, ſit anathema. Zacharias, qui fuit a Photio, Epiſcopus creatus Chalcedonenſis, dixit : Nos iis, quæ præter rationem facta, vel acta, aut ſunt agenda, parere, neque diſpoſuimus, neque volumus. Et pro iis, quæ exiguntur a Nobis ; quoniam novimus ea, quæ facta ſunt ; ea nos, ſuſcipiemus, facto nullo.*

9. *Euſchemon* (qui Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus a Photio creatus fuerat) dixit eadem ; additque : *Et non tantum ſi Romanus Pontifex, vel Hieroſolymitanus ſit ; ſed & ſi angelus de Cælo veniat, & non conveniat ſano verbo : neque pareo, neque ſequor.* Similiter lectis epiſtolis Pontificum Rom. Nicolai & Hadriani, & Romanæ Synodi, in pertinaces, obſtinatiſſimos ; in fine Actionis profertur ſententia damnationis : PHOTIO SECULARI, ET FORENSI : NEOPHYTO, ET TYRANNO : SCHISMATICO, ET DAMNATO : MOECHO, ET PARRICIDÆ :

(a) Johannes prædictus ſcilicet *Celendro* urbs Ciliciæ litoralis, Epiſcopalis ſub Metropolita Seleucienſi, in confinio Pamphyliæ. Dicta eſt etiam *Celenderis*.

(b) Amphilochius Cyzici pro Procopio anno 870. Johannes Heracleæ Zacharias Chalcedonenſis. Euſchemon Cæſareæ Cappadociæ. Pro *Euſchemone*, Act. 6. dicitur *Euthymius* col. 557. anno 879. Procopio, Euſchemon in Pſeudoſynodo Photii ann. 879. Epiſcopus Tiiyi, Εὐχήμονος Τιγυοῦ. col. 342. e tom. x6. & *Euſchemone Ireneopolis*.

CIDÆ : FABRICATORI MENDACIORUM: *Inventori peſſimorum dogmatum : Novo Maximo Cynico : Novo Dioſcoro : Novo Judæ. Anathema. OMNIBUS SEQUENTIBUS, ET FAUTORIBUS EJUS, ANATHEMA. GREGORIO DUDUM EPISCOPO SYRACUSANO, ANATHEMA. EULAMPIO DEPOSITO, ET SCHISMATICO, ANATHEMA.* Et hic finis ſeptimæ longiſſimæ Actionis.

10. Atque hic etiam eſto finis, omnium laborum, quos deſudavi; oſtenſurus, Myrenſem noſtrum Metropolitam; nunquam ſe cum Photio, aut Photianis immiſcuiſſe; ac ab eo ſchiſmate, penitus eſſe immunem. Quandoquidem ab hac Sancta Octava Synodo eſt receptus, ſine ulla reſiſtentia, aut libelli ſatisfactione, aut retractatione ſchiſmatis; ut cum aliis factum vidimus; & idcirco per quatuor ultima hæc Capitula, oſtenſum eſt. Sed mox, ac venit, ad hanc ultimam Actionem, feniſſimus, ac deſœcatæ ætatis (utpote a B. Methodio Patriarcha, anno 842. circiter ordinatus) illico e veſtigio in Sanctam Synodum eſt admiſſus. Sedit ipſe, uſque ad hanc anni 870. Synodum, annos circiter 28. & quidpiam aliud, in pace vixiſſe puto, obiiſſeque anno 872. Tanti mihi ſtetit, Myrenſem hunc Metropolitam, Nicolaum ſecundum, a labe ſchiſmatis liberare. Utinam etiam ſic peragere datum eſſet cum Theodoſio, qui ei ſucceſſit.

XLII. THEODOSIUS. 23.

1. *Theodoſius* a B. Ignatio Patriarcha, in pace, poſt deleta ſchiſmata, Cpoli eſt ordinatus; anno circiter 872. Poſt obitum verò Ignatii (anno 877. die 23. Octobris) flagitante Baſilio Imperatore, & Johannis PP. VIII. nimia indulgentia, ad procurandam pacem, & unionem Eccleſiarum (is datus color) Photius Cpoli eſt reſtitutus. Hinc anno 879., ſub eo Patriarcha Legatiſque Apoſtolicis præſidentibus, a menſe Novembri, uſque ad 13. menſis Martii, Indictione XIII., anni 880. Concilium Cpoli, a 383. Epiſcopis; ſeptem Actionibus eſt celebratum: tam pro ejus reſtitutione, quam pro anathematizandis iis, qui nondum eum recipiebant. Verum ex Concilio Conciliabulum factum eſt: quia (quaſi abrogata Octava Synodo Oecumenica) ob aſſiſtentiam Legatorum S. Rom. Eccleſiæ, ex malitia ſumma Photii; *Octava Univerſalis Synodus*, dictum eſt: præſertim ſublata e Symbolo, particula *Filioque: qui a Patre, Filioque procedit*: ut ſcilicet a ſolo Patre, procedere Sanctus Spiritus, crederetur. A Photii namque ſchiſmate, teterrimus hic ortus in Fide error; apud Græcos ſeveriores, adhuc cum Latina Eccleſia perdurat. Huic Synodo, in principio primæ Actionis, cum tot aliis, præſcribit, & hinc ſubſcribit, Myrenſis Metropolita Theodoſius. Nondum autem hæc Acta in publicum prodierant; cum Harduinus, indice Baronio; ea edidit, in noviſſima Conciliorum edictione. In qua ita legitur.

2. Προκαθεσθέντος Φωτίου, τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου, ἐν τῷ σεκρέτῳ μεγάλῳ σεκρέτῳ· καὶ συγκαθεσθέντος Ἠλία τοῦ θεοσεβεστάτου πρεσβυτέρου, καὶ τοποτηρητοῦ Ἱεροσολύμων, τῶν τε θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν· φημὶ δὴ Προκοπίου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου, Ἰωάννου Ἡρακλείας, ἑτέρου Ἰωάννου Ἡρακλείας, Γρηγορίου Κυζίκου· [& poſt quinque alios] Ζαχαρίου Χαλκηδόνος, Κυπριανοῦ Κλαυδιουπόλεως [& poſt quinque alios] Θεοδοσίου Μύρας Φιλίππου Ἀδριανουπόλεως, & *Præſidente Photio ſanctiſſimo, & Oecumenico Patriarcha, in Venerabili magno Secretario: & conſidente Helia religioſiſſimo presbytero, & Legato Hieroſolymorum, cum Dei amantiſſimis Metropolitis: Procopio, inquam, Archiepiſcopo Cappadociæ, Gregorio Archiepiſcopo Epheſi, Johanne Heracleæ, alio Johanne Heracleæ, Gregorio Cyzici, Zacharia Chalcedonis, Cypriano, Claudiopoleos, & THEODOSIO MYRÆ. Philippo Hadrianopolis* inter Epiſcopos his 23. quoque Lycii: Νικηφόρου Λιμύρων, * Ἰωάννου Ποδαλείας, Γεωργίου Ξανθείας, * Εὐστρατίου Κορυδάλων, Νικηφόρου Καδύρων, (lege Καυνῶν) Θεοδώρου Ορυκάνδων, * Ἰουλιανοῦ Παλίας, (lege Παλαιᾶς) * Κωνσταντίνου, Ἀκαρασσίου, (margo Ἀκρασσοῦ) * Θεοδούλου Πατάρων, * Ἰγνατίου Νύσσης, * Χριστοφόρου Δανδύβων (leg. Δαδύβων) Κωνσταντίνου Φίλλου, * Βασιλείου Καδιβοῦ (marg. Κανδυβῶν) Ἰωάννου Αλαβανδοῦ, * Παύλου Μίλης, * Νικόλεω Μάκρης, * Νικόλεω Χώματος, * Νικολάου Οἰνιάνδου, * Κωνσταντίνου Καμβᾶς, * Ἀνδρέα Τλοῦ (lege Τλοῶν), Ἰωάννου Βαρβαλῶν, (lege, Βαλβούρων, * Ἀθανασίου Πινάρων: *Nicephoro Limyræ, Johanne Podaliæ, Georgio Xanthi, Euſtratio Corydalorum, Nicephoro Cauni, Theodoro Orycandenſi, Juliano Palæ, Conſtantino Acraſſi, Theodulo Patarenſi, Ignatio Nyſſæ, Chriſtophoro Dadybenſi, Conſtantino Phelli, Baſilio Candybenſi, Johanne Alabandorum, Paulo Meles, Nicolao Macræ, Nicolao Chomatis, Nicolao Oeniandi, Conſtantino Comborum, Andrea Tloenſi, Johanne Balburenſi, Athanaſio Pinarorum.*

3. Subſcribunt nunquam alias Theodoſius, aut hi aliique Epiſcopi, aliis Actionibus quinque (ſexta enim, & ſeptima plaſma eſt Photii) ſed ſemper ſchiſmatici interloquuntur, Procopius Cæſareæ, & tres vel quatuor e Schiſmaticorum primipilaribus, cum Legatis S. Sedis, auro corruptis a Photio dæmoniaco. Noſtrum tamen hunc Theodoſium, pie crediderim, uſque ad finem hujus ſeculi, permanſiſſe. Schiſma namque nondum ita coaluerat, ut ipſum alioſque inficere valuiſſet. Sane poſt Theodoſium, nauticam, in mari magno, pyxidem amittimus: Catalogumque Myrenſium Metropolitarum, moleſte ferimus integro ſeculo decimo interruptum: quod omnibus caremus monumentis, ad hiſtoriam neceſſariis. Quæ namque habemus Acta Conciliabuli Cpolitani anni 944. in cauſa Tryphonis Patriarchæ Cpolis, qui depoſitus eſt, Theophylacto Imperatoris Conſtantini Filio ſubſtituto; ex integro nihil proſunt. Hujus enim Pſeudoſynodi, habitæ, *menſe Februarii Indictione ſecunda*, Acta, & ſubſcriptiones non habemus; ut quæ paucis a Curopalate relata eſt. Sub ſancto Polyeucto Patriarcha, anno 963. numeroſa Synodus fuit habita: pro examinandis ſecundis nuptiis, Nicephori Phocæ Imperatoris (qui Leoni ſucceſſit, filioque ejus Romano) ejuſque ſententia indultum eſt, ut Theophanæ, relictæ Romani, legitimo ſecundo connubio jungeretur. Hæc etiam a Curopalate tantum habemus; nam Acta, & ſubſcriptiones perierunt. Cpolitana ſtrepitoſior fuit Synodus, anni 975. in qua (teſte eodem Curopalate) *Indictione tertia* Baſilius Patriarcha, de crimine accuſatus deponitur; inque locum ejus Antonius Studita ſubſtituitur. Sed quid inde exſculpas? Quod Acta, & ſubſcriptiones funditus perierunt.

rierunt. Atque hoc pacto, quæ retia miſimus; ſumum, & inania captaverunt: & ſolidum decimum ſeculum, ſine præda, & ſine ullo, quem exſiſtenti fuerimus, Myrenſi Metropolita, tranſactum eſt. Atque in hoc ſtatu rerum; ni male putem; quioque, ſex potius, caremus Metropolitis.

XLIII. ANONYMUS.
XLIV. ANONYMUS.
XLV. ANONYMUS.
XLVI. ANONYMUS.
XLVII. ANONYMUS.
XLVIII. ANONYMUS.

XLIX. LEO.

1. In noſtrum Catalogum, poſt tantum naufragium, Leo primus ingreditur, velut in portum, e ſex illis, ſervatus ſolus. Anno ipſe 1054. Myrorum erat Metropolita. Qui non eruitur ex longiſſima prima epiſtola S. Leonis PP. Noni (rectius *Octavi*) ad Cpolitanum Patriarcham Michaëlem (data Indictione VI. anni 152.) adverſus ipſum. Leonemque Acridani Epiſcopum, qui inaudita præſumptione, & incredibili ignorantia & vanitate, Latinorum Fidem, & Ritus, blaſphemantes; omnes noſtras Cpoli Eccleſias clauſerant, noſtra ſacrificia prohibuerant; irridenteſque; Schiſma acrius excitarant. Quod bellum, a Patriarcha Cerulario Michaele, anno 1054. inſtauratum; poſt Photiana tempora, adhuc durat. Sed noſter hic Leo, e Pſeudoſynodo Cpolitana eruitur, ejus anni. Cum enim anno ſequenti 1054., ſeptima Indictione, Cpoli die 21. Julii, a Legatis Apoſtolicis eo miſſis, ipſe cum ſectatoribus ſuis, omni vigore, & ſolennitate ſuit excommunicatus: & hæc ſententia, *ſub myſtica magnæ Dei Eccleſiæ menſa*, relicta eſt: mox Cerularius, ut eam legit, in Apoſtolicæ Sedis Legatos, idem anathema ſic intorſit. Allatius Semioma iſtud affert. (a) (In diſſert. a. pag. 161. in quo & conſeſſus habetur etiam Legatorum.

2. *Σημείωμα περὶ τοῦ ῥιφέντος πιττακίου ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ παρὰ ἀπὸ Ῥώμης πρέσβεων, κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, Κυροῦ Μιχαὴλ, μηνὶ Ἰουνίῳ* (corrige Ἰουλίῳ) *Ἰνδικτιῶνος ζ.*

Προκαθημένου Μιχαὴλ τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου, καὶ Οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου, ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμένων, συνεδριαζόντων αὐτῷ Θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν Θεοφάνους Κυζίκου καὶ συγκέλλου, Νικήτα Χαλκηδόνος, καὶ συγκέλλου, Λαυρεντίου Δυῤῥαχίου, καὶ συγκέλλου, Ἀνθίμου Σίδης, Νικολάου Πισινούντος, Λέοντος Μύρων, Λέοντος Τραπεζοῦντος, Ἰωάννου Σμύρνης, Εὐσεβίου Τραϊανουπόλεως, Κωνσταντίνου Μιτυλήνης, Νικολάου Χωνῶν, Ὑπατίου Ὑδροῦντος· καὶ ἀρχιεπισκόπων Λέοντος Καρυβιζύος, Γρηγορίου Μεσημβρίας, παρισταμένων, καὶ τῶν Πατριαρχικῶν ἀρχόντων. Οὐκ ἤρκει, ὡς ἔοικε, Χείρος τῷ πονηρῷ τῶν κακῶν. Διὰ τοῦτο γὰρ οὐ παύεται τοῖς εὐσεβέσιν ἐπιπαυόμενος, &c.

3. *Edictum, de projecto Pittacio in Sacram menſam, a Legatis Romanis, contra ſanctiſſimum Patriarcham, Dominum Michaelem, menſe Julio, ſeptimæ Indictionis.*

Præſidente Michaele Sanctiſſimo Domino Noſtro, & Oecumenico Patriarcha, a dextris Cathecumenorum, & ſimul cum ipſo conſidentibus, Dei amantiſſimis Metropolitis Theophane Cyzici & Syncello; Niceta Chalcedonis & Syncello, Laurentio Dyrrachii & Syncello; Anthimo Sides, Nicolao Piſiruntis, LEONE MYRORUM, *Leone Trapezuntis, Johanne Smyrnæ, Euſebio Traianopoleos, Conſtantino Mitylenes, Nicolao Chonarum, Hypatio Hydruntis; & Archiepiſcopis Leone Catabyziæ, & Gregorio Meſembriæ, aſſiſtentibus & Patriarchalibus Aulicis. Nequam ac improbo Dæmoni, non ſat fuit (ut videtur) malorum intuliſſe. Propterea namque nullum unquam finem fecit, in pios homines arrepens, &c.* Præter eum, & hos 14. Epiſcopos, dicitur in fine, col. 1465. *Aderant una cum aliis Præſulibus, qui nobiſcum conſidebant, Univerſi Metropolitæ & Epiſcopi, qui in Urbe degebant: nempe Leo Athenarum & Syncellus, Michael Sylæi & Syncellus, Nicolaus Euchaniæ & Syncellus; Demetrius Archiepiſcopus Cariæ, Paulus Lemni, Leo Cotradiæ, Antonius Zicchiæ.* Horum tamen, illorumque nemo ſubſcribit.

4. Cæterum Conſtantinus Monomachus Imperator, fuit Catholicus, & inter plurimos Schiſmaticos, quoad potuit, Fidei continuit retinacula. Sed in ea tempora, noſter hic Leo incidit: unde cuilibet fuerit difficillimum, eum ab illo Schiſmate liberare: ut qui ante, & poſt annum 1054., ſuo Schiſmatico acerrimo obtemperaverit Patriarchæ. Monomachus eodem anno 1054. obiit: Sub Theodora Porphyrogenita Cerularius triumphavit, & ſub Michaele Stratiotico, eo furoris proceſſit, & impotentiæ ut Stratioticum coegerit deponere Imperium, in Iſacium Comnenum anno 1057., qui paulo poſt, Conſtantino Lichude in ejus locum ſubſtituto, in exſilium eum egit: Commenus Conſtantino Ducæ Imperium tradidit. Johannes Xiphilinus Lichudi ſucceſſit anno 1066. Succeſſorem ejus Coſmam habemus ab anno 1078. & tempora ſemper iniquiora Religioni, Reique publicæ, Leo autem ſederit uſque ad annum 1065 ab anno 1040. circiter; & ſit defunctus ſub Lichude Patriarcha. Poſt Leonem, tres Anonymi, nobis deerunt.

L. ANONYMUS.
LI. ANONYMUS.

Iſto ſedente Anonymo; ſub Michaele Paphlagone Imperatore, & Alexio Patriarcha Cpolis; ab Agarenis anno circiter 1036. (dicit Johannes Zonaras) Myrorum civitas capta eſt (b). Vaſtata proinde urbe; & populi reliquiis, ſuperius traductis; a Barenſibus mercatoribus anno 1087. Sancti Nicolai noſtri, corpus ereptum fuit; & tranſlatum in Apuliam, Barium in Italiam. Divellentem ſibi capillos inducit, Venetus ille, qui ad annum 1097. ejuſdem Corporis e Myris Tranſlationem, Venetias factam obtrudit. En ejus verba (c): *Cum verò deportarentur, cum reverentia & multo gaudio, ſacræ reliquiæ; audiens hæc* ARCHIEPISCOPUS, *qui in caſtro quodam degebat; crines canos & barbam evellit. At Veneti, miſericordia commoti, capſellam unam de Altari ſumptam, cum centum Byzantiis aureis, pro reparatione Eccleſiæ, reddunt. Mittuntur certi nuntii, qui Venetiis, rem geſtam nuncient, &c.* Superius dixerat

(a) In Conſenſ.

(b) Zonaras in Michaele Paphlagone.

(c) Quæ habentur infra pag. 242.

Digitized by Google

rat ſomnium aliud : *Compertumque eſt , quod in præcipuis feſtivitatibus ; ARCHIEPISCOPUS , non ad altare ſancti Nicolai miſſam celebrabat ; ſed in loco plano , ſuper Sanctum Corpus , TRIPODEM ponebat ; ibique Divina myſteria celebrabat.* Tu ſi plura deſideras in hæc Acta ; vide hic infra pag. 141. 142. & 143. Sub hoc autem *Anonymo* , nil ejuſmodi , a Venetis factum eſt. Egit enim quædam iſtorum , ſequens , item

LII. ANONYMUS.

1. Sub hoc Anonymo Veneti , *Sancti Theodori martyris , & Sancti Nicolai , patrui Nicolai , corpora , e Myris anno* 1097. Venetias tranſtulerunt. Et hic eſt ille modo dictus *Archiepiſcopus* , qui ſibi *crines canos , & barbam* , ideirco *evulſit*. Nicolaus Patriarcha Chryſobergius , eum facile ordinarat. Is ſedit poſt Antonium Studitam , ab anno 1083. ad 1096. eique ſucceſſit Siſinius ; ut huic Sergius : qui poſt renovatum Schiſma acrius , anno 1019. defunctus eſt ; & Euſtathium habuit ſucceſſorem. Sub Nicolao Chryſobergio , & Alexio Comneno , Synodus Cpoli eſt habita , ad cultum ſacrarum Imaginum confirmandum . In qua inter 20. metropolitas , & multos Archiepiſcopos ; Metropolitano Myrenſi erat locus : interim inter tantos, nullus Myrorum Epiſcopus apparet. Præfuerunt Synodo Nicolaus Cpoli Chryſobergius , & Simeon Hieroſolymorum Patriarchæ . Ergo hæc Synodus eſt habita , paulo ante , vel in ipſo anno 1096. Poſt tertium hunc noſtrum Anonymum,

LIII. THEODORUS III.

1. *Theodorus III.* emergit : quem Myrenſium Metropolitam , anno 1147. offendimus ſedentem , ſub Emmanuele Comneno Imperatore , in Cpolitano Concilio , eo anno, die 26. Februarii , feria quarta (hæc cum Indict. decima , deſignant annum 1147.) in Blachernis , in cauſa Coſmæ Patriarchæ celebrato : in quo hic cum Niphone monacho , ut Bogomilus , eſt dejectus . Synodus iſta conſtitit ſolis 27. metropolitis , & tribus Archiepiſcopis. Octavuſque Metropolita ita ſubſcribit : *Ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης Μύρων Θεόδωρος , ὁρίσας ὑπέγραψα. Humilis Metropolita Myrorum Theodorus , definiens ſubſcripſi.* Anno 1156. Cpolitanum Concilium eſt habitum , ſub Patriarcha Luca die 26. Januarii : in quo Soterichus primus electus ad Patriarchatum Antiochenum , ob hæreſim damnatus , & gradu dejectus eſt . Interfuit illi Synodo Johannes Patriarcha Hieroſolymæ : & Metropolitæ *Epheſi , Chioviæ , primæ Juſtinianeæ , Cypri , Cæſareæ Cappadociæ , Heracleæ , Ancyræ , Cyzici , Nicomediæ , Niceæ , Chalcedonis ; Sidæ , Theſſalonicæ , Neocæſareæ Claudiopolis , Laodiceæ , Corinthi , Athenarum , Amaſtridis , Moceſſi, Patrarum , Lariſſæ , Nicopolis , Naupacti , Philippopolis , Adrianopolis , Apameæ , Corcyræ , Methymnæ , Attaliæ , Paronaxiæ , Meſembriæ , Bizys, Arcadiopolis , Parii , Selybriæ , Carabyziæ , Lemni , Heracliæ* , GEORGIUS PATARORUM (quid ultra?) Hircaniæ , Dabyſſenorum, Argi; Demetriadis, Artæ , Antandri , & Synetorum . Hæc ex Niceta habemus Choniate , & Johanne Cinnamo.

Inter quos metropolitas , ſatis mirari non poſſumus; non haberi , noſtrum utique Myrenſem Theodorum ; haberi vero ejus Patarorum Epiſcopum Georgium. Plura de hoc Theodoro Archiepiſcopo, non habemus . Ei autem ſucceſſerit.

LIV. CHRISTOPHORUS.

1. *Chriſtophorus* 1166. , interfuit & ſubſcripſit , Concilio Cpolitano ſub tribus Patriarchis habito, Luca Chryſobergio Cpolis, Athanaſio Antiochiæ & Nicephoro Hieroſolymæ; & pluribus Epiſcopis: inter quos ; loco 51. Chriſtophorus noſter legitur. Ex Allatio (*a*) erutum , a Collectore Harduino (*b*) , refertur tantum Latine : Sex enim ejus capita, quæ Græco-Latine afferuntur , e Triodio evulſa ſunt. Præſtabat autem Acta ipſa edidiſſe Græcolatine, quam ſummatim ea referre ; & ſubſcriptos (majori ex parte , autographos , in Codice) ex ordine recenſere . Sane in hac Synodo , Demetrius Epiſcopus Lampes , Johannes Corcyræ , Conſtantinus Bulgariæ , & Johannes Irenicus, de Natura divina male & obſtinate ſentientes; ſuis privati dignitatibus, in exſilium pulſi ſunt. Synodo numero ſpectatiſſimo , anno 23. Manuelis Imperatoris habitæ , adfuere , ut dixi : Lucas Patriarcha *Cpolitanus* , Athanaſius *Theopolitanus* , Nicephorus *Hieroſolymitanus* : *Cæſareæ* Cappadociæ Stephanus : *Epheſi* Nicolaus : *Heracleæ* Michael : *Niceæ* Georgius : *Amaſeæ* Leo : *Gangrorum* Johannes : *Claudiopoleos* Johannes : &c. *Athenarum* Nicolaus : *Corinthi* Theodorus : *MYRORUM CHRISTOPHORUS* : *Cariæ* Leo : *Iconii* Johannes : *Neocæſareæ* Baſilius : *Derci* Johannes : *Anchiali* Stephanus: &c.

2. Michael Anchialus , qui Lucæ ſucceſſit , anno 1168. habito Cpoli Conciliabulo , author fuit, ut ſe Græci , penitus ab Apoſtolica Sede ſegregarentur. Rem ab eodem Allatio , ibidem habemus; quæ ſic ſe habet : *Comnenus Michael Imp. videns, in dies , Schiſmaticorum procacitatem , augeri contra Latinos , Concilium Cpoli indixit ; ut querelis ſopitis ; modus ad pacem cum Latinis conciliandam, inveniretur. Sed nefarius homo Michael Anchiali Patriarcha ; ſpecie pietatis , a propoſito avertit omnes. Quare nihil in ea Synodo eſt concluſum.* Ex *Dialogo id colligitur , quem ipſe Patriarcha conſcripſit ; in quo Imperatorem anxie optantem pacem , & ad eam ſummis conatibus aſſequendam , contendentem ; vehementius eſt dehortatus. Aderant multi Latini Antiſtites , qui cum fruſtra multa dixiſſent & audiſſent ; tandem re deſperata , Imperator & Synodus , & Univerſus Senatus , ſuum calculum contulerunt ; ut totali ſeparatione Papam , & qui cum eo ſentirent , omnes abſcinderent ; ſuper his Deo judicium relinquentes.* Animum Patriarchæ cognoſcas , ex his , quæ maxime hominem torquebant . Primatus Papæ ſuper omnes Eccleſias : Appellationes undique ad ipſum : prima ejus Commemoratio in divinis. Inter hos Schiſmaticos, qui ſe ut jumenta trahi ab Anchialo ſiverunt ; noſter Chriſtophorus fuerit , nullus dubito. De quo nulla amplius mentio : quamobrem , eum magnæ Dei miſericordiæ , ſatius fuerit reliquiſſe.

(a) Allatius lib. 2. de conſenſu cap. 12 num. 3.

(b) Harduin. tom. 13. Concil.

LV. EUSTATHIUS.

1. *Iiſdem temporibus ; Manuele Comneno Imperatore, Euſtathius monachus Cœnobii S. Flori, & magnæ Eccleſiæ Diaconus , Rhetorumque Magiſter ; Myrenſis Eccleſiæ Metropolita deſignatus fuit. Qui poſt quam electionem ſuam, admiſerat ; ab Imperatore ad Theſſalonicenſem Sedem translatus fuit. Hæc Demetrius Chomatenus , Reſponſ. ad Conſtantinum Cabaſilam. Juris Græco-Romani lib. 5. pag. 317.*

2. Sanè verò , poſt Chriſtophorum , qui alii fuerint deinceps Myrenſes Metropolitæ ; defectu monumentorum , noſtris diligentiis nondum datum eſt invenire. Spes erat , quid nanciſcendi, in Lateranenſibus III. & IV. Conciliis Generalibus , ex annis 1179. & 1215. Sed in illis , Patrum 302. nulli Græci præter *tres Phœniciæ* , *Cœleſyriæ unum, & quatuor ex utraque Palæſtina*, quæ Latini Reges dominabantur. Vixque ex eo exculpas , Nectarium quendam Hegumenum monaſterii Caſulorum , in eo obſtinatiſſime interfuiſſe , ex epiſtola Georgii Epiſcopi *Corcyrenſis* , eadem pice infecti ; qui pro Epiſcopo *Athenarum* anonymo , Legationem , Cpolim ſubierat. Et in Lateranenſi IV. ubi fuerunt 412. Patres , cum Patriarcha Cpolitano & Hieroſolymitano (& Antiocheno, & Alexandrino per Legatos) inter 71. Primates , & Metropolitas , ſcribitur ab Innocentio III. Archiepiſcopo & Epiſcopis per *Cyprum* conſtitutis, per *Armeniam. Heracleenſem* Provinciam , *Athenienſem* , *Theſſalonicenſem*, & *Lariſſenum* Provinciam , *Patracenſem*, & *Cretenſem* , *Philippenſem* , *Bulgariam* , *Nazarenam* : ac tandem Archiepiſcopis & Epiſcopis, per Cpolitanam Provinciam conſtitutis , ut veniant , aut ad idem Concilium viros idoneos deſtinent, qui eorum negotia debeant fideliter procurare. Inter tantos Archiepiſcopos, & Epiſcopos , nemo occurrit Myrenſis, vel Lycius , ſaltem Anonymus. Sed meminerimus aſſentatorio & non ex animo Græcos , ſub Latinis Cpoli & Hieroſolymis Principibus, ad ſanctam Unionem rediiſſe. Patriarcha Cpolis erat ſanctus Thomas Maurocenus ; Hieroſolymorum ; Gallus Albertus , cui ſcribit ſeparatim Innocentius. Gaufridus Malaterra in Annalibus ad hunc annum , ſcribit : *In hoc Concilio , Orientalis Eccleſia (quod antea inauditum fuit) ſe ſubditam Romanæ Eccleſiæ exhibuit. Nam Cpolitani duo in Patriarcham electi , Romam venerunt. Qui* (Innocentius) *ambos conſilio Cardinalium depoſuit ; & tertium ſubſtituit & inveſtivit , & ad Sedem propriam remiſit*. Sed malum omne , quod de tanto Concilio nullæ habeantur ſubſcriptiones.

LVI. MATTHAEUS.

1. *Doſitheus Hieroſolymitanus lib. 11. de Patriarchis Hieroſol. cap. 11. Paragr. 7. pag. 1181. ubi de Græcis Scriptoribus , qui nupero ſeculo claruerunt* , Matthæum Myrorum Metropolitam *trigeſimo ſecundo loco memorat ; qui multa verſibus ſcripſit : nec non Canones contra Latinos*. Τριακοστὸς δεύτερος Ματθαῖος μητροπολίτης Μυρέων, ὁ συγγραψάμενος πολλὰ διὰ στίχων, καὶ κανόνας κατὰ Λατίνων.

2. Nec noſtro uſui medelam affert, primum Lugdunenſe Concilium Oecumenicum , habitum anno 1245. ſub Innocentio IV. , in quo Cpolitanus Imp. ſedit prope Pontificem , & duo interfuerunt Patriarchæ, Cpolitanus & Antiochenus , & ob eundem defectum ſubſcriptionum , neminem expiſcamur Epiſcopum Lycium , vel Myrenſem , ex 140. Epiſcopis , quibus conſtitit. In Concilio Cpolitano , anni 1272. in quo interfuere 36. Metropolitæ ex Aſia , & Europa cum ſuis ſuffraganeis , & inſtante Michaele Palæologo Imp. , unio Græcæ Eccleſiæ cum Latina decreta eſt ; ſed Johannes Veccus Chartophylax , annuente Joſepho Patriarcha , impudenter eam evertit. Tunc Græci Epiſcopi a Patriarcha impio diſceſſerunt , deque his Gregorium PP. X. monuerunt . Hæc ipſorum epiſtola habetur , item & reſponſio Papæ , Latino utraque idiomate. In quo demiror ego , non quod Papa ſine eorum proprio nomine ; ſed quod , ipſi ſic ſcripſerint Anonymi Romano Pontifici : Hoc mihi novum. Metropolita *Epheſius*, Exarchus totius Aſiæ ; cum ea , quæ circa me eſt , ſancta Synodo : Metropolita *Heracleæ* in Thracia , cum ea, quæ circa me eſt , ſancta Synodo : Metropolita *Chalcedonis* , cum ea , quæ circa me eſt , ſancta Synodo : Metropolita *Tyanorum* , cum ea , quæ circa me eſt ſancta Synodo : Metropolita *Iconii*, &c. *Metropolita Naupacti* , &c. Metropolita *Heracleæ Ponti* , &c. Ita & poſtea 22. alii Metropolitæ, & novem Archiepiſcopi : *Adhuc autem cum nobis , Pontificibus , & magna Synodo*. Hoc ego demiror: ſed quod maxime ſtupeo , & admiror , eſt ; inter tot Metropolitas , nullum haberi locum , in quo exhibeatur Myrenſis Metropolita. Nec , nos juvat diverſitas aliqua , quæ invenitur in reſponſione Papæ , & adjectio , aliquorum : ut *Sardenſis Lydiæ* ; *Nicomediæ* , *Niceæ* , *Philadelphiæ* , *Theſſalonicenſis* , *Rhodienſis* , *Philippenſis* , *Smyrnenſis* , *&c.* nam nec inter iſtos , aliquis *Myrenſis* eſt vel *Anonymus*.

3. Venerunt reapſe Græci , cum Michaele Palæologo Imp. ad Concilium II. Lugdunenſe Generale ; quod habitum eſt anno 1274. a Kal. Majis , & facta eſt unio firmata ſubſcriptionibus & ſacramento. Verum ubi in Patriam redierunt , ab hac fide , & promiſſione ſubito receſſerunt. Quamobrem PP. Martinus IV. & Gregorii X. ſucceſſor, in Urbe Veteri anno 1281. Michaelem Palæologum , ipſoſque fidefragos , excommunicatos (ut patet ex editis ejus literis) renunciavit. Adeſt Synodus , ſed de inductis moribus, nullas eorum ſubſcriptiones , qui interfuerunt & ſubſcripſerunt, amplius eſt videre. Ante autem hæc tempora , defuncto Joſepho Schiſmatico Patriarcha , eidem ſubſtitutus Johannes Veccus, qui mox Romanam Fidem & Primatum profeſſus , anno 1277. in plenario Cpolitano Concilio , Synodicam ſcripſit , & Acta miſit , ad Johannem PP. XIX. , quæ edita eſt , tomo 14. Conciliorum. Hæc Acta ſunt , a menſe Aprili ; ad 16. menſis Julii Minor Synodus, Cpoli habita ; qua Veccus Schiſmaticos omnes, qui concordiam reſpuebant , extra communionem Fidelium eos ejicit. Hæc cauſa , qua Veccus dejectus eſt Patriarchatu , eique datus ab Imperatore Andronico Palæologo & Schiſmaticis ſucceſſor , Gregorius , ſeu Georgius Cyprius Patriarcha , eadem infectus pice. Hi anno circiter 1286. Cpoli habent Synodum , in qua intereſt etiam Athanaſius Patriarcha Alexandrinus, & ingens Epiſcoporum Cœtus : Diſputat pro Latinis Veccus e carcere addu-

ctus

ctus : ſed fruſtra. Ex qua fruſtra magis Lycium Epiſcopum expiſceris, vel Myrenſem Metropolitam. Georgius Pachymeres caret ſubſcriptionibus; nec ejuſmodi tinnit aliquem.

4. Ne ſim longior, mitto Pſeudosynodum Cpolitanam anni 1341. in qua Gregorii Palamæ Theſſalonicenſis Epiſcopi errores, in Barlaamum (a), & Gregorium Acindynum confirmantur. Sub Andronico Palæologo & Johanne Fil. Impp. & Patriarchis Iſidoro *Cpolitano*, & Lazaro *Hieroſolomytano*; & per Legatos, *Alexandrino*, & *Antiocheno*. Proinde a Nilo in Synopſi, *Oecumenica* dicta fuit; ſaltem ob numerum Epiſcoporum, qui interfuerunt. Mitto, inquam, quia de ea nullas habemus ſubſcriptiones, nec Acta aliqua: & tranſeo ad Pſeudosynodum aliam Cpolitanam, anni 1350. cujus Acta Græcolatine habemus, beneficio Combefiſii, longa, & diffuſa, & cum ſubſcriptionibus Imperatorum Cantacuzeno, & Palæologo; Calliſti Patriarchæ *Cpolis*; Philothei, Exarchi totius Thraciæ & Macedoniæ, Epiſcopi *Heracleæ*; Gregorii prædicti Palamæ Metropolitæ *Theſſalonicenſis*; Arſenii *Cyziceni*, Macarii *Philadelphiæ*; Jacobi *Chalcedoniæ*; Metrophanis *Melanici*, & viginti aliorum Metropolitarum: Interfuerunt etiam Epiſcopi, qui ſuberant *Thracienſi*, *Heraclienſi*: *Theſſalonicenſi*, & *Sardiano*. Ex tot Metropolitis & Epiſcopis; Lycius nemo, nemo Myrenſis. Philotheus Patriarcha Cpolis poſt Calliſtum, anno 1354. hæc eadem confirmavit. Eadem cauſa ac ſuperior: & canonizatio errorem Gregorii Palamæ, in Calabrum Barlaamum, & Acindynum.

5. Deinceps ab aucupio hujuſmodi infeliciſſimo, deſiſtere dignum fuerit. Opus enim eſt deſperatum: ita ut, ne quidem in Oecumenico Concilio Florentino anni 1439. Myrenſis aut *Lycius aliquis habeatur*. Ibi antem cum Græcorum Imperatore interſuit Joſeph Patriarcha, Marcus *Epheſius*, Iſidorus Chioviæ Ruſiæ, Antonlus *Heraclienſis*, Doſitheus *Monembaſiæ*, Ignatius metropolita *Tornobi*. (hi Vicarii etiam Patriarchatum Philothei *Alexandriæ*, Dorothei *Antiochiæ*, & Joachimi *Hieroſolymæ*) Dorotheus *Mitylenenſes*, Joaſaph *Amaſienſis*, Damianus *Moldoblachienſis*, Iſaias *Stauropolitanus*; Nathanael *Rhodius*, Calliſtus *Dyſtrenſis*, Gennadius *Gannenſis*, Doſitheus *Dramenſii*, Euſtratius *Melenici* (alias Matthæus) Sophronius *Anchiali*, 18. Metropolitæ *Iberiæ*, & ejus Epiſcopus, & per ſuos Legatos (unum ex prædictis metropolitis), *Cæſarienſis*, *Ancyranus*, *Nicomedienſis*, *Sardenſis*, *Sidenſis*, *Sebaſtenus*. In tempore Synodi Patriarcha Joſeph mortuus eſt. Papa Eugenius urget Græcos de ibi eligendo ſucceſſore. Antiſtites, Imperator firmiter obſiſtunt. Ajunt Cpoli eſſe eligendum, & conſecrandum. Quandoquidem ergo, a XII. ſeculo, alius Myrenſis Metropolita, aut Lycius ſuffraganeus, non apparet; inanem, deſperatum laborem mittimus: non reſumendum, niſi poſtquam e Vaticanis, aliiſque Codicibus, effulgeant nova lumina: quibus etiam innoteſcat; quid de Provincia Lycia, eatenus factum fuerit.

FINIS, ET LAUS DEO.

EPISCOPORUM MYRENSIS SYNODI CATALOGUS.

QUod hic præcipue, brevitati ſtudendum ſit; non abs re fuerit, longam horum ſeriem reſecare, & ſeponere ſuo loco & tempori: & poſt Myra; pauca tantum ad ſpecimen, exhibire: in primis autem quæ ſpectent Epiſcopos Pararenſes; quorum cauſa hactenus laboratum, Sint igitur ex his paucis

EPISCOPI OENOANDENSES.

Οἰνόανδα: *Oenoanda* (corrupte alias, *Incanda*, *Ynarda*, *Oenanda*, *Inianda*) Livio, Straboni, Plinio; ad Tauri radices montis, mediterranea urbs eſt *Lyciæ*; una ex tribus Cabaliæ Tractus, in quo præter eam, ſunt Balbura, & Bubon. Ea ſexaginta millia paſſuum, a Myra in Septemtrionem diſtat; quindecim millia a Balbura, triginta millia a Bubone in ortum, & a Cabyra, paulo amplius. Epiſcopalis eſt civitas, ſub Myrenſi Metropolita. Ejus hi, qui ſequuntur, Epiſcopi inveniuntur:

PATRITIUS.	Anno 381.
CYRINUS.	Anno 457.
PALMATIUS.	Anno 520.
PAULUS.	Anno 536.
GEORGIUS.	Anno 680. 681. 692.
GEORGIUS.	Anno 787.
NICOLAUS.	Anno 879. 880.

EPISCOPI OLYMPIENSES.

Ολυμπος; Olympus urbs Lyciæ Straboni, & Plinio, ad Olympum montem (qui aliquando, Maximo Tyrio teſte, ignem evomit) olim *Aractia*, modo *Laville*, nonnullis dicitur: in ora litorali eſt, prope Phaſelidem, Epiſcopalis, ſub Lycio Metropolita. Cujus Epiſcoporum ſeries, hæc invenitur; ſub nomine *Olympeni*, & *Olympienſis*.

S. METHODIUS martyr; cognomento Eubulius, Anno circ. 300.
ARISTOCRITUS. Anno 431. 451. (b)
ANATOLIUS. Anno 457.
JOHANNES. Anno 520.

EPISCOPI PATARENSES.

Patara urbs Lyciæ, in ora maris Pamphylii (aliquando *Arſinoe*, a Ptolempo Philadelpho ab uxo-

(a) Ex urbe Epiſcopali Seminaria in Calabria Ulteriori, quæ nata e ruinis antiquæ Eccleſiæ Taurianæ. Damnatus fugit Romam ubi a PP. Innoc. VI. Epiſcopus Hieracenſis, in ſua Provincia, factus eſt.

(b) Alias *Ariſtocrates*.

uxorem dicta teſte Strabone; & *Saturas* teſte Plinio) in colle, prope Oſtia Xanthi fluvii, Epiſcopalis antiqua eſt, ſub Archiepiſcopo Myrenſi Pataram *caput gentis* dixit Livius (*a*). Etiam nunc dicitur *Patera*, Sophiano & Nigro: ſed ſub Imperio Othomannico, ſatis parva: quæ antiquitus, inter ſex maximas Lyciæ, numerabatur. A *Patara* Apollinis filio nomen habere, omnea, Strabo Plinius, teſtantur. Idem ait & Stephanus. Ea quondam clara, oraculo & Templo Apollinis; qui ibi per hyemem ſex menſibus reſponſa dabat (unde Patareus dictus fuit) Deli verò, reliquis ſex menſibus; ut Servius author eſt. A Myris viginti ſex millia paſſuum diſtat, in meridiem: quindecim a Xantho; & octoginta circiter a Rhodo, in ortum, Attaliam verſus. Patarenus nomen gentis. Anno 536. huc exſulatum miſſum S. Silverium Papam, in Prolegomenis vidimus; & ab Epiſcopo Licinio Juſtinianum deprecante, mox in Italiam (ſiniſtro tamen eventu). remiſſum eſſe. Hujus Eccleſiæ Epiſcopos, hos collegimus.

EUDEMUS I. (*b*)	Anno 325.
EUTHYCHIANUS.	Anno 359.
EUDEMUS II.	Anno 375. & 381.
CYRINUS. (*c*)	Anno 451.
LICINIUS.	Anno 536.
ANASTASIUS.	Anno 786.
THEODULUS.	Anno 880.
GEORGIUS.	Anno 1156.

EPISCOPI PINARENSES.

Pinara urbs Lyciæ, mediterranea, ad montem Caſium, Straboni, Ptolemæo, aliis, valle amœna eſt, & Epiſcopalis ſub Myrenſi metropolita. Vulgo, teſte Ferrario, adhuc *Pinara*. Populi Plinio *Pinaritæ*: qui eam inter ſex maximas Lyciæ urbes numerat. Didyma civitas ei unita reperitur, jam tum a ſeculo quarto: eoque nomine aliquoties, ejus Epiſcopi inſigniuntur. *Pinarorum* & *Didymorum*. Infra Cragum, montem Oſtiverticem, jacent Pinara, quæ, ut una de Lyciæ urbibus *maximis*, *jus habuit trium ſuffragiorum. Ibi Pandarus colebatur: ejuſdem fortaſſe nominis cum Trojano.*

QUALIS POPULEA, MOERENS PHILOMELA SUB UMBRA.
FILIA PANDAREI (*d*).

Nam & hunc, Lycium dicunt. Sequitur Xanthus fluvius. Hactenus Strabo lib. 14. Nos ejus urbis Antiſtites, ita, ob Nicolaum, conſarcinamus, & aliquanto uberius, eorum geſta exponimus. Poſt Myra; Fidem credimus Pinara, ſuſcepiſſe: mihi dubium a primo ſeculo; certius a tertio Epiſcopos habuiſſe, hactenus ignoratos. In quarto prodit prior omnium.

I. EUSTATHIUS.

1. Qui male ſuo nomini correſpondit. *Conſtans* enim in Fidem, *Pertinax* dicitur in perfidia. A rigido Ariano incipimus; quod dolet. *Ejuſdem* ſubſtantiæ, cum Patre; dicebant *Catholici*: *ſimilis* ſubſtantiæ *Semiariani*: *diſſimilis* ſubſtantiæ *Ariani*, *Anomæi* & *Acaciani* (qui idem ſonant) eſſe Chriſtum. Mitiores ergo erant, hæretici, Semiariani. Ariani rigidiores. Adeo autem Semiarianis iſta diſplicuerant, ut anno 359., a Conſtantio Auguſto collecti apud Seleuciam Iſauriæ urbem, Synodum habuerint, & Acacianos damnaverint, rigidos Arianos. Inter hos erat Euſtathius noſter, qui cum quadraginta duobus aliis, ejuſdem farinæ hæreticis, cum Georgio Alexandrino, Acacio Ceſareæ Palæſtinæ, Baſilio Ancyrano; novam Fidei profeſſionem ſcripſerant, & ſubſcripſerant. Inter hos ita ſubſcripſit Εὐστάθιος Ἐπίσκοπος Πιναρῶν, καὶ Διδύμων: *Euſtathius Epiſcopus Pinarorum, & Didymorum*. Quid de Euſtathio poſtea factum ſit ignoramus, & num in ſua hæreſi ſit immortuus. Veriſimilius eſt permanſiſſe; nam hæc vulnera curationis ſunt difficillimæ: & tempora, quæ ſequuntur Juliani Apoſtatæ, & Valentia Impp., in mea ſententia me confirmant.

2. Poſt Euſtathium, quis ſederit, ignoratur: & uſque ad annum 457., tres Anonymos propterea deſideramus: quorum aliquis potuerat apparere in Synodo Epheſina ſub Chryſoſtomo anno 399 vel 400., ad Quercum Chalcedonis anno 404. ſub Theophilo Alexandrino: in Synodis Generalibus Epheſina anno 431. & Chalcedonenſi anni 453., ſed fruſtra per ea tempora & loca quæſiti ſunt. Tres igitur credo Anonymos: ſed quartus ſit Heliodorus, qui potuit ſediſſe jam tum ab anno 453.

II. HELIODORUS.

Anno enim 457. die 28. Martii, ipſa in Cœna Domini die S. Proterius Patriarcha Alexandrinus, poſt dejectum Dioſcorum hæreticum; factione Timothei monachi Eutychiani, trucidatus in ſua Eccleſia, in baptiſterio, eſt modo barbariſſimo: & Timotheus, a duobus ob hæreſim depoſitis Epiſcopis, in ejus locum eſt ſubſtitutus, Catholica tunc factio, & hæretica, ad Imp. Leonem, qui Ipſis diebus ſucceſſerat Marciano, recurrit, ut pro ſe quiſque Principem occuparet. Sapientiſſime autem ſe geſſit Leo. eodem anno vel ſub initia ſequentis 458. ſcripſit Leoni PP., Anatolio Cpolitano, Baſilio Antiocheno, Juvenali Hieroſolymitano, aliiſque Epiſcopis: inter quos trigeſimum locum tenuit: Petrus Myrorum Metropolita; ut ſe conſulerent, quid hac in cauſa, ſuarum erat partium faciendum. Quiſque ſuam, ita Petrus Myrenſem quoque Synodum collegit: hinc laudando impenſe Zelum Imperatoris ſcripſit & ipſe & ejus Synodus, ſuam ſententiam, in ea verba, quæ modo ſervantur tomo 4. Conciliorum. Ubi inter alia dicunt: *Ad juſtam igitur indignationem, te rogamus, excitamus, atque ſupplicamus, ut baptiſteria & altaria, Sacerdotium, Regulas vindices Patrum, ſceleris Domino ferventiſſime culta, provideas Eccleſiis Salvatoris quietem. Quantum enim ex lectione precum, & ſcelerum commiſſorum, quæ illic referuntur, agnovimus; mercenarius, & non Paſtor, probatus eſt Timotheus. Occulte namque, latrocinanter, & non regulariter per januas ſanctarum Regularum, ad ovium caulas ingreſſus eſt. Adulter Timotheus. * Incredulo pejor Timotheus; negat enim ſanctum Chalcedonenſe Concilium. * Pene lacrymis, & non atramento noſtram ſupplicationem conſcripſimus, rogantes & ſupplicantes, & tanquam proſtrati præſentes; ut non ſinatis inimicas Eccleſiæ, Sanctas Dei Eccleſias conturbare. * Expellite de Caecilia peſtilentiam, & virum ſanguinum auferte de medio; * & Proterium ſanctæ memoriæ, * magna voce clamitantem clementer audite.*

(a) Liv. lib. 37. (b) Hunc mss. aliqui, *Odonem* corrupte dicunt: ſed recte *Lyciam*.

(c) Melius *Quirinus*. (d) Odyſſeæ verſ. 527.

dite. Hinc ſubſcribit *Petrus miſericordia Dei Epiſcopus Myrensis. Metropolis ſanctæ Dei Eccleſiæ*; hinc loco vigeſimo & penultimo. *Nicolaus Archidiaconus ſubſcripſi in loco Heliodori Epiſcopi Pinarenſis, ſimiliter.* Diſplicuit, Græcum textum nondum haberi. Inter hæc verba, Heliodorus noſter zelo repletus loqui, mihi eſt viſus.

3. Mortalem ſaltum uſque ad annum 692. facere oportuiſſet, ni, anno 547. noſter Sanctus Nicolaus nos ſuccurriſſet. Septuaginta ſaltem anni intercurrunt, ab anno 470. circiter, ſine Epiſcopis Pinarenſibus: qui, Anonymi tres alii duci poſſunt. Ultimum dicere poterat Artemas, ſed non fecit. Huic datus ſucceſſor eſt Nicolaus.

III. S. NICOLAUS.

Vitam ejus hic non præſtamus: qui eam optat, habet in opere. Demus ergo hic tantum tempora ejus vitæ; ejus Epiſcopatus, & mortis. Natus eſt prope Myra in oppidulo, quod Pharroa nuncupabatur, anno circiter 480. Lector a Nicolao Myrenſi metropolita, anno 490. decennis ordinatur. Poſt mortem avunculi fit Archimandrita S. Sionis: ordinatus anno 510. circiter jam presbyter a Theodoro, qui metropolita ſucceſſerat Nicolao. Anno 547. a Philippo Myrenſi Archiepiſcopo, fit Epiſcopus Pinarorum & Didymorum. Interfuit Myrenſi Synodo an. 550., habitæ ex cauſa Trium celebrium Capitulorum. Sedit annos quinque. Denatus eſt anno 551. ætatis ſuæ annorum 72., die ſexta Decembris, feria quarta, Indictione xv., Juſtiniani Imp. anno 25.

Poſt S. Nicolaum, ſilentium uſque ad annum 692., & Synodum Quiniſextam. Eo enim anno (poſt lacunam ſex, ut minus, Anonymorum Pinarenſium Epiſcoporum) apparet, quem ſufficimus.

IV. ZENAS.

Si Quiniſextum, *plenarium* dicas; haud male loqueris; fuit etenim Epiſcoporum numero 108., ſi vero *Univerſale*, ut illi Patres voluerunt: male admodum ſentis. Nam, quod Quinta & Sexta Synodus, Canones non fecerunt; ipſi farraginem Canonum conflarunt; quorum multi ex apocryphis conſtant; multi verò, quos Eccleſia reprobavit. Ut & titulum *Oecumenici*; quum conſtiterit ſolis Orientalibus. Quidquid de merito hujus Conciliabuli, habiti Cpoli, juſſu & præſentia Juſtiniani minoris, anno prædicto 692.; inter ſubſcriptiones poſt medium, Zenas noſter ſubſcripſit. Præſtat autem afferri quoque, qui ante & poſt ipſum, Lycii ſubſcripſerunt. Ζήμαρχος ἐπίσκοπος πόλεως Σιδυμέων, ἐπαρχίας Λυκαονίας (margo advertit bene *Pro* Λυκίας) ὁρίσας. ὑπέγραψα: Γεώργιος ἐπίσκοπος Τοιανδοῦ (margo Οἰνιάνδου) ἐπαρχίας Λυκίας ὁρίσας ὑπέγραψα: Θεόδωρος, ἐπίσκοπος πόλεως Ἀράζων (margo Αράξων) ἐπαρχίας Λυκίας, ὁρίσας ὑπέγραψα: Ἰωάννης ἐπίσκοπος Τλιέτης (margo Τετλῆς, vel Τετλῶν male) ἐπαρχίας Λυκίας ὁρίσας ὑπέγραψα: Ζηνᾶς ἐλάχιστος ἐπίσκοπος πόλεως Πιναρέων, ἐπαρχίας Λυκίας, ὁρίσας, ὑπέγραψα: Γεώργιος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος Ξάνθου ὁρίσας ὑπέγραψα: Θεόπεμπτος ἐπίσκοπος πόλεως Τρεπολυκάδας, ἐπαρχίας Καρίας, ὁρίσας ὑπέγραψα. (Margo hic peſſime Στρατονικείας: quod nec avis, nec piſcis eſt: Nec advertit τῆς Καρίας, ex vicinia textus, huc irrepſiſſe, vitio Amanuenſis. Τλώων Λυκίας ἐπαρχίας eſſe debere. Verſio iſta eſt: *Zemarchus Epiſcopus civitatis Sidymorum Prov. Lyciæ definiens ſubſcripſi. Georgius Epiſcopus Oeniandi Prov. Lyciæ def. ſubſcr. Theodorus Epiſcopus civ. Araxorum Prov. Lyciæ defin. ſubſcr. Johannes Epiſcopus Tlattæ Prov. Lyciæ, defin. ſubſcr. ZENAS MINIMUS EPISCOPUS CIV. PINARII Prov. Lyciæ def. ſubſcr. Georgius minimus Epiſcopus Xanthi, def. ſubſcr. Theopemptus Epiſcopus civ. Tloon Lyciæ Prov. def. ſubſcr.* A Polyeucto Myrorum metropolita, fuiſſe ordinatum cenſemus Zenam. Cæterum, alia de eo ignorantur, & num caput immiſerit in octavum ſeculum, (ut alioqui eſt veriſimile) & hinc vixerit. Poſt eum duos, Anonymos ſediſſe ducendum eſt. Anno enim 787. ſedebat.

V. THEODORUS.

Sub initia, non Leonis (qui Conſtantino Copronymo Patri ſucceſſit) ſed Conſtantini ejus filii (qui errantes ſecutus eſt), a Collegatu, anno 14. Conſtantinopoli, habitum eſt Conciliabulum, juſſu hujus Imp. anno 754. die iv. Idus Februarias, uſque ad vi. Aug. Indict. vii. a Collegatu cum Patre: quod Generale Septimum dictum eſt, ſub titulo ſibi aſſumpto, *Sanctæ, Magnæ, & Univerſalis Synodi*; ob ſacrarum Imaginum totalem everſionem. Graſſata hinc latiſſime iſta hæreſis, uſque ad annum 786. Irene Imperatrix, una cum Conſtantino, filio hujus impii Conſtantini; de reſtituendis imaginibus ſerio cogitarunt. Quod autem eo anno variis ex cauſis, haberi non potuit; ſequenti 787. glorioſe celebratum eſt Niceæ Bithyniæ, & hinc II. Nicena, Generalis eſt Septima nuncupata. Prima Actio ab octavo Kal. Octobris Indict. xi. Actio 8. & ultima ad x. Kal. Novembris ejuſdem Indictionis, habitæ ſunt. In illa præſcribunt Epiſcopi, qui interſunt: atque inter illos ſub finem, hi quoque Lycii: *Leone Epiſcopo Corydalenſium, Anaſtaſio Epiſcopo Patarenſium, Georgio Epiſcopo Niſſæ, Stephano Epiſcopo Araxorum, THEODORO EPISCOPO PINARORUM, Nicodemo Epiſcopo Sidymenſium, Georgio Epiſcopo Oeniandi, Conſtantino Epiſcopo Candybenſium, Stauracio Epiſcopo Zenopoleos, Leone Epiſcopo Limyrenſium, Stephano Epiſcopo Caunenſium, Conſtantino Epiſcopo Tloenſium, Conſtantino Epiſcopo Combenſium, Petro Diacono & Vicario Oryandenſium, Joanne Diacono & Vicario Phaſelidis.* In hac Actione non præſcripſit Theodorus Metropolita; ſed poſtquam fuit admiſſus. Græca hæc ſunt: Λέοντος ἐπισκόπου Κορυδάλλων, Ἀναστασίου ἐπισκόπου Πατάρων, Γεωργίου ἐπισκόπου Νισσῶν, Στεφάνου ἐπισκόπου Αράξων, Θεοδώρου ἐπισκόπου Πινάρων, Νικοδήμου ἐπισκόπου Σιδύμων, Γεωργίου ἐπισκόπου Οἰνιάνδου, Κωνσταντίνου ἐπισκόπου Κανδύβων, Σταυρακίου ἐπισκόπου Ζηνοπόλεως, Λέοντος ἐπισκόπου Λιμύρων, Στεφάνου ἐπισκόπου Καύνων, Κωνσταντίνου ἐπισκόπου τῶν Τλώων, Κωνσταντίνου ἐπισκόπου Κόμβων, Πέτρου διακόνου καὶ τοποτηρητοῦ Ορυάνδων, Ἰωάννου διακόνου καὶ τοποτηρητοῦ Φασήλιδος. Actione 2. ſubſcribit in fine: Λέων ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Κορυδάλων; ſed poſt medium, omnes alii ſuprapoſiti. In fine 3., nemo præſcribit aut ſubſcribit. In fine 4. iidem. In fine 5. & 6. nemo. In 7. & 8. præſcribunt, & ſubſcribunt iidem; ut & Metropolita eorum, jam tum a fine primæ, Theodorus. Alia Theodori Pinarorum tunc Epiſcopi, non habemus. Cum ergo uſque ad annum 879. aliis careamus; opinamur, quatuor Anonymis ejus Sedis Epiſcopis, nos

Digitized by Google

carcere ; quorum ultimo ſucceſſerit , anno circiter 870.

VI. ATHANASIUS.

Photius , poſt mortem Ignatii , indulgentia nimia Johannis PP. VIII. reſtitutus in Sede Patriarchali Cpolis , Synodum habuit , anno 879., quæ audit Photiana : Νικηφόρου Λιμύρας , * Ἰωάννου Ποδαλίας , Γεωργίου Ξάνθου , * Εὐστρατίου Κορυδάλων , * Κωνσταντίνου Ἀκαρασσίου , * Θεοδώρου Ὀρυκανδοῦ , Θεοδούλου Πατάρων , * Ἰγνατίου Νύσσης , Κωνσταντίνου Φέλλου , * Βασιλείου Κανδύβου , * Παύλου Μέλης , * Νικολάου Μάκρης , Βαάνους Μασταύρων , Νικολάου Χώματος , * Νικολάου Οἰνιάνδου , * Κωνσταντίνου Κομβᾶς , * Ἀνδρέου Τλοῦ , Ἀθανασίου Πινάρων , * Ἀντιόχου Μάκρης. Datus color , pro unione ſanctæ Dei , & Apoſtolicæ Eccleſiæ. *Nicephorus Limyræ. Johannes Podaliæ , Georgius Xanthi , Euſtratius Corydalon ; Conſtantinus Acaraſſi. Theodorus Orycandi , Theodulus Patarorum. Ignatius Neſſæ. Conſtantinus Phellorum. Baſilius Candyborum. Paulus Meles. Bahanes Maſtaurorum. Nicolaus Chomatis. Nicolaus Oeniandi. Conſtantinus Cumbæ , Andreas Tloenſis. ATHANASIUS PINARORUM. Antiochus Macræ* , ſeu longæ inſulæ. Maſtaura eo tempore , jam erat unita Lyciæ : juxta Novellam Leonis VI. Imp. Finis Synodi , menſe Januario , die 26., feria tertia , indict. 13. hoc eſt anno 880. Nam ſexta & ſeptima Actio , ſunt purum putum inventum Photii.

Atque hæc ſunt , quæ de hoc *Athanaſio* , & de Pinarenſibus Epiſcopis , potuimus invenire. Ad laudem & gloriam Sanctiſſimæ Trinitatis : & in honorem & claritatem Veritatis Dei , in beatiſſimo Sancto , & Thaumaturgo noſtro Nicolao , Epiſcopo Pinarorum , ſub Myrenſi Lyciæ Metropolita.

AMICO LECTORI MONITUM.

1. QUarto Idus Septembris anni hujus 1751. dum ultimam typis admovebam manum , Syllabo Myrenſium Metropolitarum ; commodum & opportunum accidit , ut in meas pervenerit manus , ORIENS CHRISTIANUS , V. Cl. & Macariti P. Michaelis Lequienii ; qui innotuerat mihi nunquam. Lumen autem hoc opportunum , a Cl. & doctiſſimo amico , D. Æmilio Janutio mihi præſtitum , viro e Principibus Gerontiæ. Placuit equidem , & diſplicuit opus hoc prodiiſſe : cui ego jam tum ab anno 1710. , me primum omnium ratus fueram , in hac Provincia laboraſſe. Præreptam proinde palmam , ingenue fateor , mihi doluit : ſed non præreptæ ſecundæ curæ. In primo igitur ejus tomo , quem tunc habui commodatum ; mox oculos (ut omnium ſert ingenium) ad Myrenſes Archiepiſcopos , atque ad eorum ſuffraganeos , admovi. Res eleganter & ſummo ſtudio , ac diligentia tractatas cerno : & ad meum guſtum (etiam in diſtinctione , diviſione , & characterum diverſitate) diſpoſita ferme omnia. Ita ut videremur non duo animi , ſed unus idemque , in Lequienio , & in me eſſe. Quod iis accidit , ut plurimum , qui de rebus iiſdem ſcribunt. In eo ſaltem is fuit , qui poſt ejus obitum ; ſucceſſit Operi , & digeſſit. In Catalogo , primus obtutus ad Nicolaum , qui mea ſeges , & mea vinea ; quam excultam oppido ſatagebam : & in qua ſperabam , fœderatum meum nanciſci , inſignem pietate & doctrina virum. Verum in tam ſubacti judicii erudito ; illuminatum magis , & deſœcatum in Nicolao , hominem exoptavi. In errorem communem lapſum : quin in pejores demerſum , diſplicuit eum cernere. Augiam non purgat , ſed auget magis : etſi vehiculo (curru potius) vehatur Harduini.

2. Miſeret me porro hominis Herculei , ſed intricati , & perditi ; velut in Labyrintho ; dum in ſerie Myrenſium Metropolitarum , multiplicat Nicolaos. Sorti meæ tribuas noſſe Acta : caſui vero detur ; Myrenſem verum Nicolaum , & Pinarenſem , ipſum ignoraſſe : quid dices , quod turbat tempora , miſcet multa ? Veritus ego igitur , ne hominis claritudo , nomen , fama , & merita , præjudicio ſint Veritati ; meum eſto (dum nondum manum de tabula removi) ne Lequienii authoritas illam opprimat ; pro qua tantopere deſudavimus. Myrorum Epiſcopos ipſe ſicut & nos , a S. Nicandro incipit ; in cujus Acta , eaſdem facit difficultates nobiſcum , ſed non reſolvit : in *Libanii* nomine nihil obſtat ; in *Comite* vero ſe ſiſtit ; & in Sirleti Menologio , pro *Comite* , *Præſidem* legi , monet ; quaſi hoc non ſit beneficium verſionis. Tum ſubdit ; poſt *I. S. Nicandrum* :

C A P. I.

II. NICOLAUS I.

De quo tamen , ne unum quidem aliud habet verbum , & proſequitur :

III. NICOLAUS II.

Atque hic ebibit , vir cæteroqui magnus , incautus cœnoſam aquam , ac ferme cœnum , a Beatillo , (non allegato) dum infert : *Ejus deceſſorem fuiſſe Nicolaum alterum , vitæ illius Scriptores tradunt.*

3. Verum allucinatur hic , magnus Vir. Neque Beatillus enim , neque alius ; hunc Nicolaum dicit , ſucceſſorem primi fuiſſe Nicolai. Beatillus. Archimandritam Nicolaum , & avunculum S. Nicolai ; cum Nicolao Archiepiſcopo confudit. Hic Catalogus Myrenſium Epiſcoporum , ſub Aureliano , Probo , Tacito , Caro , Diocletiano , Conſtantino & Licinio : *THEODORUS martyr* : ejus ſucceſſor *NICOLAUS avunculus* : hinc *JOHANNES* : tum *S. NICOLAUS nepos* , ab anno 272. ad 314. ſub Conſtantino Magno ; ſunt ſomnia Beatilli. Qui amicum ſervare voluit Conſtantinum ; abolere voluit Juſtinianum : & de maſſa , quam fecit ſuam ; poëtice , & deſpotice vult diſponere. Juſtinum , Juſtinianum , & vera tempora abominatur. Si placuit Beatillus in Nicolais ; ſi illa ſederunt tempora ; cur Lequienio , diſplicuerunt *Theodorus* martyr , cur *Johannes* ; qui ſeriem melius implebant Myrenſium Metropolitarum ? Sed Lequienium audire præſtat , in Nicolao II. ſub quo , & de quo , Officina illius Textoris tanta ſomniatur.

4. *Sanctiſſimus Myrorum Antiſtes (cujus celebris eſt , per omnes Eccleſias memoria) qui ſucceſſor prioris fuit , ſub Conſtantino Magno claruiſſe ; eruditi noſtræ ætatis Critici inficiari non dubitarunt. A quibus tamen haud ægre diſſentio : propter Euſtratii , Cpolitanæ Eccleſiæ , ſeculo ſexto medio , ſub Eutychio*

chio Patriarcha , presbyteri auctoritatem . A quo ſcilicet , in Reſutatione illorum , qui ajunt , Animas hominum ſtatim atque e corporibus , ſunt ſolutæ; nihil operari : teſtimonium affertur ex VITA ejuſdem S. Nicolai ; Quo certiſſimum fit , Conſtantino Imperante , Myris in Lycia Epiſcopum ſediſſe . Et mox ipſe ſubdit Euſtratii verba : Τοιοῦτον εὑρίσκομεν γεγονὸς καὶ ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως , ὅπερ Θεοῦ βουλήσει , Νικόλαος ὁ ἅγιος ἐπίσκοπος Λυκίας ἐποίησεν: *Ejuſmodi quidpiam , ſub Conſtantino Magno Imperatore , factum reperimus : quod Deo annuente , Sanctus Lyciæ Epiſcopus Nicolaus patravit . In ejus quippe VITA iſthæc narrantur : Nepotianus autem unus , &c. Hoc excerpto ex VITA* (ait ipſe) *S. Nicolai , quod Euſtratius recitat ; Conſtantino Sanctum in ſomnis apparuiſſe , dixiſſeque fertur :* Ἐγώ εἰμι Νικόλαος ὁ ἁμαρτωλὸς , ὁ ὢν ἐν τῇ Λυκίᾳ ἐν Μύροις : *Ego ſum Nicolaus peccator , qui in Myris Lyciæ ago . VITA iſta S. Nicolai , ſeculo ſaltem Eccleſiæ quinto , ſcripta jam fuerat ; quo proinde tempore , Myrenſibus perſuaſum , ratumque erat , S. Nicolaum Eccleſiæ ſuæ , ſupero ſeculo (ſive quarto) præfuiſſe , agente in vivis Conſtantino . Quid ni verò proinde , Concilio Niceno interfuerit ? ut in aliis ejusdem S. Nicolai Actis narratur ? tum in iis , quæ manu exarata in Bibliothecis habentur : tum in illis quoque , quæ Metaphraſtes , ſuo modo adornavit .*

SOLUTIO OBJECTIONVM.

C A P. I I.

1. Doctiſſimus Lequienius , ſuo ditando Nomenclatori unice intentus ; res , quæ conferunt huic ſcopo ; nec duro , nec levi ſubiicit examini . Et hinc ejus ortus eſt lapſus , in duobus , Antenicæno , & Niceno , Nicolais . Idem modo peragit cum Euſtratio : cujus opuſculum , primus e tenebris , Leo Allatius , Cl. Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus , eripuit , & ſine mutilum , anno 1654. Romanis typis , cum Rep. Litteraria , Græcolatine communicavit . Leonem , neſcio , cui hæc debebat , cur Lequienius prorſus ſiluit . Euſtratium ſane , nemo ante Photium novit ; qui ſuæ Bibliothecæ (anno 1610. a Cl. Schotto eruderatæ) Codice 171. de eo , & de ejus Opere , pauca & breviter recitavit : eoque indicio Allatius perquiſivit . Hoc autem opuſculum , non ſub Eutychio Patriarcha Cpol. (ut nec Photius , nec Allatius dicit , ſed vult Lequienius) verum poſt ejus obitum , qui accidit ſexto Aprilis anni 582. , ſcriptum fuerit ab Euſtratio , Ipſum enim , dum quædam affert ex Oratione ejus . quam citat , *Magnum Eutychium* bis appellat . *Magnum* autem nemo Baſilium dixit , aut Leonem , aut Gregorium , dum viverent : nec Conſtantinum , aut Theodoſium , aut Carolum , & Othonem : & dubitam quoque de Alexandro . Sola verò , in recentiores Principes aliquando (ut & DIVI titulum) dum vivunt , effrons protulit Populi adulatio : (a) Proinde Eutychius , qui anno 553. Generali interfuit V. Synodo , *Magnus* ab Euſtratio dictus ſit , dum hanc opellam in fine ſeculi 6. ſcripſit ; non vero dum erat medium ; ut Lequienius ſupra aſſeruit . Sane Allatius huic operi fecit titulum: *Adverſus eos , qui dicunt Animas , ſtatim ac e corpore ſunt ſolutæ , nil amplius operari* : cumque , (dum rem perſequitur argumentis) *cum veteris & novi Teſtamenti locis , tum Variorum Patrum teſtimoniis , nititur confirmare* . Verba ſunt iſta Photii relatoris .

2. Reapſe Euſtratius , poſt allata loca e Scriptura ; teſtimonia Patrum recitat . Poſt hæc , interrupta Patrum Sanctorum ſerie , ea apud Euſtratium modo leguntur ; quæ ſupra de Nicolao attulit Lequienius : & quæ nos plenius , alibi adducemus . In quibus tamen , tria hic Lequienium oportuerat meminiſſe : Primo : Eam , quam Pſeudo Euſtratius dicit VITAM Nicolai , aliud non eſſe , quam imposturam tenebrionis , ſeptimi ſeculi jam labentis : quæ a nobis eſt edita , primo loco poſt Acta vera (*b*) ; & ſurſum deorſum exagitata (*c*) : purum putum commentum probata eſt . Secundo ; Michaëlem Archimandritam (Sanctum nempe Methodium , Cpol. Patriarcham anno 842.) fatſum eſſe , nondum ſuo nono ſeculo , aliquam S. Nicolai Vitam , ſe nactum eſſe : Se eam primum , utcumque conſarcinaſſe : nec ſibi fuiſſe aliud adjumento , quam trium Statelatarum (nugivendi ſcilicet) narratiuncula ; qua coactus eſt , ſe inniti . Tertio : Seculo demum decimo , Metaphraſtem , gloriari , ſe primum commentum eſſe , Nicolaum Epiſcopum , ſub Diocletiano , multa pro fide fuiſſe paſſum : & hinc Nicenæ Synodo interfuiſſe . Quæ antiqui omnes , etiam Methodius , penitus ignoraverant .

3. Quid ergo ? Poſterior ne eſt Euſtratius illo tenebrione . quem & Myrenſem civem fuiſſe demonſtravimus , & in ſeptimi fine ſeculi , ſuo Marte hæc effinxiſſe ; hauſta ob inopiam cibi ſolidioris , nono ſeculo a Methodio ? Tum decimo a Metaphraſte : Et hinc ſine ullo examine credita ab omnibus ; præcipue à Latinis ? Nequaquam . Poſterior ſolido ſeculo , Euſtratio eſt tenebrio : & ex his , aliiſque indiciis manifeſtum eſt aſſumentum eſſe ; quod modo legitur in Euſtratio : invectum quidem in ejus opus ; ſed incertum , num ante , an poſt tempora Photiana . Nicolaus enim in relatione Photii non apparet . Fortaſſe autem idem primus tenebrio , ſua adjecit Operi Euſtratiano , ut illa ſub ejus nomine , latius , & ſecurius volitarent , & carius venderentur . Quod , ſi plura haberemus Euſtratii exemplaria ; ad collationem , ubi deſint , ubi redundent , experiremur .

4. Adſcititium eſt equidem hoc gloſſema : quod fœdare inſtitutum etiam propoſitum Euſtratii (ex claris veſtigiis , quæ reliquit , intruſionis) evidenter oſtendo . Ab initiis enim 16. capitis (pag 448.) uſque ad *concito in te bellum* , (*d*) quædam Euſtratii trajecta & turbata habentur ; & quædam inſerta & adjecta ; quæ non opus Euſtratii , ſed male devoti , & male feriati ſunt nebulonis . Propoſitum etenim eſt Euſtratii , rem conficere *primum ex novo & veteri Teſtamento : Secundo , a teſtimoniis SS. Patrum* ; & rigide ſtat promiſſis : In hoc namque *Athanaſium* affert , *Baſilium* , bis *Nyſſenum* , *Nazianzenum* , *Hieronymum* , *Chryſoſtomum* , & *Eutychium* . Et ex *antiquioribus* Patrum , *Hippolytum* Portuenſem , *Methodium* Patarenum ; *Euſtathium* Patriarcham Antiochenum . *Tertio* , *ab authoribus tertiæ authoritatis* : ab *Anonymis* ; qui Baſilii Amaſeni , & martyris , & SS. XL. martyrum hiſtorias conſcripſerunt : a *Chryſippo* Hieroſolymitano , in laudem

S. Mar-

(a) Vide Acta eruditorum Lipſiæ , in. Maitette.

(b) Pag. 30.

(c) Cap. 22. hujus Præfationis

(d) Κινῶ κατὰ σοῦ πόλεμον . pag. 455.

S. Martyris Theodori; & a *Luciano* presbytero in Revelatione reliquiarum Protomartyris S. Stephani. Atque hic finis diſputationis Euſtratianæ; quam a cap. 5., uſque ad cap. 24. perducit. Poſt quæ totus in *Corollariis* immoratur, petitis a *Dionyſio* Areopagita, & a locis aliis *Athanaſii*, *Nyſſeni*, & *Nazianzeni*: In quo finis *Oeconomicæ primæ Partis* eſt Euſtratii in hoc argumento.

5. Porro autem, dum poſt Baſilium, cap. 16. Patres proſequi vult Euſtratius; tunc Phelus noſter illuc irrumpit, & ſua farcimina & tomenta, (diffractis Patrum ſerie), temere ibi immittit. Ut autem dexterius diabaſin paret ſuæ de Nicolao narratiunculæ; Habbacue introducit e Danielis Scriptura; & ex Actis Apoſtolicis diaconum Philippum: quorum ille ex Hieruſalem Babylona; hic a Gaza ad Azotum, & Cæſaream, in momento temporis, ab angelo ſunt adducti. Hinc ſubdit Prophetam Ezechielem, quem in Spiritu Dei, fuiſſe Hieruſalem translatum, & poſt aliquas viſiones; in terram Chaldaicam, reductum denuo, fatetur. Dico nunc ego: cum hæc loca, *e novo ſint*, *& veteri Teſtamento*; inter alia, ſuperius indubie, cap. 9. pag. 383. Euſtratius ea poſuit (cujus ſunt etiam ponderationes, & verba; quæ Dei nutu, nobis exſcribit) non verò hic: quo inde evulſa, a tenebrione, illuc trajecta ſunt, ut cum ſuo fœdo puſione illa ferruminata, validiſſime illum fulciret. Quamobrem, pro felici eventu (in libri detecto modo) hilariter, poſt Ezechielem, (pag. 451. & 452.) clamat: *Simile quid ſub Conſtantino Magno Imperatore, peractum invenimus: quod ita Deo annuente, Sanctus Nicolaus Lyciæ Epiſcopus perfecit: Siquidem in ejus VITA hæc narrantur. Nepotianus verò unus ex ipſis, &c.* Quæ eruditos precor, per otium conferant cum noſtris editis, infra pag. 32., & notent, quæ variat, & ut liber dominus, ſuam ſcripturam tractat. Præcipue vero notent, & admirentur, pag. 455., hinc ſui ipſius Commendatitiam. *Illud autem vobis*, *ANTE OMNIA conſiderandum eſt*, *ut ſibi concorditer conſonant*; *& QUI SANCTIVIT ÆM SCRIPSIT, ET SANCTUS IPSE*: *& quem ſermonem cum Imperatore*, *& cum Præfecto habuit*. *Scriptor ſiquidem ait*: Cum noctu Imperatori viſibiliter apparuiſſet: *& Sanctus ab Imperatore interrogatus*: Tu quis es, qui talia imperas? *Reſpondit*: Ego ſum Nicolaus peccator, qui in Lycia commoror: & ſi morem non geſſeris, adverſum te bellum concito. *Licet* enim hæc advertere vult Euſtratium, ſua ſunt tamen verba impoſtoris.

6. Amore paterno non datur major. Myrenſis tenebrio, qui famam & nomen ſuo pithecula, quæſierat ab antiquitate, a Taiphalis, ab Ablavio, a Conſtantino; tenerrimus ſed fatus; locum ei quærit in molli culcitra, & in vehiculo antiqui Authoris; quo felicius deinceps, majorique authoritate decurrat: tamquam ab antiquis cognitus & in exemplum adductus. Aptiſſimum ergo opus Euſtratii, ei eſt: nec ſuo partui locum alium eligit, quam *inter loca novi & veteris Teſtamenti*, quæ divina merentur Fidem; *& inter SS. Patres*; qui poſt ſcripturam, tanquam teſtes Traditionis, ſummam habent authoritatem. *Lacum verò aperuit*, *& effodit eum*, *& incidit in fovea*, *quam fecit*. Nam ſubjectus examini; in dolo malo tandem modo eſt deprehenſus: quamobrem cum Pſalmiſta (a) (pſal. 7.) de eo dici poteſt: *Convertetur dolor ejus in caput ejus*; *& in verticem ipſius*, *iniquitas ejus deſcendet*. Nam ſcripturæ locis, & verbis Euſtratii *ſuo loco reſtitutis*: & *gangræna* nebulonis *reſecta e medio*; Patri Baſilio, & capiti 15. Euſtratii, ſuccedit ejuſdem caput 19. & Nazianzenus, Chryſoſtomus, Hippolytus, Methodius, & Euſtathius, Patres, uſque ad Euſtratii finem capitis 19.

7. Atque his demum, Loquenii mentem remur ſatis illuminatam; & Deo gratiæ, qui ab his novis laqueis, Nicolai hiſtoriam liberavit.

8. Verum Lequienius ſuæ machinæ, ſe alias affatim fultum ducit; ſubſcriptione Nicolai ad Nicenum Primum: dum ardentior ita inſurgit. *Eſto Nicolai Myrenſis nomen in Latino Nicenorum Patrum Indice non occurrat* (quaſi in Græco aliquo, Indice occurreret) *At trecentorum & octodecim Epiſcoporum, qui tum conſederunt; nomina ſingula, in Indice illo non repræſentari; ſæpe monuimus. In altero eorundem Patrum Indice Arabico, quem Johannes Seldenus Anglus, in ſuo in Eutychii Alexandrini ORIGINES, Commentario edidit; longe plures numerantur: Quorum penultimus eſt, trecenteſimus quintus* (Arabice) *NICOLAUS MYRORUM*: *pro quo interpres* (Seldenus) *ſubſtitutius legens ſcripſit*: *NICOLAUS MEREDENSIS*. Correctio ergo hæc eſt Lequienii, qui ſibi Textum accommodat. Etiam ſi verò, ita dixiſſet Eutychius; maleque vertiſſet Seldenus: ex Codice illo Oxonienſi, deſcripto a Joſepho quodam Ægyptio, anno Chriſti 1400., juxta Labbeum: quid tum erui ex homine 10. ſeculi anno 493. (qui legerat utique Metaphraſten) cujus opus a Dupinio tomo octavo, retulit hoc Elogium. *Il eſt plein de Fables*, *& d'Hiſtoires fort communes*.

De NICOLAI VULGATIS ACTIS Judicium V. Cl. & Macariti, Sebaſtiani Nanii Tillemontii

Ex tomo VI., parte tertia Memoriarum

CAP. I.

Pag. 760. editionis Bruxellen. anni 1700.

SUpra aliquod judicium de Nicolai rebus appoſuimus, Cl. Sollerii ad Uſuardum. Ad Triumviratum, deſunt Tillemontius, & Bailletius: quorum Judicia ſunt ejus ponderis, ut pro innumeris aliis, apud eruditiores noſtri ſeculi, habeantur. Incipio itaque a Tillemontio, ipſis verbis Gallicis, quibus ſcribit: quod fiet etiam in Bailletio.

1. SAINT

NOTAE.

(a) Finis cap. 15. Ἐκ νότου ... pag. 448. Initium cap. 16. Ὁμοίως δὲ καὶ Γρηγόριος. pag. 455. Illa Cum verò ... quoque addubitant, pag. 448. ſpectant ad cap. 9. finem, pag. 381. poſt παραδόμεθα. Demum, quæ habentur pag. 451. & 452. uſque ad 455. Κινῶ κατὰ σοῦ πόλεμον: expunge; ſunt enim tenebrionis.

SAINT NICOLAS EVESQUE DE MYRE ET CONFESSEUR.

1. LE nom de Saint Nicolas a eſtè ſi celebre dans l'Egliſe depuis pluſieurs ſiecles, qu'il eſt impoſſible de ne pas reconnoiſtre que Dieu a voulu recompenſer en luy un merite extraordinaire, par un reſpect ſi particulier, que tous les Fideles ont pour luy. On ſçait la veneration que toute l'Egliſe Latine a aujourd'huy pour ſa memoire, & il ſeroit inutile d'alleguer de preuves d'une choſe qui eſt connuë de tout le Monde. Il ne faut pas douter, que la translation de ſes Reliques en Italie, n'y ait donnè un grand accroiſement; mais elle n'en a pas eſtè l'origine.

2. L'Hiſtoire meſme de cette Translation (*a*), nous aſſure, que des auparavant, il n'y avoit aucun Saint dont la feſte fuſt plus univerſellement celebree dans toutes les Nations Chretiennes: ſous le nom du quel on conſecraſt à Dieu, plus d'Egliſe; & par l'interceſſion du quel Dieu accordaſt plus ſouvent des miracles, & des graces extraordinaires. La Charte de la fondation du Chapitre de Saint Nicolas de Beauvais, datee de l'an 1073. c'eſt à dire neuf ans avant que le Corps de ce Saint fuſt apportè en Occident; porte que cette Egliſe avoit eſte rebatie de pierre, & dediée ſous le nom de Saint Lucien, & de Saint Nicolas. Et la maniere dont Uſuard en parle dans ſon Martyrologe, (*b*) fait voir combien ſa memoire eſtoit honoree par l'Occident, pres de trois ſiecles auparavant. Adon, & Wandelbert, marquent auſſi ſa feſte le 6. de Decembre.

3. Il y a neanmoins bien de l'apparence, que les Latins, n'ont eſtè en cela que les diſciples des Grecs; dont la veneration ſinguliere pour S. Nicolas, paroiſt ſur tout en ce qu'ils ont inſerè une invocation particuliere de luy dans la Liturgie de S. Chryſoſtome (*c*). Ils faiſoient a cauſe de luy le ſixieme jour de Decembre, par une Conſtitution Imperiale; comme quelques Egliſes Latines le font encore aujourd'huy. On lit, que l'Empereur Juſtinien (*d*) fit baſtir aux Blaquernes, près de Conſtantinople, une Egliſe de Saint Priſque & Saint Nicolas, dont il y fit mettre, ce ſemble, quelques Reliques. Le nom de Saint Nicolas effaça celui de Saint Priſque; puiſque l'Hiſtoire porte, que ſous Heraclius, les Avares en brulerent aux Blaquernes l'egliſe de S. Nicolas. On marque qu'il y avoit encore à Cpole, trois autres Egliſes de ce Saint; dont l'une etoit la Maiſon de Baſilide Patrice, ſous Juſtinien. Leo Allatius (*f*) remarque, quatre Panegyrices, ou vies de Saint Nicolas, faites par differens Auteurs Grecs. Baronius (*g*) en cite encore une autre de Saint Methodius Patriarche de Cpole, qu'il dit eſtre imprimee: & un diſcours de l'Empereur Leon, outre la vie, que Jean Diacre de l'Egliſe Romaine, en avoit compoſée pour les Latins. Les Moſcovites, qui ont appris des Grecs à l'honorer, les ſurpaſſent encore, & ſemblent avoir plus de reſpect pour luy, que pour aucun autre Saint. Ils croient avoir eprouvè le pouvoir de ſon interceſſion, par un grand nombre de miracles.

4. Mais il eſt faſcheux, qu'eſtant ſi aſſurez du merite de ce grand Saint, nous ne le ſoyons pas de meſme du detail de ſes actions. Car outre que de tous les Eloges, qu'on cite de luy; nous n'en voyons aucun (*h*) dont l'Authorite ſoit capable d'aſſurer noſtre croyance, il ſe trouve, que le ſeul que nous ayons, imprimè dans Surius, & inſerè par les Grecs dans leurs Menees, eſt celui de Metaphraſte; Auteur aſſez decriè (*i*) pour le peu de ſoin, qu'il a eu de diſcerner les monumens dont il s'eſt ſervi. Il ſemble meſme n'avoir pas tant fondè ce qu'il dit de Saint Nicolas ſur aucun de ceux, qui avoient ecrit avant luy, que ſur les traditions, qui s'en etoient conſervees juſque à luy, dans la memoire du peuple. C'eſt à dire ſur l'autoritè du monde, la plus fallible. Auſſi ſans parler des points, qui demanderoient un Auteur tout autrement croyable que Metaphraſte, & qui ſont le principal ſujet de ſa narration; il y en mele d'autres, qu'il ne ſauroit perſuader à perſonne,

5. Ce qu'on dit, qu'il aſſiſta en 325. au Concile de Nicee, (*k*) n'a rien en ſoi, que ne ſoit aisè a croire, puiſqu'il etoit Metropolitain de Myre en Lycie, que n'eſt pas fort eloignee de Nicee, & puis qu'on pretend qu'il a veçu ſous Conſtantin, dans le temps de ce Concile. Cependant nous voyons que les Hiſtoriens marquent avec aſſez de ſoin, les principaux Eveſques de ce Concile, ſur tout ceux qui avoient acquis le titre de Confeſſeurs, durant les perſecutions, comme on le dit de S. Nicolas, aucun d'eux ne parle de luy: quoique il y ait peu d'apparence, qu'ils aient pu, ou ne pas connoiſtre, ou omettre par oubli un Confeſſeur Metropolitain d'une grande Province, & dont la vie devoit eſtre plus illuſtre, & plus eclatante, que d'aucun de ceux, dont ils ſont mention. (*l*) Saint Athanaſe ne le nomme point non plus dans l'enumeration; qu'il fait des Eveſques les plus celebres en pietè, qui avoient fleuri parmi les Grecs depuis l'an 320. juſque vers l'an 355., qui eſt juſtement le temps de Saint Nicolas. Cela embaraſſe, & ſemble qu'il faille neceſſairement avouer, ou qu'il n'y a rien dutout de vray dans le grandes choſes, qu'on dit de luy; ce qui eſt bien dur; ou qu'il a vecu dans un temps moins eclairè, que celui de Conſtantin, & de Conſtance, ſoit devant, ſoit après, mais toujours avant Juſtinien. Nous ne laiſſerions pas de faire un abregè des principales choſes, qu'on dit de ce Saint; ſi elles n'eſtoient connuës de tout le Monde.

6. Mais telle qu'ait eſtè la vie de Saint Nicolas, ſa mort a ſans doute eſtè bien precieuſe devant Dieu; comme ont le juge par l'huile miraculeuſe qui *ſortoit* de ſon tombeau. (*m*) Car il n'y a pas lieu de conteſter ce miracle, puiſque Metaphraſte en parle comme d'une choſe, qui duroit encore de ſon temps: & ceux, qui enleverent ſon corps, pour le porter à Bari, trouverent ſon tombeau rempli de cette ſacree liqueur.

7. Cet enlevement ſe fit le 19. Avril de l'an 1087., & le corps aborda à Bari (*n*) le dimanche 9. de May, au quel l'Egliſe fait encore la feſte de cette Translation. L'hiſtoire en fut auſſi toſt ecrite par

Q

(*a*) Sur. 9. May pag. 95. (*b*) 6. Decemb. (*c*) Bar. 6 Dec. (*d*) Procop. Ædific lib. 1. c. 6. pag. 77 (*e*) Chronic Alex. pag. 914 Cang. de C lib. 4 pag. 13. Codin. Orig. Cpol. pag. 62 (*f*) De Simeonibus pag. 101 107. 110. 119. (*g*) 6. Decemb. an. 326. §. 86. (*h*) Allati de Simeonibus pag. 118 Menolog. 6. Decemb. p. 77. (*i*) Sur. 6. Decemb pr. pag 187. (*k*) Sur. 6. Decemb pag 185. § 13. 14. (*l*) Orat. 1. p. 291. (*m*) Sur. 6. Decemb. p. 198. §. 30. Sur 9. May pag 108. § 7. (*n*) § 7 § 2. 6. § 14. MS. pag. 11. Sur. 9. May pag. 117. pag. 116. § 14. 15. 16. 26. 20.

par Jeao Archidiacre de Bari ; ſelon l'ordre, qu'il en avoit reçeu d'Urſon, qui etoit alors Archeveſque de la meſme ville. Cette piece eſt non ſeulement indubitable par la qualitè de ſon auteur, mais elle eſt encore pleine de ſentimens fort Chretiens. Elle remarque quelques miracles, qui ſe firent alors, outre un grand nombre d'autres, doot elle ne parle qu'en general.

8. On trove dans des manuſcrits, uoe sutre hiſtoire de cette Translation, (*a*) ecrite par un nommè Nicephore de Bari, à la priere du Juge nommè Curcore. & des autres Magiſtrats de la ville. Il s'accorde fort bien avec Jean, mais en ſorte, qu'on voit, qu'ils ne ſe ſont nullement copiez l'un l'autre, chacun ayant ſes particularitez differentes : Et c'eſt ce qui autoriſe davantage leur narration. Nicephore (*b*) marque, comme Jean, que cela arriva en l'an 1087. & il le confirme par un nouveau caractere, en marquant que le 9. de May eſtoit le dimanche. Saint Godefroy Eveſque d'Amiens vint peu de temps après à Bari, viſiter ces Saintes Reliques : & une infinitè d'autres y ſont venus après luy.

9. Baronius dit (*c*), qu'on tient, que le miracle de l'huile qui ſortoit de ſon tombeau, dure juſque aujourd'huy. Cette maniere de parler dans un Cardinal qui ponvoit ſi aiſement en ſavoir la veritè, donne lieu de craindre, que Dieu n'ait pas voulu faire durer juſqu'à noſtre temps cette ſource de graces & de miracles. On aſſure neanmoins qu'elle duroit encore en 1660. à Wormes (*d*) dans le Palatinat, où l'on conſerve un doit du Saiot, dans l'Egliſe Cathedrale ; quoique le miracle ſoit moins frequent, & moins ſenſible, depuis que la ville eſt tombee ſous la puiſſance des heretiques.

10. Dans le ſecond Concile de Nicèe, Theodore (*e*) Eveſque de Myre, dit, qu'eſtant embaraſsè dans un affaire ; ſon Archidiacre, qu'etoit un homme de grande pietè, luy reporta un jour, que le Patriarche de Cpole, luy avoit dit dans une viſion, que ſi ſon Archeveſque vouloit le venir trouver, il ſortiroit heureuſement de ſon affaire. Neanmoins l'Archidiacre luy ayant dit que celui qui luy eſtoit apparu, avoit un viſage rouge, & les cheveux d'un vieillard ; Theodore luy dit que le Patriarche n'eſtoit point fait comme cela, & que c'eſtoit S. Nicolas, comme on le pouvoit juger par ſon image. Il ſe n'alla auſſi-toſt à Cpole, & y obtint tout ce qu'il demandoit pour ſon affaire.

NOTES SUR SAINT NICOLAS.

N O T E I. *A la pag. 952.*

Fautes inſoutenables de Metaphraſte dans la vie de ce Saint.

Qu'on n'a rien d'aſſurè ſur ſes Actions.

1. ENtre les endroits de la vie de Saint Nicolas, (*f*) ecrite par Metaphraſte, qu'on peut dire eſtre inſoutenables, il faut mettre la maoiere, dont il parle de ſa confeſſion. Car il dit oettemente ; qu'il fut mis en priſon des le commeocement de la perſecution de Diocletien. Mais cette orage, dit il, paſſe auſſi-toſt ; Dioclerien & les Payens ſes ſucceſſeurs furent enlevez du Monde ; Conſtantin regna, rompit les chaines des Confeſſeurs, & alors

(a) MS. pag. 93. pag. 93 (b) Pag. 94. pag. 93.
(c) 6 Decembr. *De unguento ex eius Sepulchro manare ſolito, in facro hymno lectione in Breviari Toletano* *Quod miraculum, hodieque vigere dicitur.* (d) Boll. May tomo 1. pag. 55.

S. Nicolas revint à Myre. Ce ſeroit beaucoup ce ſemble, de dire que tout cela ne s'eſt fait, qu'en deux, ou trois ans. Et cependant depuis l'an 303., qoe les Eveſques furent mis en priſon, en vertu d'un ſecond Edit de Diocletien juſqu'a ce que Conſtantin ſoit devenu Maiſtre de l'Orient, il y a vingt ans eotieres. Dans ces vingt ans meſme les Confeſſeurs ont eſtè delivrez en 311., & l'Egliſe jovoit d'une paix toute entiere, depuis la fin du 312., juſque verſ 320. De ſorte que Conſtantin n'a delivrè en Orient, que les Confeſſeurs, mis en priſon ſous Licinius. Auſſi, Baronius pour (*g*) deſendre en quelque ſorte cet endroit, veut malgrè ſon Auteur, qu'on l'entende de Licinius, & non de Diocletien.

2. Metaphraſte (*h*) raconte auſſi des pelerinages de Saint Nicolas à Jeruſalem avant le Regne de Conſtantin, pour adoier la Croix, & viſiter l'Egliſe, & le Sepulcre de noſtre Seigneur : quoiqu'on ſache que juſqu'à l'an 326. ou 327. & la Croix, & le Saint Sepulcre eſtoient enſouis dans la terre ; & qu'au lieu d'Egliſe il n'y avoit en cet endroit, qu'un Temple d'Idoles. *V. Sainte Helene.*

3. Il fait une ſedition dans la Phrygie excitèe par les Taiſales qui ſont des peuples de la Sarmatie ſur le Danube) : & il ſuppoſe que ceux que Conſtantin y envoya en diligence, vinrent aborder à Myre. C'eſt leur fair faire cinq ou ſix fois plus de chemin, qu'ils ne devoient.

4. Nous avons trouvè dans un maouſcrit une vie de Saint Nicolas, (*i*) beaucoup plus courte, que celle de Surius. Je ne ſçay, ſi ce ne ſeroit point celle que Baronius, 6. Decembre, attribuè à Jean Diacre, dont on avroit oſtè la Preface. Car elle commence par ces mots : *Beatus Nicolaus illuſtri proſapia ortus.* Elle n'eſt pas tout à fait mal ècrite, & les bouts de vers qui finiſſent les periodes, ſentent aſſez le ſtyle du IX. ſiecle. Elle porte tout d'abord, que la ville de Patare, autreſois fort conſiderable, n'etoit plus alors qu'un bourg fort peu habitè : ce qui marque aſſez, qu'elle n'eſt pas bien ancienne. Cette vie ne contient que bien peu de faits ; ſçavoir l'election du Saint à l'Epiſcopat, le miracle d'une tempeſte appaisèe par ſes prieres, la multiplication du blè, qui ſe portoit d'Alexandrie à Cpole (ce qu'on ne peut mettre qu'après l'an 330.) la guerison d'un poſſedè, & la delivrance des trois Capitaines, qu'Ablave avoit voulu perdre. Auſſi elle n'a rien de ce qui embaraſſe le plus dans Metaphraſte. Et neanmoins nous n'oſerions pas dire que le peu de faits qu'elle contient, en ſoit plus autorisè. Car il paroiſt que, ſoit par le deſaut du copiſte, ſoit par quelqu'autre raiſon, il marque à cette hiſtoire pluſieurs choſes qui y devroient eſtre. La (*k*) promotion du Saint à l'Epiſcopat, commence par ces termes : *His ita tranſactis* ; & il n'y a rien auparavant à quoy cela ſe puiſſe raporter. Le commencement de l'hiſtoire des trois Capitaines n'y eſt point, & y eſt neanmoins ſuppoſèe. On voit de meſme que l'auteur avoit parle pluſieurs fois de la delivrance de quelques jeunes hommes, que nous n'y trouvons point dutout. Je ne ſçay auſſi ce qu'il veut dire, qu'on avoit ammenè un poſſedè au Saint, *in monaſterio Sanctæ Sion.*

5. Nous

(e) Concil Tom. 7 pag. 995. (f) Sur. 6 Decemb pag. 285 ſ. 23. (g) Baron. 394. ſ. 106. (h) Sur. 6. Decemb. page 283 ſ. 3. 9n. (h) ſ. 17 (i) MS. pag. 86.
(k) Pag. 82. pag. 88. pag. 893.

5. Nous trouvons dans Suidas pag. 231. que Saint Nicolas de Myre Eveſque tres-zelè pour le Chriſtianiſme, avoit une confiance extraordinaire en Dieu : παῤῥησίαν : & qu'il ne ceſſoit point juſques alors, de delivrer de toutes ſortes de maux ceux qui avoient recours à ſon interceſſion. Il marque qu' il avoit ſauvè de la mort quelques ſoldats, & trois Capitaines, qui ayant eſtè condannez ſur une calomnie, s'eſtoient dreſſez à luy par leurs prieres. Mais cette autoritè n'eſt pas fort conſiderable, puis qu' (a) on croit que Suidas n' a vècu, que ſur la fin du XI. ſiecle (b).

6. Je n'ay point vu celle, qui Baronius (c) attribue a S. Methode, & qu' il dit eſtre imprimèe. Elle meriteroit quelque reſpect, ſinon pour le temps, au moins pour la qualitè de ſon auteur, pourvu qu'il y euſt preuve, que ce fuſt de luy : Car Allatius (d) ne marque rien de Saint Methode ſur Saint Nicolas. Mais ce qui m' ètonne, c' eſt que Baronius (e) tire de Metaphraſte ce qu' il a à dire de Saint Nicolas, plutoſt que de S. Methode. Il cite bien quelquefois ce Saint, mais c' eſt avec l' autres : comme quand il raporte l' hiſtoire des trois Capitaines (f). Il ne dit point ſi c'eſt de luy qu' il tire les termes de cette hiſtoire. Mais ce ne ſont point ceux de Metaphraſte, ni de la vie manuſcrite, que j' ay.

NOTE 2.

Queles ſouſcriptions du Concile de Nicèe ne preuvent pas, que S. Nicolas, n'y ait point eſtè.

1. Nous aurions une preuve poſitive, que Saint Nicolas ne vivoit point du temps du Concile de Nicèe, (g) ſi nous ricevions les ſouſcriptions de ce Concile ; qu'on pretend eſtre tirèes d'un fort ancien manuſcrit, puis que l' on y trouve un Polydecte Eveſque de la Metropole de Myre en Lycie. (h) Mais il eſt aſſez viſible que ces ſouſcriptions ſont fauſſes ; ou au moins, qu'elles ne ſont pas du premier Concile de Nicèe (i) : & on les trouve toutes dans celles du ſixieme Concile en l' an 680. auquel elles appartiennent effectivement.

NOTE 3.

Que une charte de l' an 1079. ne preuve point, que le corps de S. Nicolas fuſt de ja à Bari.

1. Il ſemble, qu'on peut prouver de la difficultè à croire ce que les deux hiſtoires, de la Tranſlation de Saint Nicolas portent qu' elle ne ſe fit que l' an 1087. Car dans la charte de la fondation de l' egliſe Collegiale de Saint Nicolas à Beauvais, datèe de l'an 1079. il eſt dit que le fondateur partoit pour s' en aller à Rome, & enſuite à Bari viſiter le corps de Saint Nicolas. Mais cet article eſt aprés la date, & ainſi on n' en peut rien conclure, puiſqu' il peut avoir eſtè ajoutè long temps depuit Et en effet, les teſtimoins qui le ſignent ſont tous differents de ceux qui ſignent la fondation ; & le conſentement du fils du fondateur, dont il n'eſt point parlè dans la fondation, y eſt expreſſement marquè. *Aliud de Nicolao, Tillemontius non habet.*

HADRIANI BAILLETII.

Judicium de iiſdem, ad diem 6. Decembris in ſuis. Sanctorum Vitis.

CAP. II.

In Tabula Critica.

Saint Nicolas Eveque de Myre en Lycie.

Idcirco & ipſe, ut qui erat minax in eos, omni animi ſtudio, per Chriſti gratiam in ſe exiſtentem, illud e medio urgens tollere; & a ſua Regione penitus evaneſcere, repullulantem cultum dæmoniorum; accedit abominandis ædibus, & ne dum ſuperiora ejus ad terram dejicit, verum & ipſa effodiens fundamenta, dæmones ibi nidificantes in fugam vertit. Illi vero inviſibiliter inde expulſi, ab efficaci virtute Domini horum omnium, per interceſſionem Patris noſtri ſanctiſſimi Nicolai; palam ab eo injuriam pati, & a propriis ſedibus pelli in exſilium;a Deo coacti fatebantur.Et hæc quidem, quæ de fide ſunt, noſtri hujus,& a Deo in propugnaculum nobis dati Archiepiſcopi ſufficiant dicta. Nam quid de ejus providentia diceremus, & de præſentiſſimo ejus, in tribulatione preſſis, & indigentibus patrocinio? Quid de libertate magna & ſeveritate in illos, qui confertim ob avaritiam,occidere feſtinabant? Ipſe enim omni quidem, quæ a ſe paſcebatur, Patriæ, providiſſimus frumenti, annonæque factus diſpenſator; his qui in neceſſitate erant & fame, annonam, qua reficerentur præbebat: Orphanorum pater, & viduarum defenſor patefactus; & mendicantes populi forti animo conſolatus. Quamobrem etiam, tanquam unum ex apoſtolis, eum venerabantur; & ſervatorem in adverſis caſibus, alacriter invocabant. Ita vero eos, qui alios, veluti inculpate, corrumpere volebant, rigide arguebat; ut ejus juſtæ rectæque reprehenſionis, etiam abſque defenſione, non tæderet, tyrannidem affectantes; ſed timore correptos, actutum caput, ejus voluntatibus inclinarent, ejuſque placarent ſuppliciter ſanctitatem.

Ecce enim (quod probe ſcitis, qui ſcripta de eo opera, cum gaudio divinitus inſpirato, legitis) quomodo ſuam ipſius animam poſuit; proprium Dominum imitatus, pro tribus, qui ab Euſtathio Provinciæ Præſide, capitis damnationem tulerant injuſtiſſime. Illos ſiquidem morituros, ob dationem pecuniarum; illico ſuperveniens liberavit a morte, ad terram projiciens enſem, a mortis vinculis eos ſolvens; auroque excæcatum Judicem, meritis reprehenſio-

20. Διά τοι τοῦτο καὶ αὐτὸς, ὡς ἀπειλητήριον τῆς κατ' αὐτὸν τυγχάνοντα πόλεως ὅλῃ ψυχῆς προθυμίᾳ, μετὰ τῆς ἐνούσης αὐτῷ χάριτος τοῦ Χριστοῦ κατασπεύδων ἐκ μέσου τοῦτον ποιῆσαι, καὶ πλείως ἀφανίσαι τῆς ἑαυτοῦ ἐνορίας, τὸ τῶν δαιμόνων ἐπιβλαβέστατον σέβας· πρόσεισι τῷ μυσαρωτάτῳ οἰκοδομήματι· καὶ οὐ μόνον τὰ μετέωρα αὐτοῦ πρὸς γῆν καταστρέφει, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ θεμέλια ἀνασκάψας τοὺς αὐτόθι νεοττεύοντας δαίμονας φυγάδας ἀποδεικνύει. Οἳ καὶ διωκόμενοι ἀφανῶς ὑπὸ τῆς ἐνεργοῦς δυνάμεως τούτων ὅλων δεσπότου, διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ ἁγιωτάτου πατρὸς ἡμῶν Νικολάου, φανερῶς ὑπ' αὐτοῦ ἀδικεῖσθαι, καὶ τῶν ἰδίων ἐξορίζεσθαι οἱ θεήλατοι ἀνωμολόγουν. Καὶ τάδε μὲν, ὡς ἐν βραχέσιν τὰ περὶ πίστεως ἐχέτω τοῦ ἀοιδίμου τούτου καὶ θεοπροβλήτου Νικολάου ἀρχιερέως· Τί δ' ἂν εἴποιμεν περὶ τὸ προνοητικὸν αὐτοῦ, καὶ εὐπροστάτευτον, ἐν τοῖς θλιβομένοις, καὶ ἐνδέεσιν; οὐ μὴν· ἀλλὰ καὶ τὸ πεπαρρησιασμένον καὶ ἀπότομον ἐν τοῖς ἀθρόοις κτείνειν χρηματικῶς ἐσπουδακόσι. Ἐκεῖνος γὰρ πάσῃ μὲν τῇ ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινομένῃ πατρίδι εὐπόριστος γιγνόμενος σιτομέτρης τοῖς ἐν ἀνάγκαις, καὶ λιμῷ τυγχάνουσιν, ἀρκοῦντως τὰ πρὸς τὴν χρείαν, παρεῖχεν (1)· ὀρφανῶν πατὴρ, καὶ χηρῶν προασπιστὴς δεικνύμενος, καὶ τοὺς πτωχεύοντας τοῦ λαοῦ εὐψύχως παραμυθούμενος. Ὅθεν δὴ καὶ ἕνα τῶν ἀποστόλων ἅπαντες αὐτὸν ἔσεβον· καὶ σωτῆρα ἔχειν ἐν τοῖς συμβαίνουσιν ἀκαιροῖς προθύμως ἐξεκαλοῦντο. Οὕτω δὲ τοὺς κακύνειν ἀναιτίως ἐθέλοντας, ἀποτόμως διήλεγεν, ὡς μηδὲ τὴν προβολὴν αὐτοῦ τῆς ἐνδίκου σὺν λόγῳ ἐπιπλήξεως ὑποφέρειν τοὺς τυραννοῦντας· ἀλλὰ φόβῳ κραδαινομένους, παραυτίκα τοῖς αὐτοῦ ὑποκύπτειν θελήμασιν, καὶ ἱκετικῶς τὴν αὐτοῦ ἐξευμενίζεσθαι ἁγιότητα.

21. Καὶ γοῦν οἴδατε ἴστε σαφῶς οἱ τὴν ἐπιγεγραμμένην αὐτῷ πρᾶξιν μετὰ χαρᾶς ἐνθέου ἀναγινώσκοντες· ὅπως τέθεικεν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, τὸν οἰκεῖον δεσπότην μιμούμενος, ὑπὲρ τῶν τριῶν ἀνδρῶν τῶν λαβόντων τὴν ἀπόφασιν ἀδικώτατα, πρὸ τοῦ ἡγεμόνος τῆς ἐπαρχίας Εὐσταθίου, κἀκείνους μὲν θνήσκειν μέλλοντας, διὰ δόσιν χρημάτων· ταχέως ἐπιστὰς, τοῦ θανάτου ἐῤῥύσατο, τὸ ξίφος πρὸς γῆν ἐκτιναξάμενος, καὶ αὐτοὺς ἐπὶ θανατηρίων δεσμῶν ἀπολύσας· τὸν δέ γε τῷ χρυσῷ ἐκτυφλωθέντα δικαστὴν

NOTAE.

(1) Quod frumenti miraculum (Myrenſibus a Nicolao procuratum tempore famis) hic innuit Methodius, hactenus nacti non ſumus græce. Qui amat autem illud noſſe, adeat Beatillum lib. 4. cap, 5. Idcirco hunc quoque Myrenſem non damus μῦθον. Antiquiorem equidem nono ſeculo; ſupparem credimus illius, a *Taiphalis*, quam Methodius mox adducit. Illud autem *tributi*, miramur eum non innuiſſe.

κασῶ, προσηκούσαις ὕβρεσιν ὁ πρᾳότατος καθυβαλῶν, καὶ οἷον διωρθωσάμενος τοῦ ἐγκλήματος, ὡς συμπαθὴς ἠλευθέρωσεν. Οὐ μόνον δὲ καθύπερ προενόει τῶν ἐγγύθεν αὐτοῦ ταῖς συκοφαντίαις ὑποβαλλομένων, καὶ ὑπὸ δυναστευόντων ἐπηρεαζομένων ἠθώει ὁ δίκαιος, ἀλλὰ τοὺς ἄπωθεν αὐτοῦ καὶ μακρὰν τυγχάνοντας ἀδίκως εὐθυνομένους, καὶ θανάτῳ παραδίδοσθαι μέλλοντας, δι' ὀνείρων τοῖς κριταῖς ἐφιστάμενος, καὶ ἀνήκεστα τούτοις ἐπαπειλούμενος τῶν ἐν χερσὶ συμφορῶν ἠλευθέρου (1). Καὶ τοῦτο οὐκ ἄπιστον τοῖς εὐλαβέσι, καὶ φιλοσοφίᾳ τῇ ἄνω συντεθραμμένοις λογισθείη ἂν προσηκόντως.

22. Ἐπειδὴ γὰρ φθάσας ὁ ἡγιασμένος πατὴρ ἡμῶν Νικόλαος, ἀγγελικὸν βίον παιδόθεν ἐξήσκησεν, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον, καὶ μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, ἀξιολόγος ἐλήλυθεν, καὶ ὅλως τῷ ἐλαίῳ τῆς εὐποιΐας ἀρχῆθεν λελιπασμένος, ἔλαβεν ἐκ θεοῦ τὴν χάριν τὸ οἰκτείρειν τοὺς καταπονουμένους· οὐ μόνον τῇ σωματικῇ αὐτοῦ, καὶ προφανεῖ παρουσίᾳ τοὺς αὐτῷ συνδιάγοντας, ἀλλὰ τοὺς ἀνέκαθεν αὐτοῦ τέλοντας, καὶ μετὰ πίστεως τὴν αὐτοῦ ἐπιβοωμένους βοήθειαν. Καὶ τοῦτο ἐγνώσθη πᾶσιν, ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων αὐτοῦ θαυματουργιῶν, τῶν τε πάλαι γεγονότων, ἕως τοῦ νῦν ἐνεργουμένων. Καθεξαίρετον δὲ ἐκ τῆς πρὸς τοὺς τρεῖς εὐκλεεστάτους στρατηλάτας ὠκυτάτης αὐτοῦ ἐπικουρίας· ὁπηνίκα ὑπ' αὐτῶν μετὰ τῆς ἀνενδοιάστου καὶ θερμοτάτης προσκληθεὶς εἰς ἀντίληψιν πίστεως· τῷ τε αὐτοκράτορι καὶ δικαίῳ Κωνσταντίνῳ, καὶ τῷ Ἐπάρχῳ τοῦ ἄστεως, ὡς ἐν ὀνείρῳ δῆθεν παρέστη Ἀβλαουΐῳ· τὸν μὲν ὡς χλεύην ὑποστάντα διὰ τῆς ἀπειλῆς, καὶ ἐκφανέσεως τοῦ οἰκείου ὀνόματος διορθούμενος, καὶ αἵματος ἀθώου ἐλεύθερον ἐργαζόμενος· τὸν δὲ ὡς βλάβην ἑκούσιον, διὰ δωροληψίαν ἐπισπασάμενον· καταπλήττων, καὶ ἐκφοβῶν τοῖς ἐσομένοις αὐτῷ ἐξ ὑπογύου κακοῖς, εἰμὴ τὸν δόλον ἀπόθηται τῆς ἰδίας ψυχῆς· καὶ τοὺς περὶ Νεπωπανὸν τῆς θανατηφόρου ψήφου αὐτίκα ἐλευθερώσειεν (2).

23. Ἐκ δὴ τούτων (3) καὶ τῶν τοιούτων αὐτοῦ κατορθωμάτων καὶ ἀγαθοεργιῶν εἰς πᾶσαν μικροῦ τὴν οἰκουμένην, τοῦ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ, καὶ προστασίας διαδοθέντος ὀνόματος, καὶ πάντων τοῖς στόμασιν, ὡς εἰκὸς, ἐμφερομένου·

ſionibus, mitiſſimus ſubjiciens quidem, ſed tanquam excuſans a crimine, ut compatiens liberavit. Non ſolum vero eos per claram viſionem prænoſcebat, qui e vicinia calumniis impetebantur, & a potentibus Dominis vexabantur, juſtus noſter liberavit; ſed eos etiam, qui procul & longe poſiti, damnati injuſte, & morti tradendi erant, in ſomnis Judicibus apparendo, & ipſis immania comminatus, ab imminentibus infortuniis liberavit. Hoc autem non incredibile piis eſt: & recte philoſophia ſuperna innutritis, narraretur.

Poſtquam autem ſanctificatus pater noſter Nicolaus, angelicam vitam a pueritia exercuit, & in virum perfectum, & ad menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, egregie pervenit, & oleo beneficentiæ, ab initio pinguis penitus erat factus; gratiam a Deo accepit, miſerandi labore fractos, ne dum corporali ſua præſentia iis, qui ſecum degebant; verum etiam iis, qui longe aberant; & cum fide, ejus auxilium invocarent. Quod omnibus innotuit, etiam ex multis quidem, variiſque ab eo olim patratis, & uſque nunc operatis bonis; eximium vero eſt, erga tres celeberrimos Stratelatas, ejus præſentiſſimo patrocinio: quando ab ipſis indubia, & ferventiſſima Fide, ut opem ſibi ferret, eſt invocatus; Imperatori & juſto Conſtantino, & Præfecto Urbis, tanquam in ſomnis, apparuit Ablavio. Et quidem minis illum tanquam ludibrio expoſitum, revelato etiam ſuo nomine, in viam redigens, & liberum reddens a ſanguine innocenti: hunc vero tanquam voluntariam noxam; ob donorum acceptionem corruptum, objurgans & terrens, e veſtigio inſtantibus ei malis, ni propriæ deponeret dolum animæ; & eos, qui cum Nepotiano erant, a capitali ſententia liberaret.

Sane ex his, aliiſque, rectis ejus, boniſque operationibus, brevi in omnem terram, ſanctitatis ejus & patrocinii, nomine circumlato, & ore omnium, uti par erat, celebrato:

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΝΑΥΤΩΝ.

Ναῦταί τινες τὴν θάλασσαν ποτε διαπλεύοντες, τρικυμίας καὶ ζάλης αὐτοῖς ἐπιβολῇ σφο-

DE NAUTIS.

Nautæ quidam mare aliquando navigantes, tempeſtate & turbine cum acceſſu

NOTAE.

(1. & 2,) Has fabulas jam edidimus.

(3) Ex hinc, aliena manus, & non Methodii creditur; cujus nec ſtylus eſt, nec oratio, nec exornatio, emphatica & oratoria. Farcimen ergo eſto, Græculi ſequioris ævi hoc miraculum, uſque ad Capitis hujus finem.

ſu furibundiſſimi venti, confertim undique excitatis; in irreparabile mortis periculum, penitus ſe verſari cernebant, & formidabant. Verum vix tandem aliquando recordati ſancti noſtri Nicolai, eum nominatim in auxilium invocarunt: cum Sanctus pater noſter, & celer exauditor illorum, qui compuncti, in afflictionibus eum invocant; Dei juſſu in eadem neceſſitatis eorum hora, eis apparet, & inquit eis: Ecce invocaſtis me, & ego, ut vobis auxilier, præſto ſum. Viſus eſt itaque a navigantibus, tanquam corroboraret, & fiduciam ipſis adderet; & in quamlibet partem navis; inter funes, inquam, & contos, adjuvans eos, & una reſiſtens apparere. Ac ita, Deo adjutore, eos a periculo liberavit, & ad tranquillum portum, cuſtodiens illos adduxit. Illi vero exeuntes e navi, & cum affectu & fide, liberatorem ab acerbiſſima morte, quærebant cum gratiarum actione adorare. Scientes vero, ipſum in Eccleſia commorari; profecti illuc, & Sanctum Chriſti Præſulem, ſine faſtu, & unum veluti e clericis, ingreſſum conſpicati: qui nunquam antea eum viderant, eum abſque aliquo indice cognoverunt, ex ejus apparitione, inter navigandum habita, ejuſque auxilio, aſpectum Sancti conjicientes. Progreſſique ſilenter, ad ejus pedes procidunt, eique reddentes gratias, atque renuntiantes, quomodo eis in mari periclitantibus apparuit, vel ex prima invocatione, & a terribili illo, atque noxio ventorum tumultu, ope lata, liberavit. Sanctus vero Chriſti miniſter, homines intuitus, & perſpicaci puriſſimæ ſuæ animæ efficacia, prænoſcens, quæ ab ipſis facta fuerant in occulto: Recognoſcite voſmetipſos, inquit, o filii, hortor, & dirigite corda veſtra, ut bonum & miſericordem Dominum, & ſervatorem animarum noſtrarum, placabilem faciatis. Nam fodalis noſtra injuſtitia, moreſque fraudulentiſſimi, una cum fœda, & mortifera fornicatione, ſuperaddita vitæ veſtræ, elementis Dei correptionem, tanquam morbi, medicos irrevocabiliter accerſunt. Ne faciatis itaque mala, ut dicit Scriptura, neque occupet vos malitia. Diſcite potius bene converſari, corpuſque ſanctificare, tanquam inexorabile, ut ſaluti inſinuet venenum, quo nemo qui ſit infectus videbit Dominum: ſicut Paulus divinus apoſtolus nos docet. De cætero habebitis Dominum, in tentationibus, quæ vobis

σφοδροτάτου πνεύματος, ἀθρόως ἐπαναστάσης, εἰς ἀπαραίτητον θανάτου κίνδυνον πάντη, καὶ πάντως ὑποβληθήσεσθαι ἀφεώρων. Ἐλθόντες δὲ μόλις ποτὲ εἰς ἀνάμνησιν τοῦ ἁγίου Νικολάου, ἐξ ὀνόματος αὐτὸν εἰς βοήθειαν ἐξεκαλοῦντο. Ὁ δὲ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν καὶ ταχὺς ὑπήκοος τῶν ἐν συμφοραῖς αὐτὸν μετὰ κατανύξεως προσκαλουμένων, κατὰ θεοῦ κέλευσιν ἐπιφαίνεται αὐτοῖς ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ τῆς ἀνάγκης αὐτῶν, καὶ φησὶ πρὸς αὐτούς· Ἰδοὺ ἐκαλέσατέ με, καὶ πάρειμι βοηθήσων ὑμῖν. Θεωρούμενος τοίνυν ὑπὸ τῶν ναυτιλλομένων, ὡς δῆθεν ἐνισχύων αὐτοὺς, καὶ παραθαρσύνων, καὶ εἰς ἕκαστον μέρος τοῦ πλοίου, ἔν τε σχοινίοις φημὶ, καὶ κόντοις συνεργῶν αὐτοὺς, καὶ συναντιπυχόμενος, οὕτω σὺν θεῷ, τοῦ κινδύνου διέσωσεν. καὶ πρὸς γαλήνιον ὅρμον διαφυλάξας, ἀποκατέστησεν. Οἱ δὲ τῆς νηὸς ἀποβάντες, καὶ μετὰ πόθου καὶ πίστεως τὸν ῥύστην τοῦ χαλεπωτάτου θανάτου διερωτῶντες, ἐπεζήτουν εὐχαριστικῶς προσκυνῆσαι. Μαθόντες δὲ αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὄψεσθαι· παραγενόμενοι ἐκεῖσε καὶ τὸν ὅσιον τοῦ Χριστοῦ Ἱεροφάντην ἄκομψον καὶ ὡς ἕνα τῶν πολλῶν κληρικῶν εἰσεληλυθότα θεασάμενοι· οἱ πρότερον οὔ ποτε τοῦτον ἰδόντες, ἀνεγνώρισαν αὐτὸν ἄνευ τινὸς μεσιτεύοντος τῇ κατὰ τὸν πλοῦν ἐμφανείᾳ καὶ βοηθείᾳ τὴν ὄψιν τοῦ ἁγίου συγκρίναντες· καὶ προελθόντες ἠρέμα πίπτουσιν αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας, ἀποδιδόντες αὐτῷ τὰ χαριστήρια· καὶ ἀναγγέλλοντες πῶς τε ὤφθη αὐτοῖς θαλαττεύουσιν, ἐκ πρώτης κλήσεως, καὶ τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ἐπιβλαβοῦς ταραχῆς τῶν ἀνέμων, ἐπικουρῶν ἐλυτρώσατο. Ὁ δὲ ὅσιος τοῦ Χριστοῦ λειτουργὸς, τοὺς ἀνθρώπους θεασάμενος, καὶ τῷ διορατικῷ τῆς καθαρωτάτης αὐτοῦ ψυχῆς ἐνεργήματι τὰ ὑπ' αὐτῶν ἐν παραβύστῳ κατανοήσας δρώμενα· Γνῶτε οὖν ἑαυτοὺς, φησὶν, ὦ τέκνα παρακαλῶ, καὶ εὐθύνατε τὰς καρδίας ὑμῶν πρὸς εὐαρέστησιν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ εὐσπλάγχνου δεσπότου, καὶ Σωτῆρος τῶν ψυχῶν ἡμῶν. Ἡ γὰρ σύντροφος ἡμῶν ἀδικία, καὶ τὸ πλεονεκτικώτατον τοῦ τρόπου, μετὰ τῆς μυσαρᾶς καὶ θανατηφόρου πορνείας, ἐπιδαψιλευόμενα τῇ ζωῇ ὑμῶν τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ τὴν παιδείαν· ὡς αἱ νόσοι σοι τοὺς ἰατροὺς ἐκκαλοῦνται ἀπαραβάτως· Μὴ ποιεῖτε τοίνυν κακὰ, ὡς λέγει ἡ γραφὴ, καὶ οὐ μὴ καταλάβῃ ὑμᾶς κακόν· μάθετε μᾶλλον τὸ εὐπολιτεύεσθαι, καὶ τὸν ἁγιασμὸν τοῦ σώματος· ὡς ἀπαραίτητον σωτηρίας ἐγκολπώσασθαι φάρμακον· οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον· καθὼς διδάσκει ἡμᾶς ὁ θεσπέ-

θεσπέσιος ἀπόστολος Παῦλος, καὶ ἔξειπ βοηθὸν τὸν Κύριον τοῦ λοιποῦ ἐν τοῖς συμβαίνουσιν ὑμῖν πειρασμοῖς. Ἡ γὰρ τῆς ψυχῆς ἀρετὴ δίκη καρπούμενος αὐτῷ εὐφυῶς προσφερομένη τὴν ἐξ αὐτοῦ ἀντιπιστάτι ἀρωγὴν καὶ προμηθείαν. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

24. Ὡς δέ μοι τῶν συνήθων τις καὶ εὐλαβεστάτων μοναχῶν λόγος ἄνωθεν φέρεται εἰς ἡμᾶς, ἐκ παραδόσεως τὴν ὑπόστασιν ἔχων, ὅτι τοιοῦτος ἦν ὁ ἅγιος Νικόλαος, ἱεροπρεπὴς καὶ ἀγγελικὸς τῷ εἴδει, καὶ ἁγιασμοῦ πλήρης ἀποπέμπων τῆς εὐωδίας, ὡς καὶ ἐκ μόνης ὁράσεως αὐτοῦ τοὺς παρατυγχάνοντας βελιοῦν, καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον, καὶ σωτηρίας ἐχόμενον, ὠθεῖν καὶ μεταφέρειν· εἰ δὲ καὶ αἱρετικός τις ὑπῆρχεν ὁ τοῦτο κατὰ τάρον συναντῶν· τὴν ἐν πολλοῖς χρόνοις συνανακραθεῖσαν αὐτῷ νόσον τῆς δυσεβείας, παραυτίκα παραπεμπόμενος τῆς τοῦ δικαίου πίστεως ἀνυπόλως ἐγένετο. Ἀμέλει οὕτω πολιτευσάμενος ἐν τῇ Μυραίων μητροπόλει· καὶ μυείσας ἅπαντας τῇ εὐωδεστάτῃ αὐτοῦ καὶ πανοσίᾳ βιωτῇ καὶ ἱεραρχίᾳ, κατέλειπεν τὴν ἐπίκληρον ζωὴν, καὶ πρὸς τὴν ἀΐδιον μετετέθη ἀνάπαυσιν, χώροις ἀγγέλων συνευφραινόμενος· καὶ δῆμος πατριαρχῶν συγγηθόμενος· καὶ πρεσβεύων ἀπαύστως ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει αὐτὸν μετ᾽ εὐφροσύνης προσκαλουμένων· καὶ μάλιστα τῶν ἐν συμφοραῖς, καὶ δημευσέσιν συνεχομένων καὶ ἐξεταζομένων. Τὸ δὲ τίμιον αὐτοῦ μεμυρισμένον τῇ τῶν ἀρετῶν εὐοσμίᾳ σῶμα, ἐν τῇ κατὰ τὸ ἐνσορισθὲν ἐκκλησίᾳ· ἔβλυσεν εὐθὺς, μῦρον ἡδύπνοον, ἀποτρόπαιον μὲν πάσης ὑπάρχων ἐναντίας, καὶ φθοροποιοῦ δυνάμεως· πορισικὴν δὲ σωστικῆς καὶ ἀλεξικάκου ἰάσεως· εἰς δόξαν τοῦ δοξάσαντος αὐτὸν Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

25. Ἐκ τότε γοῦν καὶ μέχρις ἡμῶν ἡ χάρις τῶν θαυμάτων, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν, καὶ προστάτου τῆς οἰκουμένης Νικολάου, ἐνέργουσα κατὰ Θεοῦ βούλησιν φαίνεται· καὶ ἀέναός ἐστιν ἡ κρήνη αὕτη εἰς τοὺς δεομένους εὐεργεσιῶν. Οὐκ ἔστιν γὰρ, οὐκ ἔστιν τῶν ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων εὐλαβείᾳ διαπρεψάντων, καὶ ἀδοκήτοις τισὶ περιπεσόντων συναντήμασιν, καὶ πρὸς αὐτὸν διεντεύξεως καταφυγόντων· ὃς οὐκ ἔλειψε πεῖραν τῆς αὐτοῦ δραστικῆς βοηθείας· θαυμάτων τε προφανῶν καὶ παραδόξων αὐτοῦ ἐπιφανειῶν· καὶ ἀπορρήσεων πανταληθῆ τελεσιουργίαν· ἅπερ εἰ βουληθείη τις λόγῳ συγγραφῆς παραδοῦναι, οὐχ ἱκανὸς ἔσται, πρὸς τὴν τούτων ἀκριβῆ διήγησιν· δι᾽ ἄλλου ἄλλο, δι᾽ ἑτέρου ἕτερον ἀπορρήτερον θαῦμα τοῖς συνήθεσι· καὶ πλησιοχώροις πνευματικῶς ἐκτιθεμένου.

26. Διὰ

vobis accident, defenſorem. Nam animæ virtus, juſtitia fructus eſt, decenter oblati Domino, a quo conſequemini auxilium & providentiam. Et hæc quidem taliter acciderunt.

Ut vero quidam familiarium & piiſſimorum Monachorum mihi narravit, fertur antiquus ſermo, ad nos uſque ex traditione ſubſiſtens, quoniam Sanctus Nicolaus erat ejuſmodi: Sacro decore, aſpectuque angelico, & ſanctificatione plenus, ejuſque emittens fragrantiam, ut ex ſolo intuitu ejus, adſtantes redderet meliores; & ad meliora, ſalutiſque aſſecutionem, impelleret, & transferret. Si quis vero hæreticus, in tranſitu ei occurreret, impietatis morbum a multis annis contractum; illico converſus, juſti fidei intrepidus factus eſt prædicator. Sic itaque in Myræorum metropoli ſe gerens, & omnes ſuaviſſimo ſuo, ſanctiſſimoque vivendi genere ungens, in ſacro Pontificatu; reliquit electam vitam, & ad æternam requiem eſt translatus. Angelorum chorus gaudens, & Patriarcharum populus exſultans, & intercedens indeſinenter pro iis, qui in fide & gaudio eum invocant: & potiſſimum pro iis, qui in tribulationibus, & malis publicis verſari comprobantur. Venerabile ejus corpus, unguento & virtutum fragrantia delibutum, qua in Eccleſia eſt tumulatum, illico manavit unguentum, ſuavem odorem ſpirans. Quod ab omni quidem adverſa & corruptrice poteſtate defendit; præbet vero ſalutarem & vivificam medicinam, in gloriam glorificantis eum veri Dei noſtri Jeſu Chriſti.

Ex illis igitur temporibus uſque ad noſtra, miraculorum gratia ſancti Patris noſtri, & advocati terrarum Orbis Nicolai, ſecundum Dei voluntatem perdurat; & perennis eſt ipſa fons, erga beneficiis obligatos. Non eſt enim, non eſt inter filios hominum, qui religione excellunt, & in quoſdam caſus fortuitos delabuntur, & qui ad ipſum forte fortuna confugiunt; qui efficaci ejus patrocinii probationem non ſuſceperint: miraculorumque manifeſtorum, & apparitionum ejus mirabilium, & prædictionum veriſſimum implementum. Quæ ſi quis vellet ſermone & ſcriptura tradere, ineptus reperietur ad horum accuratam narrationem; cui aliud alio, & alterum altero, narratione dignius miraculum non occurrat, quod familiaribus, & vicinis ſpiritualiter geſtum ſit.

Nos

Nos idcirco unum aliquod eorum prodigiorum, quæ poſt mortem ejus ſunt facta, his quæ prædiximus adjungentes, finem his apponemus, quæ de eo per fidem nobis ſunt celebrata. In ſanctis hic Pater noſter, & celeberrimus Chriſti Præſul Nicolaus, poſtquam ad Dominum eſt profectus, & diverſas miraculorum operationes in dignos, etiam poſt mortem, ut magnos decet, effecit; piorum conventus ex omni terra & patria excitavit, ad ejus adorationem concurrere, & honorem. Cum quibus & aliqui, qui peregrini & longinqui erant: qui amore Sancti adducti, & ejus gratia, mente veluti illuminati, ad recipiendum ejus unguentifluum & ſalutare pignus ſe præpararunt. Hæc autem intelligens ſceleſtus & tortuoſus dæmon, qui olim equidem in Dianæ Templo habitabat; inde vero a Sancto & Thaumaturgo noſtro Patre Nicolao, cum ſociis expulſus fuerat; ut poſteris in Myrorum metropolim iter impediret; muliercula forma aſſumpta, hominibus illis adeſt, & porrigens eis tradit vas quoddam, veluti plenum oleo, quod vero non erat tale, etſi eſſe oleum videbatur, ſed erat plenum adverſitatis, & maleficæ poteſtatis.

Accipite, inquiens, rogo, homines, & hoc, quod Sancto a me votum eſt; & cognoſcetis quidem quod non exiguum vobis, quin & facile eo præbebitiṫer. Vos ergo, cum ad optatiſſimum & venerabile locum perveneritis, his, qui tunc adurentur cum ardore animi, lychnis, pro me & hoc vos effundite. Poſtquam enim per omnem Sancti vitam, qui ab eo dæmones ſunt expulſi, ac poſtremo a Dianæ altari, irrumpere in eum, non potuerunt, nec quid mali, ei deinceps irrogare: cum malignitatis ſint pleni, ſuam malitiam ordientes; per abeuntes ad Sanctum, propriam malignitatem oſtendere ſunt conati, in glorioſiſſimum ejus Templum: ſicut adhuc in illud, quod ex ejus corpore egreditur lipſanum, machinantur. Ubi ergo vas illud homines a maligno ſpiritu acceperunt, & per eam, quæ Myra ducit, viam adnavigarunt, navigato primæ diei ſpatio; ſequenti nocte, is qui tentatis ubique ſubito aſſiſtit, adjutor ſervidiſſimus Nicolaus, cuidam eorum, qui ſervabant diabolicum illud vas, apparet, eique dicit: Statim ac mane ſurges, projicito in profundum maris, quod fertis vas alienum.

Exſurgens igitur homo mane, ubi ſine dilatione juſſa illius fecit, qui in ſomnis ei locutus fuerat, illico cœpit ſublimis flamma

26. Διὰ δὴ τοῦτο ἡμεῖς ἕν τι τῶν μετὰ κοίμησιν αὐτοῦ γεγενημένων τεραστίων τοῖς προειρημένοις συνάψαντες, τέλος ἐπιθήσωμεν τοῖς περὶ αὐτοῦ ἡμῖν μετὰ πίστεως πονηθεῖσιν. Ὁ ἐν ἁγίοις οὗτος πατὴρ ἡμῶν, καὶ τοῦ Χριστοῦ πανεύφημος Ἱεράρχης Νικόλαος, πρὸς Θεὸν ἐκδημήσας, καὶ τὰς διαφόρους τῶν θαυμάτων ἐνεργείας εἰς τοὺς ἀξίους, καὶ μετὰ κοίμησιν μεγαλοπρεπῶς ἐπιδεικνύμενος· διήγειρεν τὰς τῶν εὐσεβῶν φατρίας, ἐξ ἁπάσης γῆς τε καὶ πατρίας, πρὸς τὴν αὐτοῦ συντρέχειν τιμήν τε καὶ προσκύνησιν. Μεθ' ὧν καί τινες ἐξ ἀλλοδαπῆς καὶ μακρᾶς ὑπάρχοντες χώρας, τῷ πόθῳ τοῦ ὁσίου ἐφελκόμενοι· καὶ ὑπὸ τῆς αὐτοῦ χάριτος τὰς φρένας, ὥσπερ καταλαμπόμενοι πρὸς τὸ καταλαβεῖν αὐτοῦ τὸ μυρίπνοον καὶ ἰαματικὸν παρεσκευάζοντο μνῆμα. Τούτου αἰσθόμενον, πονηρόν τι καὶ σκαιὸν δαιμόνιον, τὸ πάλαι μὲν ἐνσκηνούμενον ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῷ, ἐκεῖθεν δὲ ὑπὸ τοῦ ἁγίου καὶ θαυματουργοῦ πατρὸς ἡμῶν, σὺν τοῖς ἑτέροις αὐτοῦ ἀποδιωχθὲν Νικολάου· καὶ ὡς μέλλουσι τὴν πορείαν ἐπὶ τὴν τῶν Μυραίων ποιεῖσθαι μητρόπολιν, μετασχηματισθὲν εἰς γυναικεῖον εἶδος, πρόσεισι τοῖς ἀνδράσι, καὶ ἐκβαλὼν ἐπιδίδωσιν αὐτοῖς σκεῦός τι μεμεστωμένον δῆθεν ἐλαίου· τὸ δὲ ἦν οὐ τοιοῦτον, εἰ καὶ ἔλαιον ἐδόκει φαίνεσθαι· ἀλλὰ πλήρης τῆς ἐναντίας καὶ κακωτικῆς δυνάμεως.

27. Λάβετε φάσκων, ὦ ἄνδρες, δυσωπῶ, καὶ τόδε τὸ ὑπ' ἐμοῦ καρποφορούμενον τῷ ἁγίῳ· καὶ γνώσεσθε μὲν τῇ ἀσθενείᾳ μὴ ἱκανοῦ σοῦσιν ὑμῖν ἐκεῖσε παραγενέσθαι. Αὐτοὶ δὲ τὸν περιπόθητον καὶ σεβαστὸν χῶρον φθάσαντες τοῖς προσκυνουμένοις τότε μένει λύχνοις ἀντ' ἐμοῦ, τοῦτο ὑμεῖς ἐγχέατε. Ἐπειδὴ γὰρ παρὰ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἁγίου, τὰ ὑπ' αὐτοῦ ἐξορισθέντα τοῦ τῆς Ἀρτέμιδος βωμοῦ δαιμόνια προσβάλλοντα αὐτῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ· ἅ τε δὴ μνησικακίας ὄντα ἐπίμεστα τὴν ἑαυτῶν ταμιευσάμενοι κακίαν διὰ τῶν ἀπιόντων πρὸς τὸν ἅγιον, τὴν ἰδίαν κακουργίαν ἐνδείξασθαι, κατά τι τοῦ πανενδόξου τεμένους, τοῦ ὑπ' αὐτοῦ περιεχομένου ἐμηχανήσαντο λειψάνου. Λαβόντες οὖν τὸ σκεῦος πρὸς τοῦ πνεύματος οἱ ἄνθρωποι, ἐπέπλεον ἐπὶ τὰ Μύρα φέρουσαν ὁδὸν τῆς θαλάσσης· διηνυκότες δὲ τὸ τῆς πρώτης ἡμέρας διάστημα, τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ, ὁ πανταχοῦ τοῖς πειραζομένοις ταχέως εὑρισκόμενος θερμότατος ἀμύντωρ Νικόλαος, ἐπιφαίνεταί τινι τῶν κατεχόντων τὸ διαβολικὸν ἐκεῖνο ἀγγος, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀναστὰς ἕωθεν, ἀκόντισον ὃ ἐπιφέρεσθε ἀλλότριον σκεῦος, εἰς τὸν βυθὸν τῆς θαλάσσης.

28. Διεγερθεὶς τοίνυν ὁ ἄνθρωπος τῇ πρωΐ ἐποίησεν ἀνυπερθέτως κατὰ τὴν κέλευσιν τοῦ

νουμένου, ἤρξατο εὐθέως φλὸξ μετέωρος εἰς τὸ ὕψος ἀνακρριπίζεσθαι τοῦ ἀέρος, καπνός τε περισκοτίζων· καὶ ὀδμαὶ δυσώδεις, καὶ ἀηδίας ὑπόπλεοι ἐξεπέμποντο· ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ ῥεύματος χασθέντος. καὶ ἀνακαχλάσαντος, καὶ βρασματώδεις ψόφους ἀποτελοῦντος, καὶ οἷον σπινθῆρας τὰς ἐξαλλομένας σταγόνας ἐκπέμποντος, φοβερὸν τὸ γιγνόμενον τοῖς πλωτῆρσι συνέβαινεν. Ἥ τε γὰρ ὁλκὰς τῷ σάλῳ ὅλη κατεκλονεῖτο. Καὶ αὐτοὶ δὲ τῷ ἀειδεῖ τῆς πνοῆς, καὶ τῷ φόβῳ τῶν βλεπομένων ἐξεστηκότες τῶν εὐθυνόντων τὸ πλοῖον, κατημέλησαν πηδαλίων τε καὶ πεισμάτων· καὶ οὕτως αὐτοῖς πανταχόθεν εἰς ἀπορίαν τὰ τῆς σωτηρίας περιέστη. Ἀλλ' ἡ τοῦ ὀφθέντος αὐτοῖς βοήθεια, καὶ τὸ Σατανικὸν ἐκεῖνο σκῶλον ὑπορύχων τῷ βυθῷ παραδοῦναι κελεύσαντος, ὀξέως καταλαβοῦσα· τοῦ τε χαλεπωτάτου κινδύνου ἐξείλετο, καὶ τοῦ δαίμονος τὴν ἐπιβουλὴν νοῆσαι αὐτοῖς ἐνεποίησεν. Μικρὸν γὰρ τοῦ τόπου τῆς νηὸς ἀποβάσης, καὶ τῶν ἀνδρῶν τοῦ δέους ἀπαλλαγέντων· καὶ ὥσπερ φωτὸς θυμηδείας ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν ἐλλαμφθέντος, ἔγνωσαν τῆς ἐναντίας ἐνεργείας εἶναι πεπληρωμένον τὸ πρὸς αὐτῶν ἐκριφὲν ἐν τῇ θαλάσσῃ σκεῦος, καὶ κατὰ τῷ νεῷ τοῦ ἁγίου δολίως πεμπόμενον. Δι' ὃ τῆς τε αὐτοῦ ἐκδικήσεως, καὶ τῆς σφῶν σωτηρίας, Θεῷ καὶ Νικολάῳ τὴν εὐχαριστίαν ἀνέπεμπον· τῷ δὲ ὡς ποιητῇ καὶ κηδεμόνι τοῦ ἑαυτοῦ πλάσματος, τῷ δὲ ὡς μεσίτῃ πεφηνότι τῶν ἐκ Θεοῦ ἀγαθῶν, καὶ τὴν αὐτῷ παραδόξως αὐτουργήσαντι σωτηρίαν.

29. Ταῦτα ὑμῖν ἐξύμνηται, ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα, περί τε τῆς πολιτείας, καὶ τῶν παραδόξων ἀριστείων τοῦ θεσπεσίου πατρὸς ἡμῶν, καὶ καθολικοῦ προστάτου τῶν ἐν πειρασμοῖς παιδευομένων Νικολάου τοῦ μεγάλου. Παρ' οὗ χάριτος πολλῆς ἠξιωμένους διέγνωμεν· καὶ τοὺς δι' αὐτὸν τὴν αὐτοῦ προσηκαμένους κλῆσιν, καὶ βίου μετεσχηκότας ἀγγελικοῦ· καὶ θαυμάτων ποιητὰς γεγονέναι· ὡς τὴν αὐτοῦ κατὰ δύναμιν ἐζηλωκότας ἀρετὴν, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἱερωτάτην αὐτοῦ ἐμφέρειαν, μετὰ τῆς δεούσης πίστεως ἀνασηλοῦντές τε καὶ ἀσπαζόμενοι ὡς αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν στεργόμενον σύνοικον ἔχοντες ἀδιάσπαστον, ταῖς αὐτοῦ πρὸς Θεὸν μεσιτείαις τῶν πολυθλίπτου βίου, βρόχων τε καὶ σκανδάλου ἀριδήλως ἀπολυτροῦνται, καὶ ζωὴν ἤρεμον καὶ ἀπήμαντον διοδεύειν καταξιοῦνται.

30. Ἀλλ' ὦ ἱερώμυστα πάτερ, τὸ μεμυρισμένον τοῦ ἁγίου πνεύματος καταγώγιον· ὁ τῆς ἐνυποστάτου σοφίας καθαρώτατος οἶκος· ἡ μονὴ τῆς ἀκτίστου καὶ πανουργοῦ Τριάδος· τὸ ἀγγέλων τὸ προφανὲς ἀπεικόνισμα, ἡ φερώνυμος νίκη τοῦ ἐκλεκτοῦ λαοῦ σου· ὁ τῶν εἰδώλων ἀλκιμώτατος καθαιρέτης· ὁ τῶν δαι-

μόνων

in alto aëris fuſcitari, fumuſque undequaque tenebricoſus, qui odores graveolentes, & gravitate refertos emittebant. Sed etiam fluctibus recedentibus & reſonantibus, immodicoſque ſtrepitus reddentibus, & exſilientes guttas, emittentibus ut ſcintillas; terribile quid navigantibus afferebat. Etenim tota navis mari exagitabatur; ipſi vero obſcuritate, ventorum vi, & timore perſpecto eorum, qui navem dirigebant, conſternati; de temone, & rudentibus amplius non curabant. Tunc itaque ad conſilii inopiam undique redactis; ſalutis ratio tuta adſuit: ejus, qui ipſis apparuit, auxilium; & ſatanicum illud impedimentum (quo fremens, profundo eos tradere volebat) celeriter accurrendo, a moleſtiſſimo ipſos periculo liberavit: & dæmonis ſallaciam noſcere ipſis fecit. Paulo namque longe a loco navis appulit, & a metu homines liberati, & veluti lumine voluptatis, animabus eorum divinitus immiſſæ, cognoverunt totius adverſitatis, vas illud fuiſſe plenum, quod ab ipſis projectum in mare fuerat, & quod doloſe a dæmone, ſancti Templo veluti, mittebatur. Per quod & de illius ſcelere, & de propria ſalute, Deo, & Nicolao gratias reddiderunt: illi quidem ut Creatori, Curatorique ſuæ creaturæ; huic vero ut probato mediatori, diſpenſatorique honorum illorum, quæ a Deo ſunt, & quæ, Deo dante, per ipſum mirabilia fuerat operatus.

Hæc autem vobis, tanquam pauca de multis ſunt celebrata, de vita, ſtupendiſque miraculis divini Patris noſtri, & univerſalis Patroni omnium, qui in tentationibus verſantur, Magni Nicolai. Per quem gratiæ multæ dignatos novimus, & eos qui per ipſum, vocationem ſunt conſecuti, & vitæ participes facti angelicæ, & miraculorum operatores, ut ejus pro virili virtutum æmulari non ſolum, ſed etiam ſacerrimam ejus ſimilitudinem, cum debita fide erigentes & ſalutantes, ut individuum illum ipſum contubernalem habentes, ejus quoque apud Deum interceſſione, a multiplicibus turbulentæ & aſſlictæ vitæ laqueis, & ſcandalo manifeſte liberentur; & tranquillam, & incorruptam vitam ducere digni fiant.

Sed, o Pater, qui ſacris præes, qui unguentum es delibutum, & Sancti Spiritus domicilium: conſubſtantialis ſapientiæ puriſſima domus: increatæ & omnia operantis manſio Trinitatis: O angelorum manifeſta imago, & correſpondens nomini victoria electi populi tui. everſor validiſſi-

mus

mus Idolorum, dæmoniorum efficaciſſimus effugator, multiplicium Chriſti donorum diſpenſator, ſuaſor pudicitiæ celeberrimus, improborum validiſſimus reprehenſor, calumniis impetitorum præſentiſſimus liberator, impertranſibile pelagus incredibilium miraculorum; continentiæ & virginitatis Doctor, pietatis veriſſimæ prædicator, Archipræſulatus ſuaviſſima regula, mellifluus divinæ prædicationis concionator, fax lucidiſſima Chriſti Eccleſiæ, afflictorum, ſolamen divinitus conſtitutum.

Eja modo nobis adeſto, qui te corde intimo invocamus; & occulto tuo miniſterio & præſentia tua angelica, nos ſanctifica, qui hunc tuum diem feſtum & ornatiſſimum celebramus, (habet enim te, qui a tribulationibus ſemper liberas) quique indigne tibi attulimus triſtia & non florida verborum, nec olentia; & qui ad hanc tui pie celebritatem uniti ſumus; tui auxilio potiamur, interceſſione, providentia, domus cuſtodia, lucroſa præſentia adjutorii; per quæ nos tentatos, libera ab inſtantibus adverſis, ab afflictionibus erue; flammam circumſidentium nos malorum, extingue; roſcida tua interceſſione, impie in nos conjuratos diſſipa; atque irrationabiliſſimam impiorum domum comminue: ut ſic ſub tuo ſemper tegmine & patrocinio poſiti; ſuperiores, ab occurrentibus infortuniis, omnique externa calumnia, protegamur. Te namque Chriſtus noſtri vindicem, in vitæ tumultibus ſufficientem conſtituit. Qui una cum Patre, & Sancto Spiritu, orthodoxe a nobis adoratur. Ipſum namque decet gloria, & honor, & adoratio, una cum eo, qui eſt ſine principio, & coæquali Patre; & Omnipotente, & conſubſtantiali Spiritu, a principio creationis eorum, quæ ſunt & nunc, & ſemper, & per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

μόνων δραστικώτατος φυγαδευτής· ὁ εὐμεταδότος τῶν τοῦ Χριστοῦ πολυπλασίων δωρεῶν οἰκονόμος· ὁ τῆς σωφροσύνης ὑπερύμνητος ὑφηγητής· ὁ τῶν παρανομούντων σφοδρότατος ἐπιτιμητής· ὁ τῶν συκοφαντουμένων ταχύτατος ἐλευθερωτής· τῶν παραδόξων θαυμάτων τὸ ἀδιεξίτητον πέλαγος· ὁ τῆς ἐγκρατείας τε καὶ παρθενίας διδάσκαλος εὐκλεής· ὁ τῆς εὐσεβείας μεγαλοφωνότατος ἱεροκήρυξ· ὁ τῆς ἀρχιερωσύνης παναρμόνιος, καὶ κατὰ λόγον στάθμη· ὁ μελίρρυτος τοῦ ἐνθέου κηρύγματος δημηγόρος· ὁ φανότατος τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας πυρσός· τὸ τῶν θλιβομένων, θεοπάροχον παραμύθιον.

31. Παρέσω καὶ νῦν μεθ' ἡμῶν τῶν σὲ πόθῳ προσκαλεσαμένων, καὶ τὴν πανκόσμιον σοῦ ταύτην ἐπιτελούντων πανήγυριν· ἁγίασον ἡμᾶς τῇ κρυφιομύστῳ σου, καὶ ἀγγελικῇ παρουσίᾳ, ἔχοιμεν σε ἀεὶ τῶν δεινῶν ἐλευθερωτὴν, οἵ τε ἀναξίως ταῦτά σοι προσκομίσαντες τὰ κατάστυγνα, καὶ οὐκ εὐανθῆ τῶν λόγων ἀτροφάδια. Καὶ οἱ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς εὐσεβῶς βιασάμενοι· χρήζωμεν σου τῆς ἀντιλήψεως τῆς πρεσβείας, τῆς προμηθείας, τῆς ἐπικουρίας, τῆς ὀνησιφόρου παρουσίας. Δι' ὧν λυτρῶσαι πειραζομένους τῶν ἐνεστώτων ἀνιαρῶν, ἐξελοῦ ἡμας τῶν πειρασμῶν, ῥῦσαι τῶν θλιβερῶν· σβέσον τὴν φλόγα τῶν ἐπανισαμένων ἡμῖν κακῶν, τῇ δροσοβόλῳ σου πρεσβείᾳ τῶν ἀλαζονευομένων καθ' ἡμῶν δυσσεβῶς διασκέδασον τῶν κατωφρουρομένων ἀλογωτάτην οἴκησιν ἔκτριψον· ἵν' οὕτως ὑπὸ τῆς σῆς φρουρούμενοι διαπαντὸς σκέπης καὶ προστασίας, ἀνώτεροι τῶν προσπιπτόντων συμφορῶν καὶ πάσης ἐκτὸς συκοφαντίας διαφυλαχθείημεν. Σὲ γὰρ ἀρωγὸν ἱκανώτατον ἐν τοῖς τοῦ βίου ὀχληροῖς Χριστὸς ἡμῶν προεστήσατο. Ὁ σὺν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ὀρθοδόξως ἐφ' ἡμῶν λατρευόμενος· αὐτῷ γὰρ πρέπει ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ καὶ ἰσοφυεῖ πατρὶ, καὶ τῷ παντοδυνάμῳ καὶ ὁμοουσίῳ αὐτοῦ πνεύματι ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως τῶν ὄντων, καὶ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀπελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Digitized by Google

EX MEMBRANACEO CODICE VATICANO
num. 281. a pag. 272. & eodem COD. num. 824.
a pag. *169*.

ΙΣ ΘΑΥΜΑΤΩΝ, ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΕΝ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣΙ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΕΝ ΘΑΥ'Ι ΠΕΡΙΩΝΥΜΟΥ

ΝΙΚΟΛΑΟΥ.

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΜΥΡΩΝ ΤΗΣ ΛΥΚΙΑΣ ΕΠΑΡΧΙΑΣ.

ENARRATIO MIRACULCRUM MAGNI INTER ARCHIEPISCOPOS DEI ET OB MIRACULA SIBI COGNOMINIS

NICOLAI,

QUI FUIT ARCHIEPISCOPUS MYRORUM PROVINCIÆ LYCIÆ.

Hæc Homilia eſt ejuſdem S. Methodii Patriarchæ Conſtantinopolis ad ſuum Populum.

Εὐλόγησον Πάτερ:

1. ΚΑλὸν ἡμᾶς, ὦ θείκῶν ἀσμάτων προασπισταὶ, (1) καὶ τὰ νῦν μνησθῆναι τῆς προφητικῆς ἐκείνης φωνῆς τῆς λεγούσης· Ἀληθῶς ἐθαυμάστωσεν ὁ Θεὸς τὰ ἐλέη αὐτοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ· πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς ἐποίησεν. Οἷς γάρ ἐστι, καὶ τὰ νῦν ἀναγνωρίζειν ἀνθρώποις· καὶ βελτίους ἐργάζεσθαι τοῖς θαύμασι πρὸς ἀρετήν. Ὑμᾶς ἐρῶ τοὺς ἀκούοντας, τοὺς πολλὰ τῇ ὁράσει καὶ τῇ διανοίᾳ κατέχοντας. Ἴστε γὰρ ἅπαντες τοῦ κοσμορύστου, καὶ θαυματουργοῦ Νικολάου τὰ καθ' ἑκάστην εἰς ἅπαντας παραδοξοποιούμενα θαυμάσια· καὶ πῶς ὁ τούτου ναὸς ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ἰατρεῖον καθέστηκεν, καὶ θεραπεῖον τοῖς πάσχουσιν ἀκισόδυνον. Ὅθεν καὶ ἡμεῖς ἀκροαταὶ, ἵν' εἴπω καὶ αὐτόπται τῆς ἀληθείας τῶν πραγμάτων γενόμενοι, ὀλιγοστῶν παντελῶς, μικρά τι καὶ εὐτελῆ, καὶ σποράδην που διῃρημένα· τὰ μὲν ἐξ ἀκοῆς, τὰ δὲ καὶ ἐξ ὄψεως μεμαθήκαμεν, ὀνόματα καὶ πράγματα, καὶ οἰκήσεις· καὶ γένους ἐμνημονεύσαμεν· καὶ μικρῷ σὺν τάγματι ταῦτα συνελέξαμεθα, ἵνα μὴ ἐστιν ἀμφίβολος τοῖς ἐντυγχάνουσι τῶν πραγμάτων ἡ ἔκβασις.

ΠΕΡΙ

Benedic Domine.

PUlchra res eſt, nos, o divinorum Carminum Proaſpiſtæ, modo etiam vocis illius Propheticæ meminiſſe, quæ dicit: Miſericordias ſuas, in Sanctis ſuis, vere mirabiles fecit Deus: & pulchra quoque res eſt, eas notas facere modo hominibus, ut ad virtutem reddantur, miraculis meliores. Qua in re, vos auditores habere gaudeo, qui multa ejuſmodi viſu, & memoria retinetis. Cuncti namque non ignoratis, quæ quotidie erga omnes, prodigioſa fiunt miracula, a Terrarum Orbis Cuſtode, & Thaumaturgo Nicolao: & quomodo ejus Templum, medica officina per totum Orbem evaſit, ac remediorum præclara domus, quæ languentes ſola ſanare valeat. Quapropter & nos auditores facti, quin oculati teſtes, veritatis geſtarum ab eo rerum; pauca omnino, parvaque, ſed utilia, quæ de eo ſparſim circumferuntur; alia equidem ex auditu, alia vero didicimus oculati: illorumque nomina & opera meminerimus; domuſque & genus, in parvo numero colligemus: ut his qui legerint, non ſit dubius, quiſnam fuerit rerum exitus.

DE

(1) Hoc exordium, deſumptum eſt ex Vita S. Euthymii Abbatis, per Cyrillum Scythopolitam, [illegible] 5. ſeculi.

DE DEMETRIO ABREPTO IN MARE.

Temporibus noſtris quidam homo, qui ad Eleutherium habitabat, nomine Demetrius, & erga Sanctum Nicolaum multam fidem affectumque habebat; in annuo & mirabili ejus feſto, ceras ſolitus ſumere, oleum, & reliqua, quæ opus erant ad ejus feſtum; dum ex feliciſſima urbe Conſtantinopolis eſt profectus, & navi ad partes Thraciæ, ad celebre caſtrum Athyri contendebat (eo enim prædictus homo quotannis, morem habebat proficiſcendi, & eam memoriam celebrandi) ſub mediam noctem, errante per mare navi, turbo ita eis funeſtus irruit, ut & navis ſummitates diffractæ ſint. Demetrius vero arripiens harum unam, & vento furente, eam in contrarium vertere haud valens, in mare (narrant) impellente vi ſpiritus eſt abreptus; nauticum funem (quo navis velum deligabatur) in manu retinens; & nihil aliud valens dicere, quam; *Sancte Nicolae adjuva me*. Sic eo igitur aſſidue exclamante (o rem miram! cogitationem namque mihi, quod ſum dicturus percellit) inviſibili vi ſublimis abductus, in domo ſua januis clauſis eſt inventus; voces eaſdem clamitans, & dicens: *Sancte Nicolae adjuva me*. Vicini autem ejus, audita voce, inter ſe collocuti: Nonne, dixerunt, hæc eſt vox noſtri vicini? Quomodo erga heri profectus hinc, modo hic invenitur? Eamus autem, & videamus, ſi vere eſt ipſe qui clamet, & quid ei accidit, quamobrem ita ſæpe Sanctum invocat Nicolaum. Profecti ergo, domum clauſam invenerunt; eum vero intus deprehenderunt, voce magna noſtro Sancto ſupplicantem. Diffractis ergo foribus, putantes eum quid mali ab aliquo patientem, ingreſſique ad ipſum; ex eo ſunt ſciſcitati, quid ſibi vellet hæc ſua exclamatio ſancti continua Nicolai? & quomodo, clauſis januis, ſic es ingreſſus, dicentes: & quomodo & quando, tamque ſollicite ex itinere rediiſti? Ille autem, tanquam a Deo afflatus: Et ubi ſum, inquit, rogo; ut vos, quinam eſtis, qui modo me interrogatis? Illi ergo dixerunt ei: Tu in domo, frater, es tua: & quid pate-

ΠΕΡΙ' ΔΗΜΗΤΡΙ'ΟΥ ΤΟΥ ἘΚΡΙΦΕ'ΝΤΟΣ ἘΝ ΤΗ͂Ι ΘΑΛΑ'ΣΣΗΙ. (1)

2. Ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, ἄνθρωπός τις οἰκῶν ἐν τοῖς Ἐλευθερίου, ὀνόματι Δημήτριος, ἔχων πίστιν καὶ πόθον πολὺν πρὸς τὸν ἅγιον Νικόλαον· λαβὼν ἐν τῇ ἐτησίῳ αὐτοῦ, καὶ σεβασμίῳ ἑορτῇ, κηροὺς, καὶ ἔλαιον, καὶ λοιπά τινα εἴδη τὰ πρὸς τὴν ἑορτὴν τοῦ ἁγίου Νικολάου ἐπιτήδεια ὑπάρχοντα, ἐξορμήσαντος αὐτοῦ ἐκ τῆς πανευδαίμονος Κωνσταντίνου πόλεως, καὶ πρὸς τὰ τῶν Θρακῶν μέρη ἐν τῷ ἐπωνομαζομένῳ κάστρῳ τοῦ Ἀθύρος πλοΐμως ἐπειγομένου ἀπελθεῖν. Ἐκεῖ γὰρ, καὶ εἶχεν ἔθος ἀπέρχεσθαι κατέτος ὁ προειρημένος ἀνὴρ, καὶ ἐπιτελεῖν τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου· περὶ τὰ μέσα τῆς νυκτὸς τῆς νηὸς ποντοπορούσης, λαῖλαψ ἐπέστη αὐτοῖς λυγρὰ, ὥστε καὶ τῶν ἱστίων τὰ ἀκροστόλια διαρραγῆναι. Αὐτοῦ δὲ τοῦ Δημητρίου λαβομένου ἑνὸς τούτων· καὶ μὴ φέροντος ἀντιπεριάγεσθαι τοῦ ὠθοῦντος ἀνέμου, ἀπερρίφθαι αὐτὸν εἰς τὴν θάλασσαν, φασὶ, συναρπασάσης αὐτὸν τῆς βίας τοῦ πνεύματος. Μεθ' ὅπερ κατεῖχεν καλωδίου, ἐν ᾧ ἡ ὀθόνη τοῦ πλοίου προσῄρτητο. Τοῦ δὲ μηδὲν ἕτερον φθάσαντος φθέγξασθαι, ἢ τὸ, Ἅγιε Νικόλαε βοήθει μοι. Ἐπιβοῶντος οὖν αὐτοῦ τοῦτο συνεχῶς· ὢ τοῦ θαύματος· καταπλήττει γάρ μου τὴν διάνοιαν τὸ μέλλον ῥηθήσεσθαι ἀοράτῳ σθένει, μετάρσιος γεγονὼς· ἔνδον τοῦ οἰκήματος αὐτοῦ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ἀπεκατέστη, τὰς αὐτὰς φωνὰς ἐπιβοώμενος, καὶ λέγων· Ἅγιε Νικόλαε βοήθει μοι. (2) Οἱ δὲ γείτονες, τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσαντες, πρὸς ἀλλήλους εἶπον· Οὐχὶ οὗτός ἐστι τοὔνομα, προσειπόντες; Πῶς οὖν χθὲς τῶν ἐνθένδε ἀποφοιτήσας, ἐνταῦθα πάρεστιν; Πορευθῶμεν δὲ καὶ ἴδωμεν, εἰ οὗτός ἐστιν ὁ κράζων, καὶ τί συμβέβηκεν αὐτῷ, οὕτω συχνῶς ἐπιβοᾶν τὸν ἅγιον Νικόλαον. Πορευθέντες οὖν, τὸ μὲν οἴκημα εὗρον ἐσφραγισμένον· αὐτὸν δὲ ἔνδον τυγχάνοντα, καὶ δυσωποῦντα μεγάλῃ φωνῇ τὸν ἅγιον. Διαῤῥήξαντες δὲ τὰ κλεῖθρα, νομίζοντες αὐτὸν, κακόν τι ὑπό τινος πάσχειν, καὶ πρὸς αὐτὸν, ἐληλυθότες ἐπυνθάνοντο παρ' αὐτοῦ. Τίς ἡ τοσαύτη ἐπίκλησις τοῦ ἁγίου Νικολάου· καὶ πῶς κεκλεισμένων τῶν θυρῶν, (3) οὕτως εἰσελήλυθας, λέγοντες· τί δὲ καί ποτε, οὕτω ταχέως ἀπὸ τῆς ὁδοιπορίας ὑπέστρεψας; Αὐτὸς οὖν ὥσπερ ἔνθεος γενόμενος·

P Καὶ

(1) In Cod. Vat. 821. in marg. hoc dicitur: Θαῦμα δ'. *Miraculum quartum*. Interim ibi, ante hoc *quartum*; tria illa alia non habentur. Vide infra, ad 8. 9. &c.

(2) Hæc omnia Demetrio navigaturo, eruditi per ſomnium facta cenſent. Reliqua ad ornamentum addita, & ad veriſimilitudinem: ut effractio forium: veſtium madefactio &c. ad animum poetæ adjecta.

(3) Excuſatio non petita, accuſatio manifeſta. Interrogatio quæ rem prodit. Quomodo ſciunt cum ingreſſum foribus clauſis? qui poterat, vel a ſuis apertus, vel ſuis clavibus introiiſſe.

Καὶ ποῦ εἰμὶ, φησὶν, ἠρώτα, καὶ τίνες ὑμεῖς, οἱ ἐρωτῶντές με ἐστέ; Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ. Ἐν τῇ οἰκίᾳ σου τυγχάνεις ἀδελφὲ καὶ τί παθὼν ἀγνοεῖς αὐτήν; Ὁ δὲ Δημήτριος πρὸς αὐτοὺς ἔφη· ὅτι μὲν τῆς νηὸς ἀπερρίφην κλύδωνος κατασχόντος ἡμᾶς, ὑπὸ τῆς τῶν ἀνέμων βίας γινώσκω· πῶς δὲ ἤ ποτε εἰσῆλθον ὧδε ἀγνοῶ· Προσκύψαντες οὖν αὐτῷ, καὶ λαμπάδας προσενέγκοντες κατανοῆσαι πειρώμενοι τὸ ἀληθὲς, καταπλάγησαν, οὐ τοσοῦτο τῇ διηγήσει αὐτοῦ, ὅσον τῇ τῶν ἱματίων αὐτοῦ ὑγρότητι· στάζοντα γὰρ καὶ ἀποῤῥέοντα ἦσαν, τὸ τῆς θαλάσσης ἁλμυρὸν τὴν αὐθωρὸν αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς τοῦ ὕδατος ἀναλήψεως παρουσίαν, ἐπισημαίνοντα.

3. Τότε φόβος ἔλαβεν πάντας, καὶ ἔκστασις· ὁμοῦ δὲ πάντες σχεδὸν συνεληλύθησαν, οἱ τῶν μερῶν ἐκείνων τῆς πόλεως οἰκήτορες, τὸ ξένον καὶ παράδοξον τοῦτο ἐποψόμενοι θαῦμα. Οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ οἱ συμπλεύσαντες αὐτῷ ὅλως συνῆκαν τὸ γεγονὸς, ὅτι ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάσσης ἐῤῥύσθη παρὰ προσδοκίαν, πρεσβείων τοῦ ἁγίου Νικολάου· Ἐπανιόντας δὲ τοῦτο συνέβη μεμαθηκέναι, καὶ πλεόντων ἄλλων ἀγασθῆναι, ὡς καὶ θεατὰς τοῦ πραχθέντος γεγονότας. Καὶ σὺν αὐτῷ δόξαν καὶ αἶνον τῷ Σωτῆρι τῶν ὅλων Θεῷ ἡμῶν προσάγοντας, τῷ διὰ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ποιοῦντι, παράδοξα πράγματα. Ἀλλὰ συντείνατέ μοι παρακαλῶ τὴν ἀκοὴν, ἀγαπητοί· ἐφ' ἑτέραν πραγμάτων ὁρμῶντι διήγησιν, καὶ μὴ ἀποκάμητε τῷ μήκει τοῦ διηγήματος.

ΠΕΡΙ' ΒΑΣΙΛΕΙ'ΟΥ ΤΟΥ' ΑΙ'ΧΜΑΛΩΣΘΕ'ΝΤΟΣ ΥΠΟ' ΤΩΝ Α'ΓΑΡΗΝΩ'Ν· ΚΑΙ' ΑΠΕΝΕΧΘΕ'ΝΤΟΣ, Ε'Ν ΤΗ' ΤΩ'Ν ΚΡΗΤΩ'Ν ΝΗ'ΣΩ. (1)

4. Ἄγροικός τις τῶν τὰς ἐσχατιὰς οἰκούντων τῆς παραλίου Τύρου, ἐτησίως εἰώθει τὴν τοῦ ὁσιομάκαρος τούτου Νικολάου τελεῖν ἑορτήν· καὶ ἀπὸ τῶν προσόντων αὐτῷ τὴν χρείαν τῶν δεομένων σχέσει τῇ πρὸς τὸν ἅγιον κατούμενος ἐπιχορηγεῖν. Ἐν μιᾷ τοίνυν τῆς λαμπρᾶς αὐτοῦ καὶ περιφανοῦς εὐδημοτελοῦς ἡμέρας, καὶ πάντων κοινῇ συντρεχόντων εἰς τὴν ἁγίαν καὶ σεβάσμιον πανήγυριν, συνέβη τὸν μὲν ἄγροικον μετὰ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς οἴκοι προσμένειν· τὰ πρὸς δεξίωσιν τῶν παρατυχόντων ἑτοιμασάμενος. Βασίλειον δὲ τὸν τούτων υἱὸν συνεῖναι τοῖς ἐν τῷ σεβασμίῳ ναῷ τοῦ τρισμάκαρος Νικολάου, τὴν τῆς παννυχίδος τελοῦσιν εὐχαριστίαν· καὶ δὴ γενομένης τῆς ἑσπέρας βαθείας, καὶ τούτων ἔτι τῇ ψαλμῳδίᾳ

pateris, quod eam non recognoſcis? Demetrius autem ipſis dixit: Quod quidem, fluctu, nos occupante, & ventorum vi, e navi abreptus ſum, ego probe novi; quomodo vero, vel quando huc ſim ingreſſus, ignoro. Illi igitur accedentes homini, & ad eum lampadibus admotis (eum nempe noſcere pertentantes) veritatem ſunt aſſecuti; non tam ex ejus narratione, quam ex ejus madore veſtium. Adhuc enim marinam aquam ſtillabant, & fluebant, quæ eadem hora immerſum fuiſſe indicabat. Tunc timor omnes & ecſtaſis occupavit; ſimulque omnes ferme, qui illarum partium civitatis erant habitatores, concurrerunt ad hoc peregrinū & extraordinariū miraculum intuendū.

At enim vero, ne ipſi quidem, qui cum eo navigabant, quod factum fuerat, prorſus noverant: quodque de profundo maris, & præter omnem opinionem, S. Nicolai interceſſionibus ex illis ereptus fuerat. Redeuntibus namque, evenit hoc didiciſſe, & ex navigantibus aliis eduxiſſe; utpote qui rei geſtæ fuerant ſpectatores: quamobrem una cum eo, Salvatori omnium Deo noſtro, gloriam & laudem retulerunt, qui extraordinaria prodigia facit per Sanctos ſuos. Verum præbete mihi audientiam, dilecti, precor, dum aliorum prodigiorum aggredior narrationem, neque longitudine fatigemini, aut prolixitate narrationis.

DE BASILIO AB AGARENIS FACTO CAPTIVO, ET ABDUCTO IN INSULAM CRETENSIUM.

Quidam ruſticus ex iis, qui extremam habitant oram maritimam Tyriorum, beatiſſimi hujus Nicolai feſtum ſolebat quotannis agere; & e ſuis redditibus, cum affectu erga Sanctum, pro iis, quæ opus erant in comparando, ſumptus omnes ſubminiſtrare. Una ergo dierum, clari & illuſtris domeſtici hujus feſti, collectis omnibus ad hanc ſanctam, & venerabilem feſtivitatem; accidit, ruſticum quidem domi cum ſua uxore permanere, ad ea præparanda; quæ ad ſuſceptionem illorum, qui convenerant, oportebant; Baſilium vero ipſorum filium, cum his adeſſe, qui in venerabili Templo beatiſſimi Nicolai conſiſtebant, ad nocturnam celebrandam Eucha-

(1) In Cod. Vatic. 821. legitur: *Θαῦμα ς'. τοῦ ἁγίου. Miraculum ſextum Sancti*. Quotum ubi eſt? Hoc pacto, jam *quatuor* miraculis aliis caremus. Sed infra, quintum habetur. Vide ibi,

chariſtiam. Extremo igitur facto veſpere, dum illi adhuc pſalmodiæ inſiſtebant; de repente Agareni, venerabile illud Templum occupantes, omnes, qui ibi reperti ſunt, in captivitatem redactos, in Cretam ſuam inſulam adduxerunt. Et quidem Baſilium ruſtici filium, ut elegantem (& qui præter pulchritudinem, erat ſtatura grandis) ſuo Amiræ, ſeu Ethnarchæ, prædæ primitias donaverunt. Qui pulchritudinem ejus, & ſpecioſam formam admiratus; inter ingenuos eum, & proprios ſuos ſervulos, puerum copulavit, & potus neceſſitatibus (ſcilicet in conviviis) ſuis fundere imperavit. Alios vero pueri concaptivos, hos quidem ad ſui præſidium deſtinarunt; illos vero, ancillæ conſanguinei, ad ſervilem fortunam ſervaverunt. Et hæc quidem apud barbaros acciderunt.

Pueri autem Baſilii genitores, audito, quod irreparabiliter acciderat ſuo filio, infortunio, nulla feſti amplius habita ratione, & ea, quæ præparata fuerant, aſpernati; in dolore cordis ſui, ejulatus & lacrymas pro filio emiſerunt. Cæterum, dilectiſſimi, quis ſatis narrando ſit, quæ per illos facta ſunt? Quis inconſolabilem eorum tribulationem, aut dolorem inexprimibilem deſcribat? Quis matris ejus ex profundo cordis gemitus, vel lacrymas, quæ ex ejus genis fluebant, quaſque unguibus lacerabat; & capillorum radicitus evulſiones? Et ut breviter dicam; quis ſuper filio plorantem matrem, eumq. unigenitum, congruis verbis dicat? Nemo penitus opinor. Omnes autem vos ſcitis, qui eſtis legitimo matrimonio copulati, & qui filios genuiſtis, quam ſit intolerabile & moleſtum, repente in liberorum orbitatem devenire. Et ſi id in manibus accidat genitorum, infirmitate detentum filium laborare; quanta undique eſt ipſis ſolicitudo, circumcurſantes, optimoſque ad ſalutem pueri, medicos advocantes. Si vero eum etiam obire contigerit, & ſic doloroſius & intolerabilius ſit: non eſt tamen prorſus adeo intolerabile, & quod non admittat omne levamen: ut accidit, ſi raptus repente filius, tradatur manibus ſanguinariis, & ad inhumanos populos tranſportetur. Conſonabat tota itaque eis regio, & magnitudine infortunii perculſi, omnes cum pueri genitoribus condolebant & complorabant. Eratque cernere, juxta Eſaiæ vocem, in luctum verſam feſtivitatem; & in tribulationem, gaudium tranſmutatum. Pro pſalmis ejulationes perſonabant, & pro doxologia, blaſphemi ſermones, ab his qui

com-

μελῳδίᾳ προσκαρτερούντων· ἀφνίδιον Ἀγαρηνοὶ τὸν σεβάσμιον τοῦτον καταλαβόντες σηκὸν· καὶ πάντας μὲν ἐκεῖσε περιτυχόντας αἰχμαλωτεύσαντες, τῇ κατ' αὐτοὺς νήσῳ τῆς Κρήτης ἀπήγαγον. Καὶ τὸν μὲν τοῦ ἀγροίκου υἱὸν Βασίλειον, ὡς ἐξαιρετὸν ἀπαρχὴν τῶν λαφύρων, τῷ τούτων Ἀμηρᾷ, ἤτοι Ἐθνάρχῃ δεδώκασι. Ὃς ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ παιδὸς, μεγάλως εὐφρανθεὶς καὶ τὴν αὐτοῦ ὡραιότητα καὶ εὐφυΐαν θαυμάσας· τοῖς γνησίοις καὶ οἰκειοτάτοις τῶν αὐτοῦ θεραπόντων κατέταξε· καὶ τὴν τοῦ ποτοῦ χορείαν, ἤγουν ἐν τοῖς δείπνοις αὐτοῦ κιρνᾷν διετάξατο. Τοὺς δὲ ἄλλους συναιχμαλώτους τοῦ παιδὸς· τοὺς μὲν τῇ κατασχέσει φρουρᾶς, τοὺς δὲ πρὸς δουλικὴν τύχην, οἱ τῆς δούλης ἔκγονοι παρεπέμψαντο· καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκείνους τοιαῦτα.

5. Οἱ δὲ τοῦ παιδὸς Βασιλείου γεννήτορες, αἰσθόμενοι τὸ συμβὰν, καὶ τὴν ἀθρόως ἐπεισελθοῦσαν ἐπὶ τῷ τέκνῳ αὐτῶν συμφορὰν, τῆς τε ἑορτῆς ἀλογήσαντες, καὶ τῶν παρασκευασθέντων καταφρονήσαντες· τοὺς ἐπ' αὐτῷ θρήνους, ἐν ὀδύνῃ καρδίας αὐτῶν, δι' οἰμωγῶν καὶ δακρύων ἀνέπεμπον. Καὶ λοιπὸν, ἀγαπητοὶ, τίς τὰ κατ' αὐτοὺς διηγήσεται; τίς τὴν ἀπαραμύθητον θλῖψιν; καὶ τὴν ἀπαράβλητον ὀδύνην αὐτῶν διαγράψειε· τίς τοὺς ἐκ βάθους καρδίας στεναγμοὺς τῆς μητρὸς αὐτοῦ; ἢ τὰ ἐκ παρειῶν χεόμενα δάκρυα; τοὺς δι' ὀνύχων τε σπαραγμοὺς, καὶ προθελυμένους τῶν τριχῶν ἐκριζώσεις; καὶ σχεδὸν εἰπεῖν· τίς μητέρα θρηνοῦσαν ἐπὶ παιδὶ, καὶ τοῦτον μονογενῆ, συντόμοις λόγοις ἐξείπειεν; Πάντες δὲ ἴστε νομίμῳ γάμῳ προσομιλήσαντες· καὶ παίδων εὐμοιρηκότες γεννήσεως, ὡς δυσφόρητόν ἐστι καὶ χαλεπὸν τὸ πρὸς ἀπαιδίαν ἀθρόως μετενεχθῆναι· εἰ γέ τε συμβῇ ταῖς χερσὶ τῶν τεκόντων κρατούμενον· ἀσθενείᾳ τὸ τέκνον περιπεσεῖν· πόση τούτοις φροντίς ἐστι πανταχοῦ περιτρέχοντες· καὶ τοὺς ἀρίστους τῶν ἰατρῶν πρὸς τὴν τοῦ παιδὸς ἐκκαλούμενοι σωτηρίαν. Εἰ δὲ καὶ τεθνάναι δεήσει, καὶ οὕτως ὀδυνηρότερον, καὶ δυσπαράκλητον, ἀλλ' οὐχ οὕτως ἀφόρητον πάντῃ, καὶ ἀπαράδεκτον ἁπάσης ψυχαγωγίας· ὡς τὸ ἀθρόως ἀνάρπαστον γενόμενον· χερσὶ μιαιφόνοις παραδοθῆναι· καὶ δήμοις ἀσπλάγχνοις παραπεμφθῆναι. Συνηχεῖτο οὖν αὐτοῖς ἡ περίχωρος πᾶσα, καὶ ἦν ἰδεῖν, κατὰ τὴν Ἠσαΐου φωνὴν, εἰς πένθος στραφεῖσαν τὴν ἑορτὴν, καὶ τὴν χαρὰν εἰς θλῖψιν μεταβληθεῖσαν· ἀντὶ ψαλμῶν οἰμωγὰς, καὶ ἀντὶ δοξολογίας, βλασφήμους λόγους παρὰ τοῖς κοινωνοῦσι τοῦ πάθους ἐκπεμπομένους. Τί οὖν ἄρα γε τολμήσειέ τις εἰπεῖν τῶν πάντα τολμώντων, ὡς ἀδυνάτως ἔχειν τὸν μέγαν Νικόλαον, καὶ περιβόητον

ἐν

ἐν τοῖς θαύμασι τῆς τοιαύτης αὐτοὺς λυτρώσασθαι συμφορᾶς τε καὶ σκυθρωπότητος; καὶ πῶς· οἵ γε τὸ πάλαι δι' ὀνειράτων· ἐκ πολλοῦ διαστήματος τῷ βασιλεῖ παραστάς· καὶ ταῦτα τῇ σαρκὶ περιών, τῶν ἀδίκως μελλόντων τεθνάναι, ἔλυσε τὰς εὐθύνας, καὶ τῶν ἑσπερινῶν αὐτοῖς τοῦ θανάτου κλαυθμῶν, εἰς πρωϊνὴν μετήνεγκεν ἀγαλλίασιν· ἀλλὰ συγχωρεῖ τὸ πάθος παρατεθῆναι μικρὸν ὁ μέγας Νικόλαος· ἵνα μεῖζον δείξῃ τοῦ θαύματος τὸ ἀπόρρητον.

communi paſſione premebantur, emiſſi. Quid igitur, num quis audeat audaciſſimus de his dicere? Ut magnum nempe Nicolaum, & in mirabilibus advocatum, impotentem habeat, a tali eos inſortunio & triſtitia liberare? Et quomodo, qui olim per inſomnia, & in magna diſtantia, apparens Imperatori; hac etiam carne indutus; eorum, qui injuſte ducebantur ad mortem, diſſolvit judicia, inquiſitiones, & acta; & veſpertinum ipſorum mortis planctum, in exſultationem priſtinam revocavit? Verum magnus Nicolaus, paſſiones animi, aliquantulum produci permittit, ut ſui major appareat miraculi ineffabilitas.

6. Ἐν τούτοις τοιγαροῦν τοῦ χρόνου παρῳχηκότος, καὶ τῆς θλίψεως τοῦ παιδὸς ἐν τοῖς γονεῦσι, ὡς ἡμέρας λαμβανούσης ἐπίστασιν· Ἄδηλος γὰρ ἦν ἡ αὐτοῦ ἀπουσία, μηδενὸς τὰ κατ' αὐτὸν ἀπαγγείλαντος· πάλιν αὖθις ἡ τοῦ μεγάλου φωστῆρος Νικολάου ἡμέρα τῷ ἐπιόντι ἐνιαυτῷ, ὡς ἥλιος περιφανὴς ἐπεδήμησεν. Καὶ δὴ πάντων μὲν συντρεχόντων, καὶ παραθηγόντων ἐξ ὅλης καρδίας ἀλλήλοις, εἰς τὴν πανήγυριν, πάντων δὲ ἐκθύμως καρποφορούντων, ὡς δυνατὸν ἑκάστῳ τὰ τῆς ἡμέρας ἁρμόδια· μόνος ὁ τοῦ λεχθέντος παιδὸς Βασιλείου πατὴρ, τούτων παραμελῶν, κατεφαίνετο· τῆς συζύγου αὐτὸν κατεχίσης, καὶ λόγοις βλασφήμοις τὴν τοῦ συνεύνου προθυμίαν ἐπικοπτούσης. Ὁ οὖν ἀνὴρ εἰ καὶ χαρίτασθαι, πῶς ἐδόκει, καὶ τῇ γαμετῇ συνθρηνεῖν τὴν στέρησιν τοῦ παιδὸς ἐνομίζετο· ἀλλ' οὖν ὅλως ἦν τῇ πρὸς τὸν μέγαν σχέσει Νικόλαον· διὸ καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἀθυτῆσαι διάθεσιν, καὶ μόνον καθυστερῆσαι τῆς πανηγύρεως. διὰ τὴν εἰς τὸν παῖδα στοργὴν, καὶ τὴν κατέχουσαν αὐτὸν ἀθυμίαν, πάντων ἐλεεινότερον εἶναι, καὶ ὀδυνηρότερον ὑπελάμβανεν. Δυσὶ τοίνυν μεριζόμενος λογισμοῖς, τὸ πῶς μὲν τῆς γυναικὸς τὸ ἄπειρον καὶ πολὺ ἄλγος κατακοιμήσει· πῶς δὲ καὶ τῇ θείᾳ πανηγύρει τοῦ μεγάλου ἐν ἱερεῦσι Νικολάου, καθωπαντήσει· βουλὴν βουλεύεται συνετὴν καὶ Θεῷ ἐράσμιον. Ὅθεν καὶ προσελθὼν ὁ ἀνὴρ, ἔφη τῇ γυναικὶ αὐτοῦ μετὰ ἐπιοτητος· Ὦ γύναι· εἰ ὠφέλειά τις ἐκ τῶν παρόντων θρήνων τοῦ ἐν αἰχμαλωσίᾳ παιδὸς ἡμῶν γίνεται, καὶ τούτων αἰσθόμενος μικρᾶς ἀπολαύει παρὰ ψυχῆς, μηδ' ὅλως παυσώμεθα· ἀλλ' εἰ βούλει, καὶ ἄλλους ἡμῖν συνθρηνοῦντας, παραληψόμεθα· ἐπεὶ δὲ εἰς κενὸν ἡμῖν ταῦτα· τί ματαιοπονοῦμεν, συνθλίβοντες ἑαυτοὺς, κἀκείνῳ μηδὲ ἴχνος ὠφελείας προσάγοντες; Τελείας ὄντως, γύναι, φρασύος, τὸ καὶ τῇ λύπῃ μεθύοντας, ἀποθεῖσθαι μὲν τὰ χείριστα, βέλτιστα δὲ παραδέχεσθαι. Ἐννόησον, ὡς τοῖς μικροψύχοις ἀφροσύνη τὸ ἔγκλημα, τοῖς δὲ μεγαλοψύχοις φρονήσεως ἐ-

στιν

Sanctus Nicolaus, his dictis , & patienter rem ferre jubens ; guſtareque cibum præcipiens , ab eo receſſit . Ac illi tunc quidem accepto cibo ; poſt vero iterum ſeſe dedenti jejunio , & orationi ; rurſus ei ſecundo ſanctus Nicolaus , mœſto quodam apparet vultu ; ut ſcilicet pro eo ſupplicaſſet , & non bene exauditus eſſet : & remiſſa , & manſueta voce ei dicit: Ego quidem , frater , crede , non ceſſavi , pro te Dei bonitatem & clementiam exorare; ſed neſcio quibuſnam judiciis , vel qua diſpenſatione , tua liberatio procraſtinetur. Præterea , quia miſericordiſſimus conſuevit , ad id , quod nobis eſt utile , afferre dilationem; ne illico accipientes , cito gratiæ obliviſcamur : vult propterea , ut ab aliis , qui ipſi ſunt bene placiti , dignus fias : cum quo tibi interceſſorem fervidiſſimum me demonſtrem. Eum igitur ambo advocatum , ſinceris tantum operibus capiamus : & ecce dari nobis , quæ ad ſalutem quæruntur , annuet Deus. Prædic autem , dixit Petrus , ſancte Domine , & quis ſit , qui magis præ te placare poſſit divinitatem? Interceſſionibus namque tuis, & patrociniis mundus univerſus ſervatur. Magnus reſpondit Nicolaus : Scis Symeonem juſtum , qui Dominum quadraginta dierum puerum in manibus ſuſcipiens , in Templum induxit? Scio, ſerve Dei , reſpondit Petrus , & hominem non ignoro : in Sanctis enim evangeliis eſt inſcriptus. Clementiſſimus autem Nicolaus : Hunc , dixit , ambo , ut pro te intercedat , admovebimus : poteſt enim (ut qui Throno Dominico una cum Præcurſore , & beata Dei genitrice aſſiſtit) iis , quæ omnino a nobis , ad finem duci non poſſunt , felicem exitum , facere ut accipiant: & hæc ubi dixit ; Sanctus diſparuit Nicolaus. Expergefactus ergo vir , & rurſus ſe tradens jejunio & orationi ; Nicolai tamen interceſſionem non omiſit. Sed tu hic obſerva Sancti compaſſionem , quomodo ſupplicanti ſuo ſervire volens , & petitionum ejus procurare concluſionem ; non recuſavit in hoc negotio , interceſſorem quoque , juſtiſſimum aſſumere Symeonem . Cum quo, brevi decurſo ſpatio, ſolutionem etiam ei triſtium procuratam , tertia vice ſic revelavit : Confide , inquiens , frater Petre; & animi depoſita valde dejectione; mediatori , interceſſorique communi

Symeo-

σεται ὑμῖν· μὴ ἐκκακήσωμεν τὴν αὐτοῦ καθ' ἱκετεύειν ἀγαθότητα καὶ φιλανθρωπίαν· καὶ ὅπερ οἶδεν σύμφερον τοῦτο πάντως οἰκονομήσει εἰς ἡμᾶς.

20. Ταῦτα εἰπὼν ὁ ἅγιος Νικόλαος, καὶ ἐγκαρτερεῖν ἐγκελευσάμενος γεύσασθαί τε τροφῆς προτρεψάμενος, ἀπ' αὐτοῦ ἀνεχώρησεν. Τοῦ δὲ Πέτρου τότε μὲν μεταλαβόντος τροφῆς, ἔπειτα δὲ καὶ αὖθις ἑαυτὸν εἰς ἱκεσίαν μετὰ νηστείας ἐπιτείνοντος φαίνεται αὐτῷ. Πάλιν ἐκ δευτέρου ὁ ἅγιος Νικόλαος, σκυθρωπῷ τινι βλέμματι, ὡς δῆθεν ὑπὲρ αὐτοῦ ἱκετεύων, καὶ παραβουλόμενος, καὶ λέγει αὐτῷ ὑφειμένῃ καὶ πρᾳείᾳ τῇ φωνῇ. Ἐγὼ μέν, ἀδελφέ, πιστεύσον οὐκ ἐπαυσάμην περί σου τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἐκβιαζόμενος· ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅσοις κρίμασιν, ἢ ποίᾳ οἰκονομίᾳ τὴν ἀπολύτρωσιν ὑμῖν ἀναβάλλεται· πλὴν ἐπειδήπερ εἴωθεν ὁ πολυεύσπλαγχνος τὴν ἀναβολὴν πρὸς τὸ συμφέρον ὑμῖν πραγματεύεσθαι, ἵνα μὴ ταχέως λαμβάνοντες, ῥαδίως εὐκόλως καταφρονῶμεν τῆς χάριτος. Θέλει δὲ ἴσως· καὶ παρ' ἑτέρου ὑπέρ σου ἀξιωθῆναι τῶν εὐαρεστηκότων αὐτῷ· ἐγώ σοι πρὸς αὐτὸν ἐπιδείξω πρεσβευτὴν ἀξιώτατον. Λάβωμεν οὖν αὐτὸν συνήγορον ἀμφότεροι μόνον ἐπὶ ἀψευδέσι τοῖς πράγμασι· καὶ οἶδα ὡς ἐπινεύσει ὁ Θεὸς δοθῆναι ὑμῖν τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα. Τοῦ δὲ εἰρηκότος· Καὶ τίς ἂν εἴη ἅγιε δέσποτα ὁ πλέον ὑπὲρ σὲ τὸ θεῖον ἱλασθησόμενος; σοῦ γὰρ ταῖς πρεσβείαις καὶ ταῖς προστασίαις ὁ κόσμος ἅπας περισώζεται. Ὑπολαβὼν αὐτῷ ὁ μέγας, ἔφη Νικόλαος· Οἶδας Συμεὼν τὸν δίκαιον, ὃς ἐν χερσὶ τὸν Κύριον τεσσαρακονθήμερον προσδεξάμενος ἐν τῷ ναῷ εἰσεκόμισεν; Οἶδα φησὶν, ἅγιε τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἀγνοῶ τὸν ἄνδρα· τοῖς γὰρ ἁγίοις εὐαγγελίοις ἐστὶν ἐναπόγραφος. Ὁ δὲ φιλανθρωπότατος, δῆθεν Νικόλαος· Τοῦτον, ἔφη, ἀμφότεροι εἰς πρεσβείαν κινήσωμεν· δύναται γὰρ ὡς τῷ θρόνῳ τῷ δεσποτικῷ μετὰ τοῦ προδρόμου, καὶ τῆς Θεοτόκου παριστάμενος· καὶ πάντως τὰ ἀπέραντα ἡμῖν· πέρας αἴσιον ἀπολήψονται. Ὡς δὲ ταῦτα εἰπὼν ἅγιος Νικόλαος, ἀπηλλάττετο διυπνισθεὶς ὁ ἀνὴρ καὶ πάλιν ἑαυτὸν ταῖς ἱκεσίαις, καὶ νηστείαις ἐκδεδωκὼς, τὰς Νικολάου πρεσβείας μετῄτει. Καὶ θέα μοι ἐνταῦθα τὴν τοῦ ἁγίου συμπάθειαν· πῶς τὸν ἱκέτην ἀποθεραπεῦσαι βουλόμενος· καὶ τῶν αἰτήσεων αὐτῷ προμηθεύσασθαι τὸ συμπέρασμα οὐ κατῄσχυνεν εἰς τοῦτο συμπρεσβευτὴν, καὶ Συμεὼν παραλαβεῖν τὸν δικαιότατον, μεθ' οὗ παραστὰς τῇ τρίτῃ ἐπιφορᾷ τῆς ἀποκαλύψεως· ἔτ' ἂν δὴ καὶ τὴν λύσιν αὐτῷ τῶν λυπηρῶν ἐπρομηθεύσατο. Θάρσει, ἔφη, ἀδελφὲ Πέτρε, καὶ τῆς ἀθυμίας τὸ πολὺ ἀποσκευασάμενος τῷ κοινῷ μεσίτῃ, καὶ συμπρε-

σβευτῇ

σβευτῇ Συμεὼν τὰ τῆς αἰτήσεως , ἐπιθάῤῥησον . Τοῦτο δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνατείνοντος, καὶ τὸν μέγαν Συμεὼν περισκοπήσαντος , ἐντρόμου τε ὅλου τῷ δέει γενομένου τῆς ὁράσεως · ὁ δίκαιος αὐτῷ παραστὰς Συμεὼν ῥάβδον χρυσοῦν μεταχειριζόμενος · Ἐφοὺδ τε καὶ Κίδαριν , καὶ Ἐπομίδα περιβεβλημένος · τοιούτοις πρὸς αὐτὸν ἀπεχρήσατο ῥήμασιν · Αὐτὸς , φησὶν , ὑπάρχεις ὁ τῷ ἀδελφῷ Νικολάῳ , ἐνοχλῶν , καὶ συνεχῶς δεόμενος ἀνεθήνεται τῆς περιεχούσης σε θλίψεως - καὶ τῆς ἐνταῦθα φρουρᾶς, καὶ τῶν σιδηρῶν τούτων δεσμῶν.

21. Ὁ δὲ μόλις τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνοιγέντος , καὶ φησι · Ἅγιε , τοῦ θεοῦ , ἐγώ εἰμι ὁ ταπεινὸς , ὃ ἐγγυητὴν αὐτὸν εἰς θεὸν, καὶ τὴν σὴν ἁγιοσύνην μεσίτην καὶ πρεσβευτὴν προβαλλόμενος · καὶ φυλάττεις, φησὶν, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀσφαλῶς ἅπερ αὐτῷ καθωμολόγησας , μοναχὸς γινόμενος καὶ ἐναρέτως βιοῦν ἀπὸ τοῦ παρόντος διεγειρόμενος ; Ναὶ , φησὶν , ὑποφθάσας καὶ ταῦτα ὁ ἱκέτης ἀντέφησεν . Καὶ ὁ δίκαιος Συμεὼν · Ἐπειδὴ , φησιν , ἐμμένειν οἷς ὡμολόγησας διαβεβαιοῖς , ἔξελθε ἀκολύτως τῶν ἐνταῦθα , καὶ ὅπου βούλεις , βάδιζε · οὐδὲν γάρ σε τοῦ λοιποῦ τῶν δοκούντων κωλυτικῶν ἐμποδήσαι , ἢ παρακατασχεῖν δυνήσεται. Τοῦ δὲ Πέτρου τοὺς πόδας τοῖς σιδήροις καθηλωμένους ὑποδείξαντος , τὴν ἐν τῇ χειρὶ ῥάβδον ὁ ἅγιος Συμεὼν , τῶν τε σιδήρων ἐφαψάμενος , ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς · οὕτως αὐτὰ διαλύσας παραχρῆμα ἠφάνισεν . Εἶτα ἐξελθὼν τοῦ δεσμωτηρίου εὐθὺς ὁ δίκαιος Συμεὼν συνακολουθῶν αὐτῷ , ὁ Πέτρος ἅμα τῷ Νικολάῳ τῷ θεομακαρίῳ , τὸν κοινὸν ἱκέτην ἔξω τῆς πόλεως εὑρέθη ποιούμενος . Γνωρίσας δὲ αὐτῷ ὡς οὐκ ἐνύπνιον τὸ ὁρώμενον · ὀνειρώττεσθαι γὰρ αὐτὸς ἐδόκει (1) τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος . Τῶν εὐχῶν δὲ μᾶλλον ἐκείνου πείσας ὑπάρχειν συμπέρασμα , τῷ τε μεγάλῳ Νικολάῳ ἐπιμελεῖσθαι αὐτοῦ ἐπειπὼν · αὐτὸς μὲν παρευθὺ ἠφανίσθη ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν · ἔμεινεν δὲ μόνος ὁ ἄνθρωπος τῷ κηδέμονι τῆς αὐτοῦ σωτηρίας Νικολάῳ παρομαρτῶν , καὶ προσανακείμενος . Ὁ δὲ μέγας Νικόλαος τὰ πρὸς σιτισμὸν αὐτῷ ἄρασθαι διεκελεύετο · τοῦ δὲ εἰπόντος , μηδὲν ἔχειν , ὃ διατραφίσεται · ὁ τοῦ Κυρίου γνήσιος θεράπων. Νικόλαος , θαῤῥεῖν αὐτῷ τοῦ λοιποῦ παρακελευσάμενος εἰσαθεῖν ἐνὶ τῶν ἐκεῖσε κήπων παρεγγυήσατο · κἀκεῖθεν ὅσας βούλοιτο τῶν ὀπωρῶν ἑαυτῷ ἀποκομίσασθαι , οὗπερ γενομένου , καὶ τοῦ ἀνθρώπου εἰς διατροφὴν εὐπορήσαντος , οὐκ ἐπαύσατο μέγας αὐτὸν χειραγωγεῖν Νικόλαος , ἕως εἰς Ῥωμανίαν ἀβλαβῆ διεκόμισεν · Ἐπεὶ δὲ τῆς Γραικῶν ἐπέβη γῆς ὁ ἀνήρ · ὁ μὲν ἅγιος εὐθὺς

Symeoni , fidenter committe ea, quæ ſunt tuæ petitionis. Ad hæc Petro oculos intendente , & magnum Symeonem aſpectante ; tremulo toto , præ viſionis metu facto ; qui prope eum adſtabat Symeon , (virgam auream manu geſtans, ac Ephod, Cidari , & Epomide indutus erat) his ei verbis eſt allocutus : Tu ne es ille , qui aſſidue fratri ſupplicans Nicolao , ut ab ea tribulatione , quæ te circumdat , & ab hoc carcere, ferreiſque vinculis te liberet; turbas creas ?

Tunc ſuo ore vix ille aperto : Næ , inquit, Sancte Dei , ego ſum miſer ille , qui propitiatorem eum apud Deum, ſanctitatemque tuam, ut mediatrix fiat ; intercedatque, pro me admovi. Et cuſtodies , inquit Symeon , firmiter ab hac hora , quam ei ſpopondiſti vitam agere ſolitariam , & ſancte vivere , a vita præſenti exſurgens ? Næ , Petrus inquit ſubdens. Hæc ubi ſupplicator reſpondit , juſtus Symeon : Poſtquam, inquit , in hoc propoſito manes firmus ; ab his locis exi ſine miniſtro , & quo tibi placet , abi : nullum enim e reliquis , quæ tibi videntur , impedimentis , te poterit impedire, vel retinere. Petro vero pedes ferreis vinculis vinctos ei oſtendente ; ſanctus Symeon , quam in manu habebat, extenſa virga , tetigit vincula; eaque, tanquam cera liqueſcit a facie ignis, ſic ipſa actutum ſoluta ſunt. Hinc eſt Petrus egreſſus carcere, & mox juſto Symeone una cum beatiſſimo Nicolao , communem ſupplicatorem comitantibus, Petrus extra civitatem inventus eſt. Ibique cognito ſe non per ſomnium , ſed re vera quod videbat (ſomniare namque ſibi videbatur hoc paradoxum) illius præcipue orationibus , hoc eſſe complementum ſibi ratus ; magno dum Nicolao , ſui curam eſſe ſecum cogitat ; Symeon quidem ab oculis ejus illico evanuit : & ſic ſolus remanſit Petrus, ſociatus & confiſus Nicolao curatori ſalutis ſuæ. Magnus autem Nicolaus ea , quæ ad annonam pertinent , imperans ei ſumere , eoque dicente , ſe nihil habere, quo veſceretur ; Nicolaus genuinus Domini ſervus , ſibi de cætero confidere præcipiens , eum in unum hortorum , qui ibi erant, ingredi eſt hortatus , & quoſquot autumnalium fructuum vellet , ſibi accipere imperavit . Quo facto a Petro , alimoniæ copia abundante , magnus eum manuducere non deſiit Nicolaus , donec in Romaniam , incolumem eum duxit . Poſtquam

(1) Petri Apoſtoli agit Simiam hic pithex. Sic jubet noſter poeta.

quam autem Græcorum terram Petrus ingreſſus eſt; ſtatim ab eo diſceſſit Sanctus, hoc tantummodo ei dicto: Tempus eſt, frater Petre, pacta quam citiſſime adimplendi, niſi iterum, vis in Samaran duci vinctus. Qui tum quidem ſupplicium veritus prioris cunctationis, tum vero & Sanctorum veſtigia ſubſequi obſirmatus; non in propriam domum abiit, neque ſuis, vel amicis, conſpiciendum ſe ipſum præbuit, ne ab ipſis a propoſito ſuo revocaretur; ac mox Romam, ut potuit, maturavit, ut Deo redderet vota ſua: ſcilicet, ut confiteretur feſtinans, quæ ſua labia emiſerunt, & quod os ſuum, dum in tribulatione erat poſitus, eſt locutum.

Atque hic, orthodoxe amice, mecum conſidera curatelæ imperceptibilitatem beatiſſimi Nicolai: quomodo ut pater amans, & compatiens, vel optimus pædagogus, eundem, qui confidebat in ipſo, una iter habens; comitabatur, præveniebat, & ea, quæ ante & coram erant, copioſe largiebatur: Cum eo per loca omnia vadens; & neque ipſum dereliquit, donec ut promiſerat, totum ſe Deo tradidit. Ex tunc namque uſquequo Romam appropinquavit; appropinquans quidem, & locum non cognoſcens, neque eum cognoſcens, qui eo tempore Romanæ Eccleſiæ præſidebat, (1) magnus ei occulte, ſed veluti in propatulo adſtitit Nicolaus. Noctu enim apparens Papæ, in manibus geſtans hominem, (2) ipſum ei oſtendit, & dixit, quomodo eum eruerit e Samara, & quomodo votum voverat, in Coryphæi Templo ſeſe tondendi. Deinceps ſecutus, prodidit ejus nomen, & Petrum dicens eum appellari; inſinuitque Papæ, eum in eodem propoſito permanentem, feſtinare ad ſolutionem; oravitque Papam, ut alacriter, quæ voverat, adimpleret. Papa itaque expergefactus, & ad Coryphæi Templum profectus, (Dominica erat) [3] omnes circum aſpiciebat, & omnium facies intuebatur; utrumnam indicatum ſibi in ſomnis cerneret, recognoſceret. Et ſane, populi turbæ intentus, hominem in medio aliorum adſpexit; & nutibus ſemel ac iterum eum vocans; ut ſenſit illum non audire; ex nomine illum vocare cœpit: [4] Petre, dicens, qui e Græcia adveniſti, non ipſe es tu, quem magnus Nicolaus e Samaræ vinculis, & e carcere liberavit? Quo autem ſe ipſum eſſe confitente, & extraordinarietate,

ſtupen-

εὐθὺς αὐτοῦ ἀπηλλάττετο, τοῦτο μόνον πρὸς αὐτὸν ἐπειπών· Καιρός σοι, ἀδελφὲ Πέτρε, τὰς συνθήκας ἐκπληρῶσαι ταχύτατα· εἰ δὲ μὴ πάλιν τῇ Σαμαρᾷ ἀποκομίζῃ, ὡς δέσμιος. Ὁ δὲ ἅμα μὲν, καὶ τῆς προτέρας ἀναβολῆς δεδιὼς τὸ ἐπιτίμιον, ἅμα δὲ καὶ τῶν ἁγίων ἀποθεραπεύειν ἐκμηχανώμενος· οὐ δὲ ἐν τῷ οἰκείῳ οἴκῳ ἀπελθὼν· οὐδεμίαν τοῖς ἰδίοις, ἢ γνωρίμοις ἑαυτὸν φανερώσας· ὡς ἂν μὴ ὑπ' αὐτῶν τῆς σπουδῆς ἀνακατεπεισθῇ τάχους, ὡς εἶχεν πρὸς Ῥώμην ἠπείγετο ἀποδοῦναι Κυρίῳ τὰς εὐχὰς μετ' ἐξομολογήσεως ἐπειγόμενος· ἃς διέστειλεν τὰ χείλη αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησεν τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐν τῇ θλίψει τῆς καρδίας αὐτοῦ.

22. Καὶ σκόπει μοι ἐνταῦθα, ὦ φιλότης τῶν ὀρθοδόξων, τῆς τοῦ παμμάκαρος Νικολάου κηδεμονίας τὸ ἀσύγκριτον· πῶς ὥσπερ πατὴρ φιλόστοργος καὶ συμπαθὴς, ἢ παιδαγωγὸς ἄριστος τῷ αὐτῷ προσεσχηκότι συμπαρομαρτῶν συνοδοιπόρει· προέτρεχεν τὰ ἔμπροσθεν ἐπερρώννυεν· κατευοδῶν ἐν ἅπασι, καὶ οὐκ ἀπέστη τούτου ἕως ἂν τῷ Θεῷ προσῆξεν ὡς ἐπεχείρησεν. Ἄρτι γὰρ τότε τῇ Ῥώμῃ πλησιάζειν τοῦ ἀνθρώπου ἐγγίζοντος· καὶ τὸν τόπον ἀγνοοῦντος· ἀγνοουμένου δὲ καὶ τῷ τηνικαῦτα τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας προεδρεύοντι, ὁ μέγας αὐτὸν κατάδηλον, καὶ ὥσπερ ἐμφανῆ παρέστησεν Νικόλαος. Νύκτωρ γὰρ τῷ Πάπᾳ ἐπιστὰς, τὸν ἄνδρα ἐπὶ χεῖρας κρατῶν, αὐτῷ τοῦτον ὑπεδείκνυεν· ὅπως μὲν αὐτὸν ἐκ τοῦ Σαμαρᾶ ἀπερρύσατο· καὶ ὅπως εὐχὴν ἔχει ἐν τῷ τοῦ κορυφαίου σηκῷ ἀποκείρασθαι, καθεξῆς προδιηγούμενος· γνωρίσας δὲ αὐτῷ ἅμα, καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου ὄνομα, Πέτρον αὐτὸν εἰπὼν προσαγορεύεσθαι· σπεύδειν τε ἐν τῷ αὐτῷ, τῷ Πάπᾳ ὑποθέμενος ὡς ἂν τάχιον τὰ τῆς εὐχῆς περατώσηται. Διυπνισθεὶς οὖν ὁ Πάπας, καὶ πρὸς τὸ τοῦ κορυφαίου τέμενος ἀπιών· ἦν γὰρ κυριακὴ τῶν ἡμερῶν· πάντας περιεσκόπει, καὶ τῶν πρὸ ἁπάντων τῶν κατενόει τὰ πρόσωπα· εἰ ἄρα τὸν δειχθέντα αὐτῷ καθ' ὕπνους ἀναγνωρίσει καὶ θεάσηται. Καὶ δὴ τῷ πλήθει προσανεσχηκὼς τοῦ λαοῦ· ὁρᾷ τὸν ἄνθρωπον μέσον τῶν ἄλλων ἱστάμενον· καὶ νεύμασι ἅπαξ καὶ δὶς τοῦτον προσκαλεσάμενος, ὡς εἶδεν μὴ ὑπακούοντα· ἐξ ὀνόματος αὐτὸν ἐπιβοᾷν ἐπεχείρησεν, Πέτρε λέγων, ὁ ἀπὸ Γραικίας ἐληλυθὼς· οὐκ αὐτὸς εἶ ὃν ὁ μέγας Νικόλαος ἐκ τοῦ Σαμαρᾶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς φυλακῆς ἀπελυτρώσατο; Τοῦ δὲ ἑαυτὸν εἶναι ὁμολογήσαντος· καὶ τῷ παραδόξῳ θαμβηθέντος τοῦ ἀκούσματος· Ὁ Πάπας

T

πας

(1) Anonymus Papa eſt authori ſeduliſſimo, ſed cautiſſimo. Papa erat homullus quidam, & obſcuriſſimus; ſed poetæ. Eum facit, etiam a Sancto Nicolao ignorari.

(2) Digna inventio: robuſta brachia!

(3) Magna admonitio; ad tonſuram.

(4) Nota ſemper inſcitiam, imperitiam magnam fabulatoris. Eccleſia S. Petri erat exigua. Papa clamat ut præco: non habebat, quem alium nomenclatorem, vel miniſtrum, qui advocaret, accer ſeret hunc illum. Licet, ſciebat Papa illum eſſe in ea turba.

πας αὐτῷ ἀπεκρίνατο· Μηδὲν θαυμάσῃς, ἀδελφὲ Πέτρε, λέγων, ὅτι ἐξ ὀνόματός σε ἐκάλεσα, ὃν οὐδ' ἐκὼν τι τεθέαμαι· ὁ γὰρ πολὺς καὶ μέγας Νικόλαος, νύκτωρ μοι παραστὰς, ἅπαντα τὰ κατὰ σὲ ἐνεφάνισεν· καὶ ὡς ἥκεις ἀποθριξόμενος, καὶ τῷ Κυρίῳ τὰς εὐχάς σου ἀποπληρώσων. Ταῦτα εἰπὼν ὁ Πάπας, καὶ τὸν ἄνδρα ἀποκείρας, θεῷ τοῦτον, ὡς ἡ ὑπόσχεσις, καθιέρωσεν. Ταῦτα Νικόλαος θαυματουργῶν ἡμῖν ἐπιδείκνυται.

23. Ταῦτα πρεσβεύων ἐπιτελεῖ τὰ τεράστια· ταῦτα παρακαλούμενος ἐνεργεῖ τὰ παράδοξα· τούτοις καὶ βιοτεύων ἐφάνη κοσμούμενος· καὶ μεταστὰς πρὸς Θεὸν, εὐδοκιμεῖν οὐκ ἀπολιμπάνεται. Ἀλλ' οἷα τις πατὴρ ὑπὸ συμπαθείας τοῖς τέκνοις ἐπικαμπτόμενος, τὰ πάντα οἰκειοῦται βάρη, τοῖς πλέουσι συμπλέων· τοῖς ὁδοιποροῦσι συνοδεύων· τοὺς ἐν ἀνάγκαις προϊστάμενος· τοῖς ἐν φυλακαῖς ἐπισκεπτόμενος· χηρῶν ἐπικουρῶν· ὀρφανῶν ὑπερασπίζων· αἰχμαλώτους ἀπολυτρούμενος· τοὺς ἐν νόσοις ἰώμενος· τοῖς ἐν χαρμοναῖς συνευωχούμενος· τοὺς ἐν λύπαις συνοδυνώμενος· τοὺς ἀδικουμένους ἀναρρυόμενος· τοὺς συκοφαντουμένους ἐπαμύνων· τοὺς συκοφάντας ἐπισχών· τοὺς ἐπαινέτας ἐπιρρωννύων· τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐπιστρέφων· τοὺς κατορθοῦντας ἐπιχύων· τοῖς πᾶσι τὰ πάντα γινόμενος, ἵνα πάντας σώσῃ· καὶ μέν τοι καὶ σέσωκε, καὶ σώζων ἀεὶ, οὐ καταλιμπάνεται. Ἀλλ' ὢ τῆς Νικολάου ἀγαθῆς διαθέσεως· οἷος προστάτης ἐδόθη τῷ κόσμῳ σωτήριος· οἷος μεσίτης εἰς Θεὸν, καὶ διαλλακτὴς ἀκαταίσχυντος· οἷος ἀρωγὸς καὶ βοηθὸς καὶ ἐπίκουρος· πᾶσιν ἐμφιλοχωρῶν καὶ πάντας ὁμοίως ἐπισκεπτόμενος. Καί που τις ἐν Ἰνδίᾳ θλιβόμενος· ἐν δὲ ταῖς Βρεταννικαῖς νήσοις συκοφαντούμενος· καὶ κατὰ θάλατταν κινδυνεύων ἕτερος· καὶ ἄλλος πρὸς θάνατον ἀπαγόμενος· καὶ συμφοραῖς ἐξεταζόμενος ἕτερος κατ' αὐτὸν, κατὰ ταυτὸν τὸ Νικολάου ἐπιβοησάμενος ὄνομα, ἀμφότεροι τῆς σωτηρίας ἐπέτυχον. Καί που καὶ βαρβάρων ἔφοδος τῇ Νικολάου ἐπικλήσει ἀποσεσόβηται· νόσοι τε φυγαδεύονται· καὶ δαίμονες τούτου τὴν κλῆσιν ἁπλῶς ἀποδύρονται. Μακάριος τοίνυν ἐστὶν ὁ Νικολάου τοῦ παμμάκαρος ταῖς πρεσβείαις φρουρούμενος· ὁ μεσίτην αὐτὸν εἰς Θεὸν προβαλλόμενος· ὁ ἐκείνῳ προσανέχων· καὶ ταῖς αὐτοῦ ἐντολαῖς ποδηγούμενος. Ὁ τοιοῦτος γὰρ καὶ τῶν ὧδε λυπηρῶν οὐ πειραθήσεται· καὶ τὸν Θεὸν ἵλεον ἐν τῇ ἡμέρᾳ εὑρήσει τῆς κρίσεως· οὗ καὶ ἡμεῖς ἅπαντες ταῖς προστασίαις ἀπολαύσωμεν· καὶ τῶν πρεσβειῶν ἐμφορηθείημεν, ἵνα καὶ τὰ ὧδε καλῶς διαπεραίνωμεν· καὶ τῶν αἰωνίων δι' αὐτοῦ ἐπιτυχῶμεν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

ſtupente rei, quam audiebat; Papa reſpondit ei: Frater Petre, nil admirare, dicens, quoniam ex nomine te vocavi, quem nunquam vidi: potens enim & magnus Nicolaus, adſtans hac nocte mihi, quæ circa te ſunt omnia revelavit: & ut venis ut tonderis, & tua Domino vota reddas. His dictis Papa totondit hominem, & Deo, ut erat promiſſio, conſecravit. Per hæc etiam mirabilis Nicolaus, nobis ſe patefecit.

Hæc ipſe autem intercedens, mirabilia facit; hæc operatur invocatus: his & vivens apparuit exornatus; & ad Deum translatus, non deſinit celebrari: ſed veluti quidam pater, pro ſympathia liberis inclinatus, cuncta gravia reddit levia. Ipſe namque connavigat navigantibus; comitatur iter agentes; defendit in neceſſitatibus conſtitutos; viſitat carceribus mancipatos. Procurator eſt viduarum; pupillorum eſt advocatus; captivorum eſt liberator; infirmorum eſt medicus, & ſanator. Quid? Iis, qui in gaudio ſunt, congaudet; iis, qui in mœſtitia verſantur, condolet: eos, qui injuſtitiam patiuntur, liberat: calumniis imperitos auxiliatur; calumniatores pudore afficit; laudatores confirmat; peccatores convertit, roborat proſperatos. Omnibus denique omnia factus eſt, ut omnes Deo ſervet: & quidē ſervavit ſemper, & adhuc ſervat, nec deſinit benefacere. Sed o bona conditio Nicolai, qui, ſalutaris veluti Præſul, datus eſt Univerſo: apud Deum veluti mediator, & modeſtus conciliator: ac auxiliator veluti, & defenſor, & Procurator, qui cum omnibus habitat libenter, & ſimiliter omnes viſitat! Sed quibus in locis ipſe non fulget? Quis in India tribulatus, vel in Britanniciis inſulis calumniam paſſus, & per mare periclitatus, alius aliuſque ductus ad mortem, vel injuſtiſſime inquiſitus; per idem tempus Nicolai invocantes nomen, ſunt uterque ſalutem nacti. Nonne barbarorum etiam incurſus, Nicolao invocato, repulſus eſt? Ad ejus præterea invocationem, morbi fugantur; & dæmones ſimiliter, lamentantur. Beatus ergo eſt, qui interceſſionibus munitus beatiſſimi Nicolai, eum apud Deum, mediatorem præmittit: qui ei confidit, & præceptis ejus inſiſtit. Etenim talis eſt, ut ab iis, quæ hic ſunt, moleſtiis, non tentetur; & in die judicii, miſericordem inveniat Deum. Cujus & nos omnes, auxilia conſequamur, fruamurque interceſſionibus: ut & quæ hic ſunt, feliciter compleamus, & per eum, æterna acquiramus bona; in Chriſto Jeſu Domino noſtro: cum quo Patri gloria, una cum ſancto Spiritu & vivifico, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

EX

EX EODEM MEMBRAN. COD. VATIC. num. DCCCXXI. pag. 276. a tergo.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΟΣΙΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΗΜΩΝ ΝΙΚΟΛΑΟΝ,
τὸν θαυματουργὸν καὶ ἀρχιεπίσκοπον τὸν ἐν Μύροις τῆς Λυκίας διαπρέψαντα, παρὰ τῶν τριῶν στρατηλατῶν τῶν ῥυσθέντων δι' αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ πικροῦ θανάτου.

ENCOMIUM HABITUM IN S. P. N. NICOLAUM, THAUMATURGUM, ET ARCHIEPISCOPUM,
qui in Myris Lyciæ fulguravit, a tribus Ducibus, qui ab eo, ab acerba morte, ſunt liberati.

SCRIPTUM AB IMPERATORE LEONE VI. DICTO SAPIENTE, (VESTIGIA S. METHODII PRESSE SEQUUTO) POST ANNUM DCCCLXXXVI.

Ex quo imperavit, uſque ad ann. MXI. (1)

Benedic Domine.

HOmo Dei fideliſque ſerve, ac diſpenſator myſteriorum Dei, & vir deſideriorum, rerum, quæ ſunt ſpiritus; hanc ſuſcipe orationem, quæ tibi a nobis muneris inſtar offertur, pro admirandi, acerrimique gratia patrocinii, quod pro nobis ſuſcepiſti. Proinde vocamus te, Eccleſiæ columnam & firmamentum; & luminare in mundo, continens verbum vitæ. Multa namque præclara tibi nomina dedit virtus; nullumque a te abeſt bonum, Paſtorum optime, Pontificumque celeberrime Nicolae. Quippe qui, in beata anima tua, in amplo veluti, auri, pellucidorumque lapidum conditorio, præſtantiſſimas quaſque virtutes recondidiſti: quamobrem apud univerſos pene, qui ſub Sole degunt, celeberrimus evaſiſti. Nec enim lucerna in ſublimi aureoque poſita candelabro, noctis tenebras ſic illuminat; ut tu nuper a vera luce, quæ Chriſtus eſt, in Pontificio locatus throno; perinde atque in loco ſqualido, in obſcuro mundi locello, omnes, qui a te Paſtore reguntur, ad lucem, quæ noctem neſcit, adducens, lucidiſſime affulges: & ſublimi veluti

Κύριε εὐλόγησον.

1. Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ καὶ πιστὲ θεράπων (2) καὶ οἰκονόμε τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων, καὶ ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν τῶν τοῦ πνεύματος, δέχου τὸν παρ' ἡμῶν σοι προσαγόμενον λόγον, ὡς δῶρον καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος, ἤγουν τῆς εἰς ἡμᾶς ἐπιδεδειγμένης σου παραδόξου καὶ θερμῆς ἀντιλήψεως. Καλοῦμεν δέ σε στύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας, καὶ φωστῆρα ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντα· πολλὰς γάρ σοι τὰς κλήσεις ἡ ἀρετὴ πεποίηκε, καὶ οὐδέν σε τῶν καλῶν διέφυγε, ποιμένων ἄριστε, καὶ ἀρχιερέων πανεύφημε Νικόλαε. Πάσας γάρ, ὡς ἐν θησαυρῷ χρυσοῦ, καὶ λίθων διαφανῶν τῇ μακαρίᾳ σου ψυχῇ τὰς ὑπερτίμους τῶν ἀρετῶν ἀναπέθου, περιβόητος ἐντεῦθεν πάσῃ σχεδὸν τῇ ὑφ' ἡλίῳ γενόμενος. Οὐχ οὕτως γὰρ λύχνος ἐπὶ λυχνίᾳ τεθεὶς ὑψηλῇ καὶ διαχρύσῳ φωτίζει τὴν τῆς νυκτὸς ἀβλεψίαν, ὡς σύ γε πρώην ἐπὶ τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ὑπὸ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἀνατεθείς, καθάπερ ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ τῷ ἀφεγγεῖ τοῦ κόσμου χωρίῳ, πάντας τοὺς ὑπό σου ποιμενομένους πρὸς τὸ ἀνύκτερον φῶς δᾳδουχῶν διαυγάζεις· καὶ οἷον ἔκ τινος μετεώρου περιωπῆς, οὐ μόνον τοὺς ἐγγὺς

NOTAE.

(1) Combefiſius tom. 6. Biblioth. Concionatoriæ pag. 68. & Monfauconius in Bibliotheca Coisliniana, aliique, hoc *Encomium* (ex fide aliorum Manuſcriptorum) male tribuerunt S. Andreæ Archiepiſcopo Cretenſi, ſeptimo ſeculo, & octavo.

(2) In verſione hujus Encomii, quam adornavit (ut & hiſtoriam Taiphalorum) centum & ultra, retro annis, P. D. Vincentius Riccardus clericus Regularis Theatinæ Familiæ (mecum eam communicavit Cl. & doctiſſimus amicus D. Joannes Ruſſus, olim ex eadem Familia, digniſſimus modo Archiepiſcopus Tarentinus; egoque recenſui) legitur: *Oratio edita* in Nicolai laudem, a *TRIBUS STRATELATIS, ab acerba per ipſum morte liberatis.* Quæ inſcriptio fallit tantummodo imperitos. Leonis Auguſti eſt Oratio: qui, per Proſopopeiam, inducit illos loquentes Duces. De qua re Authores habeo mss. Baronium, Tillemontium, &c.

(3) Initium hoc mutuatus eſt Leo (ut & alii quoque) ab oratione S. Gregorii Nazianzeni, in funere Patris ſui, cui interfuit S. Baſilius Magnus. Pluries autem in Scriptura legitur, *Homo Dei*, Reg. 4. c. 7. a n. 9. ad 13. Prophetæ Helias, Eliſæus, &c. Timotheus ita dicitur a Paulo in prima ad ipſum c. 6. 11.

ἐγγὺς, ἀλλὰ δὴ καὶ τοὺς πόῤῥω διεστηκότας τῷ ἀπλανεῖ τῆς ἐν πνεύματι γνώσεως καταπυρσεύεις αὐγάσματι. Σὲ γὰρ ὑψηλὸν ἀληθῶς ἡ ἀγγελικὴ πολιτεία πεποίηκε, σε τὸν καθαρὸν καὶ θεωρητικὸν τῆς πρὸς Θεὸν ἀληθοῦς ἀναβάσεως, τὰς οὐρανίους ἁψῖδας ὑπερκτῆναι σχεδὸν παρεσκεύασεν· αὐτόθεν σοι καὶ τὸ πολυειδὲς τῶν ἀρετῶν διὰ τῆς πρακτικῆς Φιλοσοφίας συνήλεκται. δίκην μελίσσης ἐκπεριελόντι τῶν ἁγίων τοὺς βίους, κἀκεῖθεν ἀρυσαμένῳ τὰ τῶν ἀρετῶν ἀκροθύνια.

2. Τίνα γὰρ τῶν ἁγίων οὐ παρεζήλωσας, ὦ πάτερ; ἢ τίνος ὑπὲρ λίαν οὐ κατ' ἴχνος ἐβάδισας, ἢ κρεῖττον εἰπεῖν, τίνα τῶν κατ' ἀρετὴν ζησάντων ἁμιλληθεὶς σεαυτὸν οὐ παρίσωσας; Ἄβελ ὁ δίκαιος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ ἐπῃνέθη. Αὐτὸς δὲ, δικαιότατε πάτερ, δῶρον ὅλον σεαυτὸν τῷ Θεῷ ἀνενδεεῖ λογικὸς ἀνατέθηκας. Ἐνὼς ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, αὐτὸς δὲ καὶ τῶν προαποκειμένων ἐλπίδων ἤδη τὰς ἀποδείξεις ἐναργεῖς ἐπὶ κατὰ γῆς περιὼν προαλήλειφας. Ἐνὼχ εὐαρεστήσας Θεῷ, μετετέθη· αὐτὸς δὲ τὸ τῆς ψυχῆς φρόνημα ὅλον ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν μεταθήσας, ὅλος ἐζεύχθης Θεῷ, τὰ ῥέοντα τῶν μελλόντων ἀνταλλαξάμενος. Νωὲ δίκαιος ὢν, ἐπὶ ταῖς θυσίαις εὐαπόδεκτος γέγονεν, ἐπὶ λάρνακι ξυλίνῃ ζώων ἀλόγων γένη διέσωζε, κατακλυσμοῦ τὴν γῆν καλύψαντος· Αὐτὸς δὲ θύματα καὶ ἱερεῖα λογικὰ τὰς μυστικὰς λατρείας προσφέρεις Θεῷ, ἄλλην κιβωτὸν δεικνὺς τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν, καθάπερ ζῶα πολυειδῆ τὰ γένη τῶν ἀνθρώπων τῆς Ἀρειανικῆς ἐπικλυζούσης αἱρέσεως διασώζουσαν, τῇ ὀρθοτομίᾳ τῶν λόγων σου. Αβραὰμ ἐπὶ φιλοξενίᾳ, καὶ φιλοθεΐᾳ θαυμάζεται, καὶ ἀνάθημα δεκτὸν ἀθύτως, τὸν ἐξ ἀπαγγελείας υἱὸν προσάγων Θεῷ, μακαρίζεται· αὐτὸς δὲ τὸν Χριστὸν ξεναγεῖς ἐσθίων καθ' ἡμέραν, καὶ πνευματικῆς μεταδιδοὺς τραπέζης τοὺς παρατυγχάνοντας· καὶ θύων οὐ τὸν ἀγαπητὸν υἱὸν, ἢ πρόβατον ἀντ' αὐτοῦ συνεισφερόμενον, ἀλλ' ὅλον ἱερὸν σεαυτὸν Θεῷ προσάγων διὰ παντὸς ὁλοκάρπωμα, καὶ τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων εὐαγγελικῶς προϊέμενος. Ἰσαὰκ ἐπὶ δικαιοσύνῃ δοξάζεται· αὐτὸς δὲ καθάπερ τὶς κανὼν δικαιοσύνης πανταχοῦ περιτρέχων ἐν πνεύματι, σὺν παῤῥησίᾳ πολλῇ τοὺς ἀδικεῖν ἐθέλοντας ἐπέχεις, ὀνειράτων καταφανῶν, καὶ βασιλέας καθεύδοντας. Ἰακὼβ ἁπλότητι τρόπων καὶ πολυπαιδίᾳ τέκνων ἀοίδιμος ἦν, καὶ κλίμακα ἑώρακεν εἰς τὸν οὐρανὸν φθάνουσαν, μυστηρίου μείζονος εἰκόνα προγράφουσαν· αὐτὸς δὲ γεννῶν Πατριάρχας, καὶ Ποιμένας καὶ ποίμνια τῷ Ἀρχιποιμένι Χριστῷ, παρ' οὗ καὶ τὴν ποίμνην ἐπιστεύθης, οὐκ ἐνέλειπας, καὶ ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ διατιθέμενος, καὶ οἷον ἐκ βαθμῶν εἰς βαθμοὺς, καὶ ἀπὸ δόξης εἰς δό-

ξαν

luti e ſpeculo; non modo vicinioribus, verum etiam iis, qui longe degunt, coruſco ſanæ doctrinæ ſplendore, ſpiritus facem præfers. Te namque angelicæ vitæ puritas, vere ſublimem reddidit: caſtimonia & contemplatio, tibi verum ad Deum pararunt iter; pernicibus alis, te ſupra cœleſtes pene ferentes abſides: multiplicem denique virtutum ſpeciem, actuoſa tibi conciliavit Philoſophia. Te apis inſtar, e ſanctorum actibus exſugente; ingentes inde tibi, coacervaſti virtutum opes.

Quemnam enim ſanctorum, non es, pater, tu æmulatus? vel quorumnam veſtigiis, non tu ſummopere inſtitiſti? Quin, ut melius dicam, quemnam eorum, qui omnibus numeris abſolutam agebat vitam, te æqualem illi non reddidiſti? Abel juſtus, de oblatis a ſe muneribus, fuit laudibus commendatus. Tu vero, juſtiſſime pater, te ipſum Deo, qui nullius indiger, munus ex integro per ſpiritum conſecraſti. Enos ſperavit in Domino. Tu vero de futurarum rerum ſpe longe obſcura; cum adhuc in terra deggis, erectæ ſpei clara indicia concepiſti. Enoch, Deo cum placuiſſet, tranſlatus eſt. Tu vero in cœlum, omni affectu ſublato animæ, caducis cum perennibus commutatis; Deo totum te adjunxiſti. Noë cum eſſet juſtus, ab inundante terram diluvio, ſervatis in arca lignea, irrationabilium generibus animalium, fuit acceptus ob ſacrificia. Tu vero ſacrificia & hoſtias rationales, cultum myſticum offers Deo; & recte verba diſpertiendo, arcam alteram, Chriſti Eccleſiam reddidiſti: quæ ab inundante proluvie hæreſeos Arianæ, perinde ſervaret, ac diverſæ animalia ſpeciei. Abraham ab hoſpitalitate, ac Dei amicitia, miris laudibus celebratur: & ſacrificio conſecratum, nondum tamen ſacrificatum; donum gratum; ſuum nempe promiſſionis filium Deo offerens, beatus prædicatur. Tu vero ſuſcipis hoſpitio ipſum Chriſtum, manducans ipſum diebus ſingulis; & de menſa adſtantibus impertiens ſpirituali; non dilectum filium ſacrificas, aut ovem vicariam offers; ſed ex ſententia Evangelii, te ipſum totum, & tuam ipſius animam, pro univerſo terrarum orbe, Deo holocauſtum offers. Iſaac ob juſtitiam, cum gloria prædicatur. Tu vero veluti quædam juſtitiæ norma, occurrens ubique in ſpiritu; injuriam inferre volentes, te ipſum per ſomnia, etiam Imperatoribus dormientibus, clariſſime oſtentans, ſumma coërces libertate. Jacob morum candore, & ampla propagine filiorum, celeberrimus evaſit: ſcalamque (imaginem ingentis myſterii præſignantem) quæ uſque ad cœlum pertingebat, vidit. Tu vero

Pa-

Patriarchas & Paſtores, gregeſque ovium, Chriſto Paſtorum principi generaſti: a quo concreditum tibi gregem, ut accepiſti, non dimiſiſti; & aſcenſiones diſponens in corde tuo; ac veluti e gradu in gradum, & e gloria in gloriam transformatus; mentis contemplatione, e terra in cœlum aſcendiſti.

ξαν μεταμορφούμενος, καὶ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν θεωρητικῶς ἀναγόμενος.

Job, ærumnas acerbaſque calamitates, ſumma tolerantia perpeſſus, celebri nitore famæ clarus eſt factus. Tu vero hunc quoque æmulari adniſus, inconcuſſus ab hæreſis incurſibus perſtitiſti: nihil curans, ſi fluctibus, tui corporis turris collideretur; modo, ne quid minimum, e tuo rectorum dogmatum theſauro diriperetur. Joſeph caſtimonia, frumentique præbitione prædicatur inſignis. Tu vero puritatis fuiſti ſimulacrum; & ſæpenumero, mira frumenti largitione, Myrorum Provinciæ ſuccurriſti. Moyſes propter manſuetudinem, legiſque traditionem, a cunctis magnificatur, & Deus dicitur Pharaonis: quod in mari currus ejus copiaſque projecit. Tu beatiſſime vero pater, mitiſſimus erga omnes, contra tamen, terribilis peccatoribus; ſanciens omni ſanxiſti populo, ut a pravis deſiſterent actionibus: impetuſque affectionum animæ, inſurgentes, quendam veluti exercitum Pharaonis; in profundum, rectis tuis operibus demerſiſti. Pollens viribus fuit David, qui armis munitus ſpiritus, ſuis proſtravit manibus, Goliath arrogantem. Tu fortiſſimus item, de ſpirituali animarum tyranno Goliath, triumphum diebus ſingulis revehebas: & hæreticos inſectando, a rationali Chriſti grege, rapaces arcebas lupos. Ac proinde, pater ſanctiſſime; juſtorum & prophetarum catalogum, per actuoſam virtutem ſuperaſti. Quorundam enim, dicendi libertatem, aliorum vero zelum, aliorum manſuetudinem, aliorum commiſerationem, aliorum vitæ ſublimitatem, es æmulatus.

3. Ἰὼβ ἐπὶ κακοπαθίᾳ, καὶ τῇ περὶ τὰ δεινὰ καρτερίᾳ περιφανέστατος· αὐτὸς δὲ καὶ τοῦτον ἠβουλήθης παραζηλῶσαι, ταῖς προσβολαῖς μὴ κατασεισθεὶς τῶν αἱρέσεων ἔμεινας, μᾶλλον προθέμενος, τὸν τοῦ σώματος πύργον διαῤῥῆξαι τὰ κύματα, ἢ ποντισυληθῆναι τοῦ τῶν ὀρθῶν δογμάτων θησαυρίσματος. Ἰωσὴφ ἐπὶ σωφροσύνῃ καὶ σιτοδοσίᾳ περιβόητος· αὐτὸς δὲ ἁγνείας ἄγαλμα ὤν, πολλάκις ἐβοήθησας τῇ τῶν Μυρέων ἐπαρχίᾳ, τῇ θαυμαστῇ σου σιτοδοσίᾳ. Μωϋσῆς ἐπὶ πρᾳότητι καὶ θεσμοδοσίᾳ, παρὰ πάντων μεγαλύνεται, καὶ θεὸς Φαραὼ κηρύττεται, ἅρματα καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ῥίψας εἰς θάλασσαν· αὐτὸς δὲ πανόλβιος, πρᾷος μὲν τοῖς πᾶσι, φοβερὸς δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσιν· νομοθετῶν παντὶ τῷ λαῷ, τῶν φαύλων ἀπέχεσθαι πράξεων, καὶ τὰς τῶν παθῶν ἐπαναστάσεις, ὡς ἄλλην Φαραώνειον δύναμιν ὑποβρύχιον, τῷ πελάγει τῶν σῶν κατορθωμάτων ποιούμενος. Γενναῖος ὁ Δαβίδ, τὸν ὑπερήφανον Γολιὰθ τῇ τοῦ πνεύματος πανοπλίᾳ χειρούμενος ἰσχυρότατος· καὶ αὐτὸς τὸν νοητὸν καὶ ψυχοτύραννον Γολιὰθ, καθ' ἡμέραν τροπούμενος, καὶ τῆς λογικῆς ποίμνης Χριστοῦ, τοὺς αἱρετικοὺς, ὡς λύκους ἅρπαγας ἀποδιώκων. Οὕτω τῷ καταλόγῳ τῶν δικαίων, ἐπὶ μὴν τῶν προφητῶν, σεαυτὸν διὰ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς ἀνῆρας, ὦ ἱερώτατε· καὶ τῶν μὲν τὴν παῤῥησίαν, τῶν δὲ τὸν ζῆλον, τῶν δὲ τὸ πρᾶον, τῶν δὲ συμπαθὲς, τῶν δὲ τοῦ βίου τὸ ὑψηλὸν παρεζήλωσας.

Nec horum modo virtutes ſectatus es, quin etiam Chriſti diſcipulorum; quibus gratia & veritas, circumtecta umbris legalia, dilucidantes explicaverunt; veræ adorationis in ſpiritu, clare nobis myſteria revelaſti. Utpote qui, illorum fontium omnino ſectator factus, primaque ſcaturigo; cum ipſis pariter ſollicitus Curator, canora tuba extitiſti. Porro autem nunc tempus eſt, illam vere Scripturæ ſententiam afferamus: *Memoria juſti fiet cum laude*: & *In memoria æterna erit juſtus*. Et jure quidem merito: *Dum* enim *laudatur juſtus*, multi, inquit, *populi lætabuntur*. Et quiſnam unquam pro dignitate, magnifica tuarum laudum præconia; aut tuorum, quæ præclare in vita geſſiſti, facinorum, locupleti, o celeberrime pater, oratione poterit commendare? Quidquid enim de te dixerimus; a promerita laude tua, noſtra

4. Οὐ μόνον δὲ τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν Χριστοῦ μαθητῶν, οἷς ἡ χάρις, καὶ ἀλήθεια τὸ νομικὸν, καὶ σκιῶδες διαπετάσασα, περιδέῤῥεον τῆς ἀληθοῦς ἐν πνεύματι λατρείας, ἀνακάμπτεις τρανῶς ἡμῖν τὰ μυστήρια· ὧν αὐτὸς ὀπαδὸς διόλου γενόμενος ὀφθαλμὸς, σὺν αὐτοῖς τῆς ἐκκλησίας μέριμνα καὶ σάλπιγξ εὔηχος ἐχρημάτισας· νῦν δὲ καιρὸς, εἰπεῖν ἀληθῶς τὸ γραφικὸν ἐκεῖνο ῥητόν· Μνήμη δικαίου μετ' ἐγκωμίων, καὶ εἰς μνημόσυνον αἰώνιον ἔσται δίκαιος· μάλα εἰκότως· ἐγκωμιαζομένου, γάρ φησι, δικαίου εὐφρανθήσονται λαοὶ πολλοί. Καὶ τίς ἂν ἐπαξίως ἀφίκοιτο τῶν σεμνῶν ἐγκωμίων, ἢ τῶν κατὰ τὸν βίον μεγαλουργημάτων ἀναμνῆσαι τὸ μέγεθος, πολύμνητε πάτερ; ὅτι γὰρ ἂν σε καὶ εἴπωμεν, ἀποδέει πάντως τῆς ἀληθείας ὁ λόγος, καὶ εἰ παρεικάσαι θελήσαιμεν τοῖς ἑτέρων τὰ σὰ κατορθώματα, ἀνάγ-

κη πᾶσαν κατόπιν ἐλθεῖν τῶν πραγμάτων τὰ παραδείγματα. Τίνα σὲ τοίνυν εἴπωμεν; γεωργὸν, ἀλλ' ἀληθεύσει πάντως ἡμῖν ὁ λόγος θεωρητικῶς ἐκλαμβανόμενος. Πάσης γὰρ ὁμοῦ τῆς Λυκίων ἐπαρχίας τὰ λογικὰ γεωπονοῦντας γεώργια, τῆς μὲν ἀπιστίας τὰς ἀκάνθας ἐξέτεμες, τῆς εὐσεβείας δὲ τὸν ζῶντα λόγον κατέσπειρας, καὶ οἷον ἀποθήκαις τισὶ ταῖς ψυχαῖς πνευματικῶν ἐναπέθου τὸν ἀμητόν· Ἀρχιτέκτονά σε εἴπωμεν; ἀψευδόμεθα· βωμοὺς γὰρ εἰδώλων καὶ δαιμόνων μυσαρῶν ἀφιδρύματα καθεῖλες, τῇ μηχανῇ τῶν δογμάτων· Χριστῷ δὲ, κατὰ τόπον ἐκκλησίας ἀνέστησας, τεμένη καὶ ναοὺς μαρτύρων δειμάμενος ἱεροὺς καὶ σεβασμίους ἀνέδειξας· καὶ ὡς μὲν γεωργὸς, τὰς νεοφύτους, καὶ λογικὰς ἀμπέλους καλλιεργῶν εὐφόρους ἀνέδειξας· ὡς δὲ σοφὸς ἀρχιτέκτων τὰς νεοπαγεῖς τῶν πιστῶν ἐκκλησίας, ἐν τῷ θεμελίῳ τῆς πίστεως κατεστήριξας, τῇ ἀρχιτεκτονίᾳ τοῦ πνεύματος. Τί οὖν σε καλέσωμεν; στρατιώτην; καὶ στρατιώτην. Καὶ γὰρ οἷόν τις ὁπλίτης στρατάρχος κατὰ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν στρατευόμενος τὴν παντευχίαν τοῦ λόγου περιέθου, περιεζωσάμενος ἐν ἀληθείᾳ· διὸ τῷ μὲν θυρεῷ τῆς πίστεως, τὰς προσβολὰς τῶν παθῶν ἀποκρουσάμενος, πέτρας δίκην ἀτρέμας καὶ ἀκατάσειστος, ἵστασο, πᾶσαν ἀναντίαν ἀντιπαπλοκὴν διωθούμενος, ἀσπίδι δὲ τῇ ἀσείστῳ κεχρημένος ἐλπίδι, καὶ τοὺς βάλλειν τολμῶντας ὑπαντιάζων ἀντιτοξεύεις· εἶτα γενναίως ὑπασπίζων ἀντιπερίστασας, καὶ ἀντιβουκολεῖς τοὺς ἀντιτάκτας τῆς ποίμνης σου· καὶ οὕτως μετὰ τὸν συναπαιωρῶν τῷ τῆς πίστεως φασγάνῳ, τὴν ἔμμαχον Ἀρείου κατατομὴν τῇ συναιρέσει Σαβελλίου συναποτέμνεις προθέλυμνον ἐνίγε, καὶ τῷ αὐτῷ θείῳ ζήλῳ τῷ κατὰ τὸν Φινεὲς τὸν τῶν πάντων Θεὸν τοῖς πᾶσιν ἐξιλασκόμενος.

ſtra, longe nimis, oratio aberrabit. Quod ſi cum aliis voluerimus, tua recte facta conferre, omnia rerum exempla, præ oculis habere neceſſe fuerit. Quem igitur dixerimus te fuiſſe? Agricolam? Et vera ſane nobis edicet; per ſpiritualem aſſumpta oratio intelligentiam. Univerſam enim Lyciæ Provinciam, agricolatione ſpirituali te excolente, infidelitatis quidem ab ea revulſiſti ſpinas; vividum vero inſeviſti pietatis verbum: & veluti in quodam penu ſpirituali, meſſem in ipſis animabus condidiſti. Architectum ſi te dixerimus; a vero non aberrabimus. Idolorum etenim aras, exſecrandiſque dicata dæmonibus ſimulacra, tuorum verborum arte mirabili evertiſti: Chriſto vero, ubique eccleſias erexiſti: ſacella ac templa martyrum prophanata, ſacra venerandaque reddidiſti: Et ut agricola quidem, novellas fidei plantas, viteſque ſpirituales præclare excolens, fertiles effeciſti; ut vero ſapiens Architectus, eccleſias fidelium recenter erectas; magiſterio ſpiritus, in Fidei fundamento firmiter poſuiſti. Quo te igitur nomine nuncupabimus? Militem ne? Recte oppido: quandoquidem veluti militiæ armatus Princeps, veritatis Zona præcinctus; adverſus viſibiles hoſtes bellum adorſus, Verbi armis te induiſti. Quocirca, animæ paſſionum, Fidei galea, protruſis telis; rupes veluti inconcuſſa, hoſtili omni detecto dolo, infracto animo perſtitiſti. Firmiſſimo vero ſpei munitus clypeo; ferrumque ſtringere tentantibus, te ipſum ſagittis opponens, occurrebas; tum cunctis obſiſtens, fortiter generoſeque propugnabas; & eos, qui tuum oppugnabant gregem, invadebas. Atque hoc pacto, contra armatam phalangem, cum fidei gladio, ultricem elevans dexteram, Arii ſectam contentioſam, una cum Sabellii Synagoga funditus profugaſti; uno illo, eodemque mucrone Zeli, quo exarſit Phinees, confodiens, expiatione facta, omnes univerſorum Deo conciliaſti.

5. Τίνα σε τοίνυν εἴπωμεν; ἄγγελον Θεοῦ; ἀλλ' οὐ πολὺ τῆς τῶν ἀγγέλων ἀσαρκίας ἀφέστηκας, ἀσωμάτων ὄντως χρηματίσας ἐν σώματι, καὶ οἷόν τις αἰθέριος ἄνθρωπος, ἢ ἐπίγειος τοῖς πᾶσιν ὁρώμενος ἄγγελος. Τῆς γὰρ ἀγγελικῆς οὐ διενήνοχας πτήσεως, τῷ δι' ὀνείρων ἐπιφανῆναι βασιλεῖ, φόνον τῇ ἑξῆς μελετῶντι, καὶ τὸ κατάπληξιν ἐμποιῆσαι, καὶ μεμηνότα πρὸς σφαγὰς ἀπλήκτως μαστιγῶσαι καὶ σωφρονῆσαι τὴν τῆς ὁρμῆς ἀλογίαν, καὶ ἄνδρας μηδὲν ἀπροσδοκήτως ἠδικηκότας, παραστάντας τοῦ θανάτου λυτρώσασθαι. Τί τοῦτο καινότερον εἴργασται ποτὲ τῷ ἀγγέλῳ τῷ τὸν Ἀββακοὺμ(1) ἀπὸ τῆς Σιὼν (ita, ſed le-

gen-

Quem tandem te nuncupabimus? Dei angelum? Tu ſane non longe ab angelis, carnis expertibus, abfuiſti; vere incorporeos in corpore repræſentans; & perinde ac æthereus eſſes homo, ſive terreſtris angelus; cunctis te demonſtrabas. Angelorum quippe pernices alas exſuperaſti, cum Imperatori cædem meditanti, præſens in ſomnis adſtitiſti; terroreque perculſo illo, furentem ejus ad necem dexteram; flagello inſaucio repreſſiſti; aviditatis inſaniam temperaſti; atque viros, inopinato occurrens, nullius injuriæ reos, a morte præſentanea liberaſti. Numquid mirabilius hoc non fuit, quam id quod angelus egit, cum ipſum

Abba-

(1) Duo ex hoc loco deducimus; nondum ſub Leone VI. Imperatore, confictum fuiſſe miraculum, in puero, tanquam a Nicolao per aerem (inſtar Prophetæ Abbacum) erepto, a ſervitute Amiræ Saracenorum. Ex quo evidentius patet, id a S. Methodio nunquam ſcriptum; ſecus habuiſſet, & hic Leo.

Abbacum e Judæa Babylonem Medorum Regiam detulit, ut prandium in Leonum lacu inſtrueret Danieli? Nauclerum, ſi te appellabimus, vera eſſabimur: quandoquidem illos, qui magnum, ſpatioſumq. mare navigabant; qui in terris, perinde ac in mari fluctibus agitabantur; clavo divinarum abrepto precum, dum in puppi Fidei conſiſtens, rectiſſime gubernabas; & ingruentes ventorum impetus, lenes in auras, & in tranquillitatem, vigiliis & oratione, tempeſtatem redigebas; & eos, qui fide ad te acceſſerunt, ad imperturbatum portum, tu Sanctiſſime reduxiſti. Quod fuit ex ipſis nautis manifeſtum, quibus alias aliquando, (cum nempe tua metropolis fame acerbiſſima laboraret) naviculatoris ſpecie conſcenſa navi, perſpicue adſuiſti. Hoc ipſe Andriacis portus novit: quo nautis, qui a ſua navigatione recedere detrectabant, deſcendere ſuaſiſti; ut eſurientem paſceres tuum populum, famiſque rabiem cohiberes: eamque ob rem, tres aureos, ut fama eſt, procul poſitus nautis reliquiſti. Quod nec diu latere potuit, ne Lycienſis populus, defenſorem ſuum, curatoremque ignoraret: Te inquam, moribus & opere, angelicum, Nicolae.

Cum enim adhuc carne conſiſteres, & ad Chriſtum nec dum migraſſes; calamitatibus oppreſſis frequenter occurrere; opem in neceſſitatibus conſtitutis, quam celerrime afferre; aceos, qui non deliquerant, ſed captos, a ſanguinaria internecionis cæde eruere; quem alium te demonſtrant, niſi angelum, a carne alienam ducentem vitam, atque in ipſa, facilitate tanta, prodigia operantem? Cæterum quis longanimitatem tuam non admiretur? & quem manſuetudo, & lenitas tua pariter non reddat obſtupefactum? Quidni etiam, tuum pacis ſectandæ ſtudium, & ſupplices tuas preces. Cum enim, uti dicunt, aliquando ſarmenta germanæ inviſeres tuæ vineæ, & in felicis memoriæ Theognim, tunc Marcioniſtarum Sectæ Epiſcopum incidiſſes; longa fuſaque diſputatione, habita e ſacris Literis, refelliſti; adeo ut mutato conſilio, ad rectam eum ſententiam revocaveris. Cumque antea, quædam fortaſse acerba inter diſputandum, mutua indignatio efferbuiſſet; ſublimi voce, Apoſtolicam illam ſententiam protuliſti, pacate locutus: Eja, frater, controverſia dirimatur; ponamus iram; Ne Sol occidat ſuper iracundiam noſtram. Attamen, o ſanctiſſime pater

gendum Ἰουδαίας) ἐπὶ Βαβυλῶνα τὴν Μηδικὴν διαπεράσαντι, τὸ ἄριστον τῷ Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ τῶν λεόντων ἐπικομίζοντα. Εἰ κυβερνήτην σε εἴπωμεν, ἀληθεύομεν· τοὺς γὰρ τὴν μεγάλην τε καὶ εὐρύχορον διαπλέοντας θάλασσαν, τούς τε κατὰ γῆν θαλαττεύοντας οἴακι τῶν θεσμῶν ἐντεύξεων, καὶ τῷ αὐχένι τῆς πίστεως διακυβερνῶν ἐμμελέστατα, τὴν μὲν καταιγίδα εἰς αὔραν, εἰς δὲ γαλήνην τὴν ζάλην, ταῖς ἀγρυπνίαις τῶν προσευχῶν ἐπικουφίζων πρὸς τῷ λιμένι τῆς ἀπαθείας τοὺς πίστει προσιόντας χειραγωγεῖς ἱερώτατε. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐξ ὧν αὐτὸς σεαυτὸν καταφαίνων, ἐπιβάτου δίκην ποτὲ τοῖς πλωτῆρσι παρέστησας, λιμοῦ τὸ τηνικαῦτα τὴν σὴν πιέζοντος μητρόπολιν. Οἶδε ταῦτα τῆς Ἀνδριάκης ὁ λιμήν· τοῦτον γὰρ οὐκ ἔχοντας ἐκείνους παραπλεῦσαι, παραπείσας καταλαβεῖν, ἵνα πεινῶντα λαὸν διατρέψῃς, καὶ λιμοῦ θυμὸν χαλινώσῃς. Διὸ καὶ χρυσίνους τρεῖς, ὡς ὁ λόγος (1), ἐκποδὼν γενόμενος τῆς νηὸς καταλέλοιπας, καὶ λαθεῖν εἰς τέλος, οὐκ ἐᾶν τὸν τοῦ ἔθνους τῶν Λυκίων μεριμνητήν τε καὶ ὑπέρμαχον, ἀγγελικὲ τὸν τρόπον, καὶ τὸν ἔργον, Νικόλαε.

6. Ἔτι γὰρ ἐν σαρκὶ περιών, καὶ πρὶν εἰς Χριστὸν ἀναλῦσαι σε, πολυτρόπως τοῖς θλιβομένοις ἐπιφοιτᾶν· καὶ βοηθεῖν μὲν τοῖς ἐν ἀνάγκαις ὡς τάχιστα, ἐξαιρεῖσθαι δὲ καὶ μιαιφόνου σφαγῆς τοὺς ἐμπίπτοντας· τί ἂν ἄλλο σὲ παραδείκνυσιν, ἢ ἀγγελικὴν ἀσαρκίαν ἀνειλημμένον, καὶ, ταύτῃ ὁρᾶν ῥᾷον τὰς τερατείας ἐργαζόμενον; Ἀλλὰ τίς σοῦ τὸ μακρόθυμον μὴ θαυμάσειε; τίς τὸ μειλίχιον σὺν τούτοις, καὶ πρᾶον μὴ ἐκπλαγῇ; τίς τὸ εἰρηνικὸν καὶ ἱκέσιον; Ἐπεὶ γάρ, ὥς φασιν (2) ἐπισκεπτόμενός ποτε τὰ κλήματα τῆς ἀμπέλου τῆς ἀληθινῆς πρὸς τὸν ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει Θεόγνιν (3), συναντήσας τόν ποτε τῆς Μαρκιωνιστῶν συναγωγῆς ἐπίσκοπον διαλέξεως γραφικῆς προελθούσης διήλεγξας μέχρις ὅτου τὸν ἄνδρα ἐπιστρέψης πρὸς τὸ δοκοῦν ἐπανήγαγες· ἴσως τε καὶ παροξυσμοῦ τινὸς ἐμπεσόντος εἰς μέσον ὑψηλῇ τῇ φωνῇ, τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο μειλιχίως ἐπιφθεγξάμενος ῥῆμα· Δεῦρο. εἶπας, πρὸς καταλλαγὴν ἀδελφέ, πρὶν τὸν ἥλιον δῦσαι ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ἡμῶν. Ἀλλὰ πάτερ πατέρων, ἀξιάγαστε λαμπτὴρ οἰκουμένης, ἐκκλησιῶν ἕδρα, στήριγμα πιστῶν, καὶ ἀσφαλεία, ταχίστη τῶν ἀδικουμένων ἀντίληψις· πῶς

ποι-

(1) Quænam fama? poſt ſilentium Methodii? Tu Lycienſium dic rumuſculum.

(2) Nota etiam *rumorem nuperum*: ὥς φασιν.

(3) *Diognetum* vocat hunc Beatillus lib. 2. c. 3. Quo authore, nomen corrumpit? *Theognis felicis memoriæ*, anno 325. ſcripſimus, eſt Epiſcopus *Nicænus*. Hic *ſanctæ memoriæ*. De hoc nunquam auditum, dictum, fuiſſe Marcionitarum Epiſcopum, & a S. Nicolao, ad Catholicam Fidem eſſe converſum; multominus fuiſſe Epiſcopum hinc Nicænum, & demum, *ſanctæ memoriæ* eſſe dictum.

ποιμαίνῃς μᾶλλον ἡμᾶς, περιθάλπῃς σφοδρότερον, καθάπερ καθαρὸς τῷ καθαρῷ προσεδρεύων Θεῷ, τῇ τελείᾳ καὶ προσκυνητῇ Τριάδι, περὶ ἣν νοητῶς τῆς ἀγγελικῆς συμπεριχορεύων τάξεσιν· ἄνωθεν ἡμᾶς ἐποπτεύῃς, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή, ἀποστολικοῖς χαρίσμασιν καὶ πατρικαῖς ἀντιλήψεσι· καὶ τοὺς μὲν ἐπιστηρίζων, τοὺς δὲ καθοπλίζων, μὴ κατοχνήσῃς ἡμᾶς, ὦ πάτερ, ὑποφῆτα τοῦ λόγου, καὶ τῶν ἀῤῥήτων ὑφηγητὰ καὶ διδάσκαλε. Τῶν δέ γε ὁμότροπον καὶ διάδοχον τῆς ἱερᾶς σου ἀναστροφῆς, τὸν μακρῷ μὲν τῷ χρόνῳ μετὰ σε, τῇ δὲ πολιᾷ εὐθὺς μετὰ σε, τούς τε αὐτοῦ υἱούς, σοὺς δὲ ἐκγόνους ἀνδρείᾳ τε καὶ λόγῳ ἀληθεῖ περικράτυνον, καὶ τοῦτον ὡς ἂν μάλιστα πατρῴοις σπλάγχνοις περιεχόμενος. Τοὺς προσβάλλειν τολμῶντας τῇ λογικῇ σου ποίμνῃ ἀποδιώκῃς τοῖς πνευματικοῖς ἀκοντίοις τῶν λόγων σου· ὡς ἂν ἀπτόητον διασώζοιτο· τὸ μικρόν σου ποίμνιον, ὅπερ αὐτὸς ἐξέθρεψας, καὶ ποιμαντικῶς περιέθαλψας, ἱερεῖς τε, καὶ ἱερατικούς, καὶ τὸν φιλόχριστον ἅπαντα λαὸν τοῖς ζῶσί τε καὶ ἀψευδέσι τῆς εὐσεβείας δόγμασι, καὶ τῇ τῶν τεραστείων μεγαλότητι ἐπιρρωννύων, μὴ ἀποκάμῃς, θεόπνευστε. Καὶ τοσοῦτο μᾶλλον ὅτι νῦν καθαρώτερον ἐγγίζεις Θεῷ, κἀντεῦθεν πλέον τῇ τῶν φωτιστικῶν ἀντιλήψεων λαμπαδόνι καταστραπτόμενος, φανερώτερον, καὶ ἐκτυπώτερον τῆς ἀμιγοῦς πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν, ἀντιδέχῃς τὴν ἔλλαμψιν.

7. Μακαρίζω σε, πόλις Μύρα, τὴν τῶν Λυκίων μητρόπολιν· οἵου ποιμένος καὶ προστάτου τετύχηκας· οἷον ἐπὶ κεφαλῆς ἐδέξω τὸν στέφανον, αἰδέσιμον ὄντως ὄντα καὶ γήρας καυχήσεως· τίνα τοῦτον; Νικόλαον τὸν πάνυ, τὸν θείαις ἐπ' εὐφροσύναις, τοῖς ἐν ἀνάγκαις καταφανῶς ὀπτανόμενος· τὸν συντομώτατον ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων ἐπίκουρον· τὸ τῶν ἱερῶν ἱερῶς ἱερώτατον ἄγαλμα· τὸν μέγαν ἐν τοῖς θαύμασι, καὶ φοβερὸν ἐν τοῖς τέρασι· τὸν τοὺς ἀνευθύνους τῶν κινδύνων ῥυόμενον, καὶ ὀνείροις τοὺς ἀδικεῖν ἐθέλοντας, σωφρονίζοντα. Μακαρία τοίνυν ὑπάρχεις ἐν πόλεσι, τοιοῦτον θρεψαμένη πολιοῦχον, καὶ θώκοις τοῖς σοῖς ἐνιδρύσαντα· οὗ εἴπομεν· Ἐν τῷ φωτὶ πορευσώμεθα, καὶ ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ζήσωμεν ἀναπαυσόμενοι, φησί που τὸ ἱερὸν λόγιον. Ἔχεις σὺν τούτῳ καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας γενναίους ἀγωνιστάς, Κρήσκεντα λέγω, καὶ Διοσκορίδην καὶ Νικοκλέα· τοὺς τρεῖς τῆς Τριάδος ἱεροφεγγεῖς καὶ ὁμόφρονας μάρτυρας, οὓς ἡ αὐτὴ Τριὰς τοῖς ἀξιονί-

κοις

pater patrum, orbis totius luminare, Eccleſiæ firmamentum; fidelium ſulcrum, & ſecuritas expedita:& eorum patronus celerrimus, injuſte qui opprimuntur; nunc potiſſimum rege nos,& validius ſove, cum purus adſiſtis, puræ, divinæ, perſectæ, adorandæque Trinitati; circa quam ſpiritualiter tripudias,angelicis cum Ordinibus. E cœlis, o divinum & ſacrum Caput, apoſtolicis chariſmatibus, paterniſque patrociniis nos inviſe :alios quidem confirmans, alios vero inſtruens armis. Ne deſpicias nos, o pater, ſanctiſſimi Verbi interpres, doctor, & ineffabilium enarrator. Ac eum etiam, tuis æqualem moribus, qui longo quidem temporis intervallo a te diſtat, ſed tui regiminis in eadem Cathedra eſt ſucceſſor, & canitie tibi proximus; ſuos item filios, nepotes tuos,animi ſortitudine, ac veritatis verbo munitos redde:& hunc ipſum paternis quam maxime complectere viſceribus. Qui rationalem tuum opprimere tentant gregem,ſpiritualium verborum tuorum jaculis exturba;ut tuus puſillus grex,quem tu ipſe enutriſti, & Paſtorali officio confoviſti; integer,incolumiſque ſervetur.Sacerdotes inſuper tuos,alioſque ſacratos;& univerſum populum Chriſti amantem, fidei dogmatibus, vivis & non ſallentibus,prodigiorumque magnitudine confirmans; ne,o divino numine afflatus, alere fatigeris. Eoque nunc magis, quo es purior prope Deum; apud quem coruſcas ſplendore,patrociniis;ampliori,clariori, expreſſioriq.ſimilitudine formatus,& ex ſamiliaritate ſincera ad Deum,viciſſim ſplendorem recipis.

Beatam quoque te Myram prædico, metropolim urbem Lyciæ, quæ talem Paſtorem & Præſulem nacta es; quæ talem in capite ſuſcepiſti coronam.virum nempe re vera etiam ſenectutis gloria venerandum. Quem illum? Nicolaum:inſignem illum in divinis oblectamentis viſibiliter expeditum;oppreſſorum celerrimum adjutorem, Sacerdotum ſacerrimum ſimulacrum. Miraculis magnum,prodigiis terribilem: periclitantium inſontium aſſertorem,& injuſtæ oppreſſionis vindicem per inſomnia.Inter civitates itaque es beata, quæ talem tui, enutriſti Præſulem, ac Patronum; qui ſuam in tuis locis ſedem poſuit: cui dicimus:In tuo lumine ambulabimus, & habitabimus in umbra tua requieſcentes: ut ſacrum alicubi oraculum dicit. Cum quo validos etiam habes pugiles veritatis: Creſcentem,inquam, Dioſcoridem, & Nicoclem; tres ſacros ſplendores Trinitatis, & ejuſdem fidei ſanctos martyres; quos eadem ſancta Trinitas dignos ſecit,ut Regnum certaminibus meritum obtinerent.Eos appoſite inter ſe ſocians;cum qui-

bus

bus digne tuum caput celeberrimum coronavit; tuum nempe Pontificem & Antiſtitem: tum quia parem illis, ex ſuæ propoſito voluntatis, certamen egregie ſuſcepit; tum vero, utpote qui jam olim, ſuis & ipſe ſudoribus, honores martyrum promeruit; & æmulatione illorum, eodem modo ac illi, coronam ſibi contexuerit congruentem.

Sed eja jam omnes pariter, o ſacratiſſimi, & religioſiſſimi auditores, qui ad Templum hoc conveniſtis; feſtum diem, ſacrum, celeberrimumque feſtive agamus; & Deiferi Patris noſtri, omni laude digniſſimam celebrando, memoriam recolamus. Agamus autem id omni hujus depoſita mundi pompa & feſtivitate; longumque vale dicamus fucatis & fallacibus ornamentis; iiſque omnibus, quæ gentilitia taciturnitate, vultu fucato errorem pravi dæmonis repræſentant: quæ per confuſionem, ementitamque ſcenam, ludibria aſſumuntur; ludibria ſane, riſuque digna, quæ per vanam gloriam (qua infelicius nihil eſt) quoſdam attrahunt, rapiuntque. Quin roſarum calicibus, & unguentis fragantibus, roſeoque noſtrorum odore refecti operum, aut unguentis delibuti; ſanctum virum, ſpiritualium cantionum floribus coronemus. His unguentis perliniri, ſacer noſter pater gaudet Nicolaus: his tamquam libaminibus, celebritatibus oblectatur: & præſtantibus hiſce officiis magis delectatur, quam illi Gentilium ſacrificuli, & pravi dæmones, magnificis pompis delectabantur. His quoque, concors & unanimis illa generoſorum pugilum Trias gaudet. Quorum tu, Nicolae, ſocius effectus; in cœleſti cum iiſdem contubernio degis, coruſcas, exſultas in Deo Patre, (quo ad fieri poteſt, & videns, & viſus) & illuſtrationibus irradias inter illos. Quorum orationibus apud divinum Numen, ac tuis etiam, o Pater, precibus Deo acceptis; ab hæreticorum omnium, ac diaboli ipſius conſpiratione contraria; a flagellis; morborum cauſis; ab his, qui circumſtant, laqueis; ab hamis, quibus improbe devincti trahuntur homines; atque a cunctis omnes periculis eruamur; gratia, miſerationibus, atque benignitate ejus, qui pretioſo ſanguine ſui lateris munera largientis, nos redemit, & a ſervitutis errore nos liberavit, Jeſu Chriſti Domini noſtri. Cum quo, Patri, & Spiritui Sancto decens eſt, omnis gloria, honor, & imperium, & magnitudo; nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

κοις τῆς βασιλείας τετίμηκεν ἄθλοις ἐναρμονίως αὐτοὺς συνάψασα. Τούτοις τὴν σὴν ἀοίδιμον ἐπαξίως τὸν ἴσον αὐτοῖς ἀγῶνα συνεστεφάνωσε κεφαλήν· λέγω δὲ τὸν σὸν πρόεδρον, καὶ ἀρχιερέα. Τοῦτο μὲν ὡς τὸν ἴσον αὐτοῖς ἀγῶνα, τῇ κατὰ προαίρεσιν διαθέσει γενναίως ἐπιδειξάμενον· τοῦτο δὲ καὶ ὡς ἤδη πάλαι τετιμηκότα τοῖς ἑαυτοῦ πόνοις τοὺς μάρτυρας, καὶ ζήλῳ τῷ πρὸς αὐτοὺς ἄρτι τὸν ἐκείνοις ἐμπρέποντα συναναπλεκόμενον στέφανον.

Quanam magica utentes arte, inquit Imperator, talia ſomnia ad nos miſiſtis, tam acre intentantia nobis bellum? Ad quæ illi, qui ſibi nullius rei ejuſmodi erant conſcii; invicem nutu ſe interrogabant, ſi quis eorum quid noſset: & alter in alterum obſtupefactos oculos conjecerunt. Imperator vero ſic eos affectos videns, inclinat ad lenitatem, & prope accedens, eos jubet his reſpondere. Oculos autem illi replentes lacrymis, & aſſidue ejulantes: Nos, dixerunt, o Imperator, neque ars magica quid ſit novimus, neque adverſus Potentiam tuam, grave quid meditati ſumus. Teſtis eſt, qui omnia videt oculus. Si hæc autem non ita ſunt, ſed cogitavimus aliquid in te mali, de nobis miſericordiam nullam capias; neque, per ipſam Trinitatem, Imperator, te conjuramus, toti peperceris noſtro generi; quin ſi quid eſt gravius ipſa morte, illud in nos pronuncia. Nobis, o Imperator, hæc fuit relicta hereditas a parentibus, honorare Imperatorem; & in eum, rebus omnibus præferre benevolentiam. Si quis vero iſta transgrediatur, male ipſum multare, & in eum deinceps ſe gerere, ut in hoſtem: eamque ob rem, neglecta ſalute noſtra, tuam aſpeximus, Imperator. Quando enim hoſtiles manus contra tuam Potentiam motæ ſunt, & tempus magnam virorum virtutem poſtulabat; tu aliis, qui erant ejuſdem anthoritatis, ac nos, prætermiſſis; nos (quod utinam non feciſſes) præ cæteris elegiſti, & belli in eos gerendi curam nobis demandaſti. Hac de cauſa, prompto & alacri animo paruimus tuis juſſis, & bellum adverſus hoſtes ſuſcepimus, & propriam virtutem (ſit hoc dictum, Deo propitio) oſtendimus ſatis opere: in quo ſat ſcio, omnes eſſe ducimus conſenſuros. Hoc autem, quod prius præbuit nobis felicitatem; idem nunc invi-

ἐρωμένῳ καὶ αὐτῷ ὅστις εἴη· Νικόλαος, ἀπεκρίνατο, τοῦ Χριστοῦ δοῦλος. Διυπνισθεὶς τοίνυν Ἀβλάβιος ἔστρεφέ τε τῷ νῷ τὴν θέαν, καὶ τί ποτ᾽ ἄρα τὸ φανέν, καὶ ὅτι δηλοῦν ἐσκόπει, καὶ αὐτίκα ἥκει τις πρὸς αὐτὸν παρὰ βασιλέως μηνύων, ἅπερ ὁ βασιλεὺς ἐν ὕπνῳ ἐθεάσατο· καὶ ὃς πάλιν ἀπαγγέλλει τὴν ὄψιν, καὶ τὰ φανέντα αὐτῷ ἅπαντα διεξύει. Πρὸς τὸ παράδοξον τοίνυν ἐκεῖνο τῆς θέας ἄμφω καταπλαγέντες, ὅτι βασιλεὺς καὶ ὁ Ἔπαρχος, καὶ ὅπως ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος, ἡ αὐτὴ ὄψις ἑκατέρῳ ἐφοίτησεν· ἐπειδὴ τὸ ὄνειρον συμβαλεῖν οὐκ εἶχον, μετακαλεσάμενος ἀπὸ τῆς φυλακῆς τοὺς στρατηλάτας ὁ βασιλεύς·

27. Τίσι, φησί, μαγείαις χρησάμενοι, τοιούτους ἡμῖν ἀπεπέμψατε τοὺς ὀνείρους· πόλεμον οὕτω σφοδρὸν ἐπισείοντας, καὶ τὰ μεγάλα καθ᾽ ἡμῶν ἀπειλοῦντας; Οἱ δὲ μηδὲν τοιοῦτον ἐν αὐτοῖς συνειδότες, νεύμασιν ἀλλήλους ἠρώτων, εἴ τι ἂν τις αὐτῶν εἰδείη, ἐκπεπληγμένον, ἕκαστος ἑκάστῳ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπιβάλλοντες. Ὁ βασιλεὺς τοίνυν οὕτω τοὺς ἄνδρας ἔχοντας ἰδών, ἐπὶ τὸ πρᾳότερον μεταβάλλει· καὶ προσχὼν αὐτοῖς ἀποκρίνασθαι πρὸς ταῦτα κελεύει. Οἱ δὲ δακρύων τοὺς ὀφθαλμοὺς πληρώσαντες, καὶ συνεχὲς ἀναβλύζοντες· Ἡμεῖς εἶπον, ὦ βασιλεῦ, οὔτε μαγείαν ὅ τι ποτέ ἐστιν οἴδαμεν· οὔτε κατὰ τοῦ σοῦ κράτους δεινὸν ἐμελετήσαμεν· μάρτυς ὁ πάντα ὁρῶν ὀφθαλμός, εἰ δὲ μὴ οὕτω ταῦτα. Ἀλλά τι πονηρὸν ἡμῖν ἔσκεπται κατὰ σοῦ, μηδένα, ὦ βασιλεῦ, μηδένα καθ᾽ ἡμῶν λάβῃς ἔλεον, μὴ πρὸς τῆς Τριάδος αὐτῆς. Εἰ δὲ ὅλου φείσῃ τοῦ γένους ἡμῶν, ἀλλ᾽ εἴ τι καὶ θανάτου βαρύτερον ἀποφῆναι καθ᾽ ἡμῶν. Ἡμῖν, ὁ βασιλεῦ, οὗτος ἐκ πατέρων κλῆρος ὑπῆρξε, τὸν βασιλέα τιμᾶν· καὶ τὴν εἰς αὐτὸν εὔνοιαν τοῦ παντὸς προτιμᾶν. Εἰ δέ τις ταῦτα παραβαίνοι, ζημιοῦν αὐτὸν τὰ μεγάλα, καὶ ὡς πολεμίῳ τὸ λοιπὸν χρῆσθαι, ὥστε ἀμελοῦντες ἑαυτῶν, τὴν σὴν ὦ βασιλεῦ, ἐβλέπομεν σωτηρίαν· ὅθεν καὶ ἀμοιβαὶ φιλότιμοι παρὰ τῆς σῆς ἡμῖν, ἠλπίζοντο δεξιᾶς. Ἐπειδὴ δὲ καὶ πολεμία χεὶρ κατὰ τοῦ σοῦ κράτους ἐκινεῖτο· καὶ τοιαύτην ἀνδρῶν ἀρετὴν ὁ καιρὸς ἐζήτει, τοὺς ἄλλους παραδραμών, ὅτε τοῦ αὐτοῦ ἡμῖν λουτρὸν ἐτύγχανεν ἀξιώματος ἡμᾶς οὐκ ὄφελον προείλου· καὶ τὴν πρὸς ἐκείνοις ἡμῖν ἐνεχείρισας φροντίδα. Ταῦτά τοι καὶ πρόθυμοι τῷ σῷ προστάγματι εἴξαμεν· καὶ τὸ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἐπανειλόμεθα· καὶ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν σὺν θεῷ δὲ εἰρήσθω· ἐπὶ τῶν ἔργων ἱκανῶς παρεστήσαμεν· ὅπερ εὖ οἶδ᾽ ὅτι πάντες συμφήσουσι. Τοῦτο τὴν εὐδαιμονίαν προ-

πρότερον ἡμῖν παρασχὼν, νῦν καθ' ἡμῶν ὁ φθόνος ὁπλίζει, καὶ κρινόμεθα, φεῦ, ὡς ὁρᾷς, καὶ τὰ ἔσχατα πείσεσθαι προσδοκῶμεν, ὥς τι περιέστηκεν ἡμῖν, ὦ Βασιλεῦ, ἡ τῆς πρός σου εὐνοίας ἀπόδειξις, μείζονος τιμωρίας ὑπόθεσις εἶναι· καὶ ἄν τι δόξης ἐλπιζομένης, καὶ ἀμοιβῶν, θανάτου φόβος ἡμᾶς ἔχει καὶ καταδίκης ἐπὶ τῷ τελευταίῳ τούτῳ καὶ δυστυχεῖ κατορθώματι· πῶς ταῦτα ἥλιε, πῶς ταῦτα δίκη φέρεις ὁρᾶν.

28. Τούτοις ὁ Βασιλεὺς, κατακλασθεὶς τὴν ψυχὴν, δῆλος ἦν μεταμελόμενος ἐπὶ τῇ ἐκείνων ὕβρει· ἔτρεμε γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ δικαιώματα, καὶ τὴν ἁλουργίδα ᾐσχύνετο, μὴ νομοθετῶν ἄλλοις, αὐτὸς εὐθύνας ὑπόσχει τῷ κρείττονος. Εὐθὺς οὖν ἐπιεικὲς ὁρᾷ πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἡμερώτατα φθέγγεται. Οἱ δὲ τὰς ψυχὰς πρὸς τὸν λόγον διαναστάντες, ἐπειδὴ καὶ τὸ ἐνδόσιμον τῆς παῤῥησίας αὐτοῖς ἐδόθη παρὰ τοῦ βασιλέως, ἐδημοσίευον τὸν θησαυρὸν, οὐκ ἔκρυπτον τὴν ἐλπίδα· Καὶ, Κύριε ὦ τοῦ σοῦ Νικολάου Θεὸς μέγας, ἐβόων, ὁ τοὺς τρεῖς ἄνδρας ποτὲ, τοῦ ἀδίκου θανάτου διασωσάμενος, ἐξελοῦ καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ τοῦ ἐπηρτημένου τούτου κινδύνου. Ἁρπάζει τὸν λόγον ὁ βασιλεὺς, καί· Οὗτός ἐστιν ὁ Νικόλαος, ἔφη, καὶ πῶς, καὶ τίνας ἔσωσεν εἴπατε. Νεποτιανὸς οὖν αὐτίκα πάντα διέξεισιν αὐτῷ κατὰ μέρος. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῇ περὶ τὸ θεῖον, καὶ τοὺς αὐτοῦ θεράποντας τιμῇ, καὶ πρὸ τοῦ καλλυνόμενος· οὐδ' ἐνταῦθα γοῦν λήθην τῆς οἰκείας ἐλάμβανεν ἀρετῆς· ἀλλ' ὁμοῦ τι περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀναγγέλη, καὶ οὐδὲ πολλῶν ἐδεήθη λόγων, ἀλλ' εἰς τὴν φανεῖσαν ὄψιν αὐτῷ ἐπὶ πλέον ἀνενεγκὼν, καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων παῤῥησίαν, καὶ τὸν πολὺν ἐκεῖνον ζῆλον ὑπερθαυμάσας, συγγνώμης τι ἀξιοῖ τοὺς ἄνδρας. Καὶ οὐκ ἐγὼ, φησιν, ὑμῖν χαρίζομαι τὴν ζωὴν, ἀλλ' ὃν ὑμεῖς εἰς βοήθειαν ἐκαλέσατε· καὶ ὃς οὐδὲ καθεύδειν εἴα ἡμᾶς, προστατῶν ὑμῶν καὶ κηδόμενος. Ἄπιτε τοιγαροῦν παρ' αὐτὸν, καὶ κειράμενοι τὴν κόμην, τὰ τῆς εὐχαριστίας ἀπόδοτε· ἀπαγγείλατε δὲ καὶ παρ' ἡμῶν· τὸ κελευσθὲν ἰδοὺ πεποίηκα· μὴ ἀπειλῇ μοι. Ταῦτα εἶπε, καὶ χρυσοῦν εὐαγγέλιον, καὶ σκεῦός τι ἕτερον χρυσοῦν, καὶ αὐτὸ λίθων τιμίων συγκείμενον, καὶ κηριόλους δύο χρυσοῦς δίδωσιν αὐτοῖς, ἐντειλάμενος ἀναθεῖναι ταῦτα τῷ ἐν Μύροις ναῷ. Οὕτω καὶ αὐτοὶ, παραδόξου σωτηρίας ἐπιτυχόντες, εὐθὺς ὁδοῦ τε ἥψαντο, καὶ περιχαρεῖς, εἰς τὸν ἅγιον ἥκουσιν, ἄσμενοί τε αὐτὸν εἶδον, καὶ δῆλοι ἦσαν ὑπὸ τῆς ἄγαν ἡδονῆς πρόθυμοι εἶναι, καὶ αὐτὴν προέσθαι τὴν χαρισθεῖσαν αὐτοῖς ζωὴν, ὥστε ἀ-

ξίαν

invidia armat adverſus nos, & condemnamur, proh dolor! uti vides; nec quid aliud, quam nos extrema fore paſſuros expectamus. Quocirca, noſtræ in te benevolentiæ oſtenſio, eo rediit, ut majoris ſupplicii eſſet occaſio: & pro remunerationibus, & gloria, quæ ſperabantur, metus nos teneat mortiſque & damnationis: propter hoc ſolum, ultimum & præclarum quidem facinus, ſed infelix. Quomodo hæc Sol cernere; quomodo ſuſtines cernere hæc Juſtitia!

His animo flexus Cæſar, aperte oſtendit, ſe factæ illius injuriæ pœnitere. Juſtitiam enim timebat Dei, verebaturque fœdare Purpuram, ſi aliis legem ferens, ipſe rationem pro iis redderet, ac judicii ſubirer pœnas. Eos itaque ſtatim benignis oculis intuetur, & alloquitur eos placide. Illis autem ſuis ad dicendum animis excitatis, quum anſa loquendi libere, eis ab Imperatore data fuerat; ſui cordis theſaurum publicarunt, nec ſpem celarunt, magnaque voce clamaverunt: Domine Deus tui Nicolai, qui tres viros aliquando ab iniqua morte ſervaviſti; nos quoque per ipſum, ab hoc periculo eripe imminenti. Sermonem hunc autem arripit Imperator, &, Quis eſt, inquit, hic Nicolaus? & quoſnam ſervavit? dicite. Et Nepotianus quidem illico ſigillatim omnia narrat; Imperator vero, qui & Deum, & ejus famulos prius etiam honore proſequebatur; ne hic quoque ſuæ virtutis oblitus eſt; ſed ſimul ac, de viro illo memoria facta eſt; opus non habuit multis verbis; ſed viſionem, quæ ſibi apparuerat, magis recolens, fiduciamque & loquendi illius libertatem pro iis, qui injuria afficiebantur; acremque ejuſdem zelum ſupra modum admiratus; tribus illis Ducibus donat veniam. Non ego vobis, inquiens, vitam largior; ſed is, quem in auxilium invocaſtis: qui nec nos dormire ſinebat, dum vos acerrime defendebat, & veſtri gerebat curam. Abite igitur ad ipſum, & tonſa coma, agite ei gratias. Et noſtro quoque nomine, ipſi renuntiate: Ecce feci, quod juſſeras: noli mihi amplius comminari. Hæc Imperator dixit; atque aureum Evangelium, & quoddam aliud vas, ex auro gemmiſque conflatum, & cereolos duos aureos eis donat, jubens ea, in Templo, quod eſt Myris, dedicare. Sic illi admirabiliter, & contra opinionem, ſalutem aſſecuti; iter continuo ſunt ingreſſi, & læti veniunt ad Sanctum, lubenteſque eum adſpexerunt. Ac aperte, præ maximo gaudio, oſtendebant, ſe promptiſſimo animo & alacerrimo, vitam eſſe, ſibi donatam profuſuros, ut gratias referrent

ferrent

ferrent illi, qui ipſos tanto affecerat beneficio. Deinde, quæ acceperant dona ab Imperatore, Templo dedicant, offeruntque.

Domine, *Domine, ſimilis quis eſt tibi, qui egenum liberas, e manibus eo potentiorum?* Senſim dicentes, & nec ipſos pauperes, expertes guſtus lætitiæ eſſe ſinentes, ſed eos quoque ſuis bonis impertientes. Sic ergo Deo in operibus ſuum famulum extollente, allata de eo diffuſa fama, in omnem partem pervaſit, & omnia comprehendit; maria transfretabatur, nullumque linquebat locum, ad quem Magni magnarum non perveniſſet auditio gratiarum. Cum itaque aliquando, in magnam tempeſtatem quidam nautæ incidiſsent, ac ſalutem, quæ in eorum manibus erat poſita, deſperaſsent; quoniam Magnum fama acceperant Nicolaum, in iis eſse velox auxilium, quæ præter ſpem & opinionem eveniebant; ad orandum ſe omnes contulerunt, & eum in tempeſtate illa invocantes; manus ad eum, tetenderunt, atque a ſolo ejus auxilio pependere. Ille autem ne parum quidem cunctatus, protinus navem inſilit, & cum ſe manifeſte conſpiciendum illorum oculis præbuiſset; Ecce me, inquit, invocaſtis, & vobis adſum, opem laturus. Deinde juſſis illis, ut animo eſsent bono; in conſpectu omnium ſumit clavum, & ita navem dirigere videbatur: tum etiam mare increpans, fluctus ſedat & turbines, ac mala alia tempeſtatis, eo modo quo antiquitus Dominus noſter Jeſus: & ſic navigationem eis præbuit facilem & tranquillam. Cum autem eos, leni & placido vento vectos, excepit terra; deſcendentes e mari, ad eum accedere contenderunt, qui eos a periculo liberarat: ubi acceperunt, eum: ac in eccleſiam perrexiſse; vadunt ad Templum. Atque ille quidem in cleri partem ſeceſserat, ſtabatq. cum aliis: nautæ vero conjectis in eum oculis; qui prius eis non erat cognitus: ex illa apparitione, quæ facta ipſis in mari fuerat; eum continuo agnoverunt. Proinde ad ejus pedes procidunt accurrentes; & lingua quidem eis ad agendas gratias movebatur: ſimul vero cum ea, animus etiam loquebatur, rerum illarum memor, quas & quomodo paſsus fuerat, liberatus: oculiſque lacrymas emittebant, teſtes eorum, quæ dicebantur. Deinde etiam illis, qui aderant, rei geſtæ ſigillatim narrarunt ſeriem.

Admirabilis autem Nicolaus, haud minus a periculo animas liberandi (quod erat etiam ei majori curæ) quum ex dono Spiritus, facultatem haberet intima cordis perſpiciendi; inſidentem eis vidit improbitatem; quæ procul

ξίαν ἀποδοῦναι τὴν εὐχαριστίαν τῷ οὕτως εὐεργήσαντι. Εἶτα καὶ τὰ τοῦ βασιλέως ἀνατιθοῦσι.

29. Κύριε, Κύριε τίς ὅμοιός σοι, ῥυόμενος πτωχὸν ἐκ χειρὸς στερεωτέρων αὐτοῦ ἠρέμα ὑποφωνοῦντες· μηδὲ αὐτοὺς ἀγεύστους τῆς ἡδονῆς τοὺς πένητας ἀφιέντες· ἀλλὰ καὶ τούτους τοῖς οὖσι δεξιωσάμενος. Ταύτῃ τοιγαροῦν ἐπὶ τῶν ἔργων, τοῦ Θεοῦ τὸν οἰκεῖον θεράποντα μεγαλύνοντος, ὑπόπτερος ἡ περὶ αὐτοῦ φήμη διαρθεῖσα πανταχοῦ τε ἔθνει, πάντα περιελάμβανε· πέλαγός τε διέβαινε, καὶ κατὰ θαλάσσης ἐφέρετο· καὶ οὐδένα τόπον ἀνήκοον τῶν μεγάλων τοῦ ἀνδρὸς χαρίτων ἠφίει. Ναῦται γοῦν ποτὲ κλύδωνι περιπίπτουσι χαλεπῷ· οἱ τῆς ἐν χερσὶν ἀπογνόντες σωτηρίας· ἐπειδὴ δὲ τὸν μέγαν Νικόλαον, ὀξεῖαν ἐπὶ τοῖς παρ' ἐλπίδα, βοήθειαν ὑπὸ τῆς φήμης ἐμεμάθηκον, ὅλοι τῆς δεήσεως τῆς πρὸς αὐτὸν γίνονται, τοῦτόν τε κατὰ τοῦ κλύδωνος ἐκάλουν, καὶ αὐτῷ τὰς χεῖρας ὤρεγον, καὶ μόνης ἐξείχοντο τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας. Καὶ ὃς οὐδὲ βραχὺ μελλήσας, ἐπιπηδᾷ εὐθὺς τῇ νηὶ, καὶ φανερὸς τοῖς ἐκείνων γενόμενος ὀφθαλμοῖς· Ἰδοὺ κεκλήκατέ μοι, φησὶ, καὶ βοηθήσων ὑμῖν πάρειμι. Εἶτα θαῤῥεῖν αὐτοῖς διακελευσάμενος, τοῦ πηδαλίου τε λαμβάνεται ὑπὸ τῇ πάντων ὄψει· καὶ ταύτην τὴν ναῦν ἰθύνειν ἐῴκει· εἶτα τῇ θαλάσσῃ ἐπιτιμήσας, καὶ τὰς τρικυμίας αὐτοῖς, καὶ τοὺς στροβίλους, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐκ τοῦ χειμῶνος κοιμίζει κακά. Ὥσπερ δὲ καὶ ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς τὸ πρότερον, καὶ οὕτως ἥμερον καὶ γαληνὸν αὐτοῖς δίδωσι πλεῖν. Ὡς οὖν πρᾴῳ τῷ πνεύματι φερομένους ἡ χέρσος αὐτοὺς ὑπεδέχετο, τῆς νηὸς ἀποβάντες τὸν διασωσάμενον τοῦ κινδύνου αὐτοὺς ἠπείγοντο φθάσειν· εἶτα μαθόντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐτὸν εἴχεσθαι, ἀπίασι παρὰ τὸν ναόν. Ὁ μὲν οὖν μέρος ἑαυτὸν τοῦ κλήρου ποιήσας, ἱστήκει μετὰ τῶν ἄλλων· οἱ δὲ ὡς ἐπέβαλον αὐτῷ τὰς ὄψεις, μήπω τούτοις γνωσθέντι πρότερον· ἀπὸ γοῦν τῆς ἐν τῷ πελάγει ἐπιφανείας, εἰς ἐκεῖνον εὐθὺς ἀνέφερον, καὶ προσδραμόντες προσπίπτουσιν αὐτοῦ τοῖς ποσί· καὶ ἡ γλῶττα μὲν εἰς εὐχαριστίαν αὐτοῖς ἐκινεῖτο, συνεφθέγγετο δὲ δὲ ταύτῃ, καὶ ἡ ψυχὴ, ὧν τε ἔπαθε, καὶ ὅπως ἐῤῥύσθη μιμνησκομένη, δάκρυά τε διὰ τῶν ὀφθαλμῶν προΐει τῶν λεγομένων μάρτυρας. Εἶτα καὶ τοῖς παροῦσι κατὰ μέρος τὰ τοῦ δράματος διηγοῦντο.

30. Ὁ θαυμαστὸς τοίνυν Νικόλαος κινδύνου, ῥύεσθαι τοῦ τῆς ψυχῆς οὐχ ἧττον εἰδὼς, ὃ καὶ τῆς πλείονος μᾶλλον ἠξίου μερίμνης· ἐπειδὴ διορατικῷ τοῦ πνεύματος χαρίσματι μοχθηρίαν αὐτοῖς ὑποκαθημένην ἑώρα

ρα πόῤῥω Θεοῦ, καὶ τῶν ἐκείνου βάλλουσαν ἐντολῶν· Ἐπιγνῶτε ἑαυτούς, ἔλεγε, παρακαλῶ, τέκνα, ἐπιγνῶτε, καὶ τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ τοῦ νοῦ κινήματά τε καὶ διανοήματα εἰς εὐαρέστησιν ἀπευθύνατε τοῦ Θεοῦ· κἂν γὰρ τοὺς πολλοὺς λανθάνωμεν, καὶ χρηστοὶ δοκῶμεν, ἀλλ' ἐκεῖνόν γε πάντως οὐδὲν λήσεται τῶν ἡμετέρων· ἄνθρωπος μὲν καὶ εἰς πρόσωπον φησί, Θεὸς δὲ εἰς καρδίαν. Ἠκούσατε καὶ τοῦτο τῆς γραφῆς λεγούσης· Μὴ ποιεῖτε κακά, καὶ οὐ μὴ καταλάβῃ ὑμᾶς κακά· μάθετε δὲ μᾶλλον εὐποιεῖν, καὶ τὸν ἁγιασμὸν τοῦ σώματος ὅλῃ προθέσει καταδιώξατε· ναὸς γὰρ ὑμεῖς Θεοῦ· ὃς δὲ φθείρει τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, φθαρεῖ αὐτὸν ὁ Θεός. Παῦλος ταῦτα ὁ θεῖος φησίν· Οὕτω ποιεῖτε, καὶ τὸ λοιπὸν ἕξετε βοηθὸν ἄμαχον τὸν Θεόν. Ἀρκεῖ μοι τὰ εἰρημένα· ἣν οὗτος ἐπλούτει παρὰ Θεοῦ ῥοπὴν ἱκανῶς παραστῆσαι. Ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἡ περὶ αὐτοῦ μνήμη, οὐδ' ἐνταῦθα, στῆσαι τὸν λόγον ἀνέχεται· ἀλλ' εἰ μὴ καὶ τὰ λειπόμενα προσθήσει, ζημίαν τίθεται τὴν μεγίστην. Λόγος γάρ τις ἄνωθεν τοῦ χρόνου καὶ εἰς ἡμᾶς φοιτήσας, τὸν μακάριον τουτονὶ πρεσβυτικὸν μὲν τὸ ἦθος· ἀγγελικὸν δὲ τὴν θέαν· ἁγιασμοῦ δὲ καὶ χάριτος ἀποπνέοντα, θεῖος ὑπογράφει. Προστίθησι δὲ καὶ ταῦτα περὶ αὐτοῦ, ὡς εἴ τις αὐτῷ, καὶ ἐντύχοι, πολλὴ τῷ ὄντι, αὐτίκα καὶ παρὰ μόνης τῆς ἐκείνου θέας, ἐπίδοσις πρὸς τὸ βέλτιον, καὶ μεταβολή τις ἐγένετο, καὶ ἕκαστος δὲ πάθει τινὶ καὶ λύπῃ βαρυνόμενος τὴν ψυχήν· ὡς μόνον αὐτῷ ἀτενίσειεν, ἱκανὴν εὕρισκε τοῦ λυποῦντος παραμυθίαν. Ἐξέῤῥει δὲ καὶ τις ὑπέρφωτος ἀστραπὴ τῆς ἐκείνου θέας, καὶ τὸ πρόσωπον κατέλαμπεν ὑπὲρ τὸ Μωσέως. Εἴ που τοίνυν συμβαίνῃ τῶν ἑτεροδόξων τινὰς αὐτῷ, καθ' ὁδὸν συνελθεῖν· μόνον εἰ τῆς ἐκείνου ἀπολαύσειαν γλώσσης, εὐθὺς ἀπῄεσαν τὴν ἐκπαίδων συνευξηθεῖσαν αὐτοῖς αἵρεσιν ἀποβαλόντες, καὶ τὸν ὀρθὸν τῆς ἀληθείας λόγον ἐνστερνησάμενοι.

31. Ὁ μὲν οὕτω διαβιώσας, καὶ λαμπρῶς κατά γε τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον πολιτευσάμενος, καὶ οἷόν τι μῦρον χαρίεν ὡς ἀληθῶς καὶ προσαγωγὸν ἐν μέσῳ τῇ Μυρέων τοῖς ἄνθεσι τῶν θείων χαρίτων μυρίσας· βαθύτατά τε γηράσας· καὶ πλήρεις ἡμερῶν τῶν τε θείων καὶ τῶν λυομένων γενόμενος· ἐπεὶ καὶ ἄνθρωπον ὄντα τοῦτο ἔδει τῷ καιρῷ νόμου λειτουργῆσαι (1) τῆς φύσεως, νόσῳ περιπίπτει βραχείᾳ. Ἡ δὲ

cul a Deo, & ab illius mandatis removebat. Et, Vos ipſos agnoſcite, filii, dixit, vos agnoſcite, inquam, rogo: & corda veſtra, & mentis veſtræ motus, & cogitationes ad hoc dirigite, ut Deo placeatis. Nam etſi multos lateamus, bonique eſse videamur: at illum quidem, eorum omnino latebit nihil, quæ noſtra ſunt. Nam dictum eſt, homo quidem in faciem, Deus autem ad cor. Hoc quoque Scripturam audiſtis dicere: Mala ne faciatis, nec mala vos comprehendant. Diſcite vero potius benefacere, & ſanctificationem corporis, toto propoſito exercere. Templum enim vos eſtis Dei: qui hoc vero corrumpit Templum; perdet eum Deus. Ita dicit divinus Paulus: Sic facite, & de cætero, Deum habebitis adjutorem. Hæc mihi ſufficiunt, quæ ſunt dicta, ad oſtendendas opes, quibus Nicolaus, a Deo ditatus fuerat. Sed neſcio quomodo ejus mentio, ne hic quidem patitur ſiſtere orationem, ſed niſi ea adjecerit quæ ſuperſunt, damnum maximum eſſe ducit. Quidam enim ſermo, ab antiquis utique temporibus, repetitus ad nos veniens, hunc beatum deſcribit; fuiſſe quidem ſenilem moribus, aſpectu autem angelicum; ſanctificationemque, & divinam ſpirantem gratiam. Porro autem, hoc quoque de eo adjicit, quod ſi in eum quis incidiſſet, ei, qui incidebat, ex ſolo ejus aſpectu, ad id quod eſt melius, magna fiebat acceſſio. Quicumque vero, cujus animus dolore aliquo, perturbationeque premebatur, cum vel ſolum in eum oculos defixiſset; ſatis magnum moleſtiæ ſolatium inveniebat. Ex ejus quoque vultu, fulgor quidam ſupramodum luminoſus emicabat; ejuſque, pluſquam Moſis, faciem illuſtrabat. Si itaque contigiſſet, aliquos ex iis, qui erant diverſæ ſectæ, vel in via cum eo congredi; ſi ſolummodo ſuavem illius linguam ſenſiſſent, ſtatim abibant abjicientes hæreſim, quæ ipſis a pueritia coaluerat; & rectum veritatis verbum, toto pectore admittebant.

Ille ergo, cum ſic vixiſſet, & præclare ex virtutis ratione ſe geſſiſſet, & vere jucundo & ſuavi unguento, mediam Myrenſium civitatem, divinarum, inquam, gratiarum floribus, perſudiſset, & ad ſenectutem profundiſſimam perveniſſet; fuiſset plenus dierum, tam divinarum, quam caducarum: quoniam, cum eſset homo, oportebat, communi naturæ inſervire legi, brevem in mor-

(1) Vidit hic Acta Metaphraſtes: ſed *Metaque fervidis Evitata rotis* ab eo fuit: & cur obitum Nicolai, ex illis non deſcripſit, eſt evidens. Non vidit ibi Conſtantinum; legebat Juſtinianum, Philippum Epiſcopum Phellitarum, & alios, & alia, quæ antiquas, & ſuas fabulas deſtruebant. Ne incideret in foveas, quas fecerat, ſilenter ſaltat: & ex Scylla ſciens prudens, incidit in Charybdim.

morbum incidit: A quo conſumptus;in agendis Deo gratiis, hymniſque, qui in exceſsu dicuntur, ſpe migrationis, jucundiſſime reddebat affectum illum (nam quod aliis permanere in carne votum eſt, hoc Nicolao erat disjungi a corpore) & hinc brevem hanc & caducam reliquit vitam, & ad illam diuturnam tranſiit & beatam, ubi cum Angelis exſultat; & lucem veritatis apertius & purius intuetur. Pretioſum autem ejus corpus, ſanctis Epiſcoporum, totiuſque Cleri manibus; facibuſque & luminibus honoratum; in Templo deponitur, quod eſt Myris. Ubi ad hoc uſque tempus, unguentum profluit;quod ſpiritalibus valetudinibus, & corporeis ſanandis, proficue adhibetur.

Cum autem ex omnibus terræ partibus illuc profluerent, ut participes copioſæ illius gratiæ fierent; quoſdam ex Lyciis (qui procul erant remoti, & iter dierum multorum aberant) ad Sancti monumentum, veniendi vehemens deſiderium invadit, & ſanctificationem participandi. Cum itaque vela in navem immiſiſſent, & in Metropolim eſsent navigaturi; malignum dæmonium (quod Dianæ Templum olim inhabitans, inclytus Nicolaus, Ara humi dejecta; cum multis aliis illinc expulerat) cum navigationem illorum ſenſiſſet; partim quidem in Sanctum concepto odio, quod & Templum ejus evertiſset, & eum illinc exterminaſset, & pro viribus, ſtuderet eum ulciſci,partim vero viros ſanctificatione privare volens, & eorum lædere deſiderium; ſe ſimulans mulierem, ferre vas plenum oleo videbatur, & dicebat, ſe valde quidem, id ferre ad ſancti ſepulchrum cupere; ſed longam navigationem contremiſcere, & vereri. Neque enim, inquiens,fieri poteſt, ut tantæ mulier ſit audaciæ, ut tantum maris audeat navigare. Rogo ergo vos, ut hoc vas accipiatis,& ad Sancti ſepulchrum afferatis, oleumque in ejus lucernam injiciatis. Abominandum dæmonium hæc dicebat, rogabatque, vas illud in manus piorum tradens. Illi autem, ut ſemel dicam, mala quædam inerat operatio, & eo, qui dederat vere digna. Multum precata itaque, perſuadet. Cumque id accepiſsent, primique diei navigatio pe racta eſset; o ſerve fidelis Dei, & periclitantium egregie defenſor Nicolae; opus tuum hoc quoque fuit, quod præter opinionem, & mirabiliter factum eſt. Noctu enim eorum cuidam apparens, jubet vas jacere in profundum.

Illi ergo,cum ſummo mane ſurrexiſsent, ita fecerunt, illudque in mare projecere: ſtatimque flamma in aërem ſublime ſublata eſt, fumuſ-

Ἡ δὲ αὐτῷ εἰς εὐχαριστίας τὰς πρὸς τὸν Θεόν, καὶ ὕμνους ἐξοδίους τε καὶ προπεμπτηρίους ἀνήλατο· καὶ τῇ τῆς ἐνδημίας ἐλπίδι χαριέστατα διετίθη τοῦτον· ὅπερ γὰρ τοῖς ἄλλοις τὸ τῇ σαρκὶ παραμένειν, τοῦτο ἐκείνῳ τὸ διεζευχθῆναι τοῦ σώματος· ἀλλ' ὁ μὲν οὕτω τὸν ἐπίκηρον τουτονὶ καὶ βραχὺν καταλείπει βίον, διαβαίνει τε πρὸς τὴν μακρὰν ἐκείνην καὶ μακαρίαν ζωὴν, καὶ λαμπρότησιν ἀγγέλων συνὼν, καὶ συναγαλλόμενος, τὸ τῆς Τριάδος φέγγος ὁρῶν, τρανώτερόν τε καὶ καθαρώτερον. Τὸ δὲ τούτου σῶμα τὸ τίμιον, χερσὶν ὁσίαις Ἐπισκόπων, καὶ τοῦ κλήρου παντὸς λαμποφορίᾳ τιμώμενον τῷ ἐν Μύροις ἐναπετέθη ναῷ· μῦρον καὶ εἰς τόδε χρόνου προχέον, νόσων ψυχικῶν τε καὶ σωματικῶν ἴαμα.

32. Τῶν γοῦν ἁπανταχόθεν γῆς ἐκεῖ συῤῥεόντων ἀφθόνου μεταλαμβανόντων τῆς χάριτος· πόῤῥω τινὰς τῆς Λυκίων διῳκισμένους, καὶ πολλῶν ἀπέχοντας ἡμερῶν ὁδὸν, πόθος λαμβάνει θερμὸς, τὸ τοῦ ἁγίου μνῆμα καταλαβεῖν, ἀρύσασθαί τε τοῦ μύρου καὶ μεταλαβεῖν τοῦ ἁγιασμοῦ. Καὶ δὴ τὰ ἱστία ἐνθέμενοι τῇ νηῒ, πρὸς τὴν Λυκίαν πλεῖν ἔμελλον· πονηρὸν δὲ δαιμόνιον, ὃ τὸν βωμὸν πάλαι τῆς Ἀρτέμιδος κατοικῶν ἦν, ὃ ὁ πολὺς Νικόλαος ἐκεῖθεν μετὰ τῶν ἄλλων ἀπήλασεν εἰς ἔδαφος τὸν βωμὸν, κατασείσας τὸν πλοῦν ἐκεῖνον αἰσθόμενον, καὶ τοῦτο μὲν μνησικακῶν τῷ ἁγίῳ, τῆς τε τοῦ ναοῦ καταστροφῆς, καὶ τῆς οἰκείας ἐκεῖθεν ὑπερορίας, καὶ ὅση δύναμις ἀμυνεῖσθαι σπουδάζον· τοῦτο δὲ καὶ τοῦ ἁγιασμοῦ τοὺς ἄνδρας ἀποστερῆσαι βουλόμενον, καὶ βλάψαι τὸν πόθον· γυναῖκα ὑποκρινόμενον, ἄγγος τι πλῆρες ἐλαίου βαστάζειν ἐδόκει. Καὶ τοῦτο προμηθεῖσθαι μὲν ἀποφέρειν, ἔλεγε, πρὸς τὸν τοῦ ἁγίου τάφον, δεδοικέναι δὲ τὸ πολὺ τοῦ πλοῦ καὶ τρέμειν· ἀδύνατον γάρ φησι γυναικὶ πρὸς τοσοῦτον ἀποθαῤῥῆσαι πέλαγος. Δέομαι τοιγαροῦν ὑμῶν τὸ ἄγγος ἐκεῖνο λαβόντας, κομίσαι τε παρὰ τὸν τάφον, καὶ βαλεῖν τῷ τοῦ ἁγίου λύχνῳ τὸ ἔλαιον. Τοιαῦτα τὸ βδέλυρον δαιμόνιον ἔλεγέ τε καὶ ἠξίου, καὶ ἄγγος ἐκεῖνο ταῖς χερσὶ πιστεῦον τῶν φιλοθέων· τῷ δὲ ἄρα πονηρά τις ὑπῆρχεν ἐνέργεια καὶ ὅλος ἀξία τοῦ δεδοικότος. Πείθει τοίνυν πολλὰ ἱκετεῦσαν· καὶ λαβόντες αὐτὸ, ἐπειδὴ ὁ τῆς πρώτης ἡμέρας πλοῦς αὐτοῖς ἤνυστο, σὸν ἔργον, ὦ πιστὲ τοῦ Θεοῦ θεράπων, καὶ δεξιὲ τοῖς κινδυνεύουσι παραστάτα· καὶ τοῦτο δὴ τὸ παραδόξως γενόμενον· νύκτωρ γάρ τινι τούτων ἐπιφανεὶς, ῥίπτειν κατὰ τοῦ βυθοῦ τὸ ἄγγος κελεύει.

33. Οἱ δὲ αὐτίκα ὄρθρου διαναστάντες, οὕτως ἐποίουν, καὶ ἀκοντίζουσιν αὐτὸ κατὰ τοῦ πελάγους· καὶ εὐθὺς φλόξ τε μετέωρος πρὸς

τὸν

τὸν ἀστέρα ἤρετο καὶ καπνὸς ἐκεῖθεν καὶ ὀδμαὶ δυσώδεις ἐπέμποντο. Τότε ὕδωρ διέσχε, καὶ κάτωθεν ἀνακοχλάσαν, βρασμώδεις ψόφους ἐποίει, καὶ σπινθῆρες αἱ σταγόνες ἦσαν· ἥ τε ναῦς κλύδωνι τοσούτῳ ἀποληφθεῖσα κατεδύετο ἤδη· καὶ οἱ ἄνδρες τῷ παραλόγῳ τοῦ κινδύνου καταπλαγέντες, ἀπεγνωκότες ἄγελος, εἰς ἀλλήλους ἑώρων, καὶ ὅλως ἐν ἀμηχανίᾳ ἦσαν. Ἀλλ' ἀπόρρωθεν τῆς αὐτοῖς σωτηρίας προνοῶν, καὶ τὸ ἄγγος ἀφεῖναι κατὰ τῆς βυθοῦ κελεύσας, οὗτος αὐτοῖς κἀνταῦθα ἐπιφανεὶς· τοῦ χαλεπωτάτου κλύδωνος ῥᾷστα, καὶ τοῦ κινδύνου ἐξείλετο. Ὁμοῦ τε γὰρ ἡ ναῦς βραχὺ τοῦ τόπου μετέβη, καὶ τοῦ δέους οἱ ἄνδρες ἀφείθησαν· καὶ αὔρα τις περιέπνευσε τούτοις ἡδεῖά τε καὶ εὐώδης· καὶ ἥσθησαν τῇ ὀδμῇ, καὶ τὰς ψυχὰς, ὡς ἥδιστα διετέθησαν.

34. Ταῦτά σοι πρὸς Θεοῦ τὰ γέρα, Νικόλαε· αὗται τῶν πόνων αἱ ἀμοιβαὶ· ταῦτα τῶν ἀσκητικῶν ἀγώνων τὰ ἔπαθλα· τὰ κατὰ τὸν παρόντα, φημὶ, βίον· τὰ γὰρ τοῦ μέλλοντος ἐκεῖνα πάντων εἰσί· τὰ μή τε ὀφθαλμῷ θεατὰ, μήτε εἰσὶς ἀκουστὰ μήτε καρδίᾳ ληπτὰ γενόμενα, ἃ ἑτοιμάσαι τὸν Θεὸν δεδιδάγμεθα τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ἐγὼ δέ σε οὐδὲν ἀκνύσω καὶ λαμπρὸν μάρτυρα καλέσαι, καὶ στεφανίτην ἀναίμακτος, ὅσα γε ἀναφέρειν εἰς προαίρεσιν ἐπιστάμεθα· εὐχῇ μόνῃ τὸ δυσσεβὲς κράτος καταβαλόντα, καὶ καλῶς τῆς ὑπερορίας ἀνακληθέντα, καὶ μετὰ λαμπρῶν τῶν τροπαίων ἐπανελθόντα Χριστιανοῖς, καὶ τὴν προτέραν τιμὴν τῇ δευτέρᾳ διαδεξάμενον. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ, καὶ ἀγαθῷ πνεύματι δόξα πρέπει, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

fumuſque & tetri illinc odores prodierunt. Tunc dehiſcere cœpit aqua, & inferne clangens, terræ motus veluti erumpenris, ſtrepitus edere; & aquæ guttæ erant ſcintillæ, & jam navis, tantis fluctibus intercepta, obruebatur. Viri quoque, tam inopinato prodigio obſtupefacti; ſeſeque invicem triſtes, ac plane deſperanres intuebantur, & ranti mali exirum nullum inveniebant. Sed qui procul, ſalutis eorum gerebat curam, juſseratque, ut projicerent vas in mare; is runc quoque illis apparens; eos a graviſſima tempeſtate, & a marino periculo liberavit. Simul enim ac navis, eſt parum mota ab loco illo; & ſoluti ſunt metu viri; & quædam aura ſuavis & odorifera afflavit eos, & odore ſunt delectati, & eorum animi maxima læritia ſunt affecti.

Atque hæc tibi, o Nicolae, a Deo dona collata ſunt; hæ laborum tuorum remunerationes ſunt, tuorum certaminum, exercitationiſque tuæ ſunt præmia, quæ in præſenti hac vita, fuiſti adeprus. Furura etenim talia ſunt omnino, ut neque oculis cerni poſſint, nec auribus percipi, nec corde comprehendi, quæ Deum didicimus, iis, qui ipſum diligunt, præparaſse. Ego autem nullatenus dubitabo, te & præclarum vocare martyrem, & victorem ſine ſanguine coronatum; quantum ſcire valemus tuum animi inſtitutum. Qui ſola precatione, impiam Potentiam confregiſti, & pulchre ab exſilio revocatus, ad Chriſtianos trophæis ſplendidis rediiſti, & ſecundo priorem honorem recepiſti in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Cum quo Patri ſimul cum Sancto, bono, vivificanteque Spiritu, Gloria, Potentia, Honor, & Adoratio eſt, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

ADMONITIO.

Sat ſcimus, alia Græca, in manuſcriptis antiquis inveniri, quæ de noſtro beato Nicolao agunt: ſed quod Nos iis caremus, cogimur ea omittere, & edenda aliis (ſi placuerit) relaxare. Ejuſmodi nempe ſunt illa, quæ Petrus Lambecius tomo 4. Bibliothecæ Cæſareæ, pag. 66. e vetuſto membranaceo Græco Codice, num. 113. a pag. 291. ad 312., cujuſdam Anonymi refert: cujus initium eſt: *Πάντας μὲν ἁγίους, καὶ Θεοῦ θεράποντας ἐκλεκτοὺς ἐπαινεῖσθαι καὶ τιμᾶσθαι παρὰ πάντων δίκαιον πέφυκε, καὶ τὰς τούτων μνήμας*, &c. Idem eodem tomo 4. pag. 122. ait in pervetuſto membranaceo Græco Cod. num. 150. a pag. 116. ad 124. alterius cujuſdam Anonymi, haberi narrationem aliorum quatuor miraculorum, a S. Nicolao editorum. Cujus Proëmium incipiat: *Οἱ τοῦ μεγάλου καὶ θείου πατρὸς Νικολάου τὰς εὐφημίας ἀναγράφοντες*, &c. Idem Lambecius tomo 5. ejuſdem Bibliothecæ pag. 207. ait in ea adſervari chartaceum Græcum Codicem, num. 267. a pag. 14. ad 20. in qua habetur Oratio in laudem S. Nicolai; ſcripta a Nicolao Cabaſila Archiepiſcopo Theſſalonicenſi, decimoquarto ſeculo. Cujus hoc dat initium: *Ἐπεὶ δὲ πάντα ἀπήντησεν ἡμῖν παρὰ σου, ὦ ποιμένων μέγιστε*, Idem Lambecius tomo 8. pag. 376. teſtatur in eadem Bibliotheca adſervari chartaceum alium Græcum Codicem, num. 36. in quo a pag. 65. ad 75. Anonymus alius S. Nicolai habet vitam, quæ incipiat: *Εὐλογητὸς εἶ Κύριε ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ θαυμαστὰ πέρατα, καὶ ἀόρατα ἔργα ποιῶν*, &c.

Hiſce nos deſtituimur: quæ ſi poſſent haberi; ad criterium eſſent optima. Deſtituimur etiam illa vita, quam Græce haberi in Codice Coiſlinianæ ſuæ (hodie in Regia) teſtatur Cl. Monſauconius; cujus initium eſt diverſum ab omnibus, quæ attulimus. Idem in Palæographia Græca ſub finem, dum habet hiſtoriam Montis Atho, & quas ſanctorum reliquiæ ibi ſerventur; multa habet notanda, quæ ſpectent ad Nicolaum. Eam Leonis Sapientis Imperatoris, quæ incipit: *Ἐπεὶ χαρᾶς θεὸς*, &c. Petrus Poſſinus edidit Græco-Latine anno 1644. ex Codice Caroli de Mongallo, Archiepiſcopi Toloſani. Bibliothecæ Societatis Jeſu, hanc paſſim habent; & proſtat in Caſanatenſi, inter Miſcellanea in 4. num. ..... Poſſinus quoque ait hanc Orationem; eſſe at. ex xxx. quas in S. Nicolai laudem habuit Leo Auguſtus. Cujus multa alia, diverſis initiis, Cl. Fabricius refert, tomo 6. & 7. ſuæ Græcæ Bibliothecæ,

Ubi

Ubi autem huc ventum eſt; antequam omittamus Græca; eſto mihi, in fine hujus primi libri, marmoream illam cudere Græcam Tabulam, (Phrygium veluti ornamentum) quæ nono ſeculo Maſtichepe poſita eſt Nicolao. Hanc e Busbequii autographo affert Gruterus, in ſuo Theſauro Inſcriptionum, pag. 1161. num. 2. Ecce eam, ut jacet:

ΕΚΤΗCΘΙΚΕΗCΘΟΡΗCΘ·ΗΟΝΑΟCΤΩΝΑΓΙ
ΩΝΚΕΕΝΔΟΞΟΝΠΑΤΕΡΟΝΗΜΟΝΝΙΚΟΛΑΟ
ΥΒΑCΙΛΗΟΥΚΕΥΠΑΤΗΟΥΕΠΗΛΕΟΝΤΟCΚΕΑΛ
ΕΞΑΝΔΡΟΥΜΕΓΑΛΟΝΗΜΟΝΒΑCΙΛΕΟΝΚΕΑΥΤΟΚ
ΡΑΤΟΡΟΝΚΕΑΝΤΟΝΗΟΥΑΓΗΟΥΑΤΟΥΠΑΤΡΗ
ΑΡΧΟΥΥΠΕΜΥΤΑΠΗΝΟΥΚΕΑΜΑΡΤΟΛΟΥΓΡΗ
ΓΟΡΑΒΑCΗΛΗΚΟΥCΤΡΑΤΩΡΟCΚΕΔΡΟΥΓΑΡΗΟΥΓΕΓ
ΟΝΟΤΩCΜΗΝΗΩΚΤΟΒΡΗΟΥΔΕΚΑΤΗΗΜΕΡΑΔ
ΕΥΤΕΡΑΕΝΔΗΚΤΗΩΝΟCΠΡΟΤΗCΕΤΟΥCΑΠΟΚΤΗ
CΕΩCΚΟCΜΟΥΕΤΟΥCΕΖΗΕΟCΚΑΚCΤΟΥΚΕΤΕΤΡΑΚ
ΕCΥΠΛΗΑCΤΟΕΚΤΟΥΑΜΗΝ.

Quæ ſic concepta fuiſſe dicit Gruterus:

Erectum & abſolutũ fuit hoc Monaſteriũ ſanctorum & glorioſorum Patrum noſtrorum, Nicolai, Baſilii, & Hypatii, ſub Leone, & Alexandro, magnis noſtris Imperatoribus, & Auguſtis; & ſub Antonio Sanctiſſimo Patriarcha; a me humili, & peccatore Gregora, qui Imperialis Strator fui, & Drungarius; menſe Octobris, die decima, feria ſecunda, Indictionis primæ. Anno ab Orbe condito, ſexmilleſimo, & quadringenteſimo ſexto. Amen.

Ἐκτίσθη καὶ ἰσθρίθην τὸ μοναςήριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων πατέρων ἡμῶν Νικολάου, Βασιλείου καὶ Ὑπατίου ἐπὶ Λέοντος, καὶ Αλεξάνδρου μεγάλων ἡμῶν αὐτοκρατόρων· καὶ Ἀντωνίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου· ὑπ' ἐμοῦ ταπεινοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ Γρηγορα, βασιλικοῦ ςράτωρος καὶ Δρουγγαρίου γεγονότος, μηνὶ Ὀκτοβρίου δεκάτη ἐν ἡμέρα δευτέρα, Ινδικτίωνος πρώτης· ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἔτους (a) ἑξακισχιλιοςοῦ καὶ τετρακοσιοςοῦ ἕκτου. Αμήν.

NOTAE.

(*a*) Hæc abundant, ait Gruterus.

Sed hæc Gruteri lectio (ad exemplar ab eo datum) in uno ac altero ſtare nequit. Legendum enim ὁ ναὸς, non *Monaſterium*: & ναὸς eſt *Eccleſia*. Annus Græcorum 6406. incidit in annum Chriſti 898. cum imperabant Leo & Alexander. Græci namque annos Eccleſiaſticos, ordiuntur ab annis Orbis conditi 5508. a Septembri (apud Latinos vero adhuc erat annus 897. qui verus eſt annus Inſcriptionis in quo prædicta ſumma conficitur, annorum 6406. Neque officit, quod Antonius *Caulæus* (hunc ut ſanctum Græci, Moſchi, & Rutheni colunt) anno 898. ſeu noſtro 897. non erat amplius Patriarcha Conſtantinopolis; quia obierat anno 895. die 12. Februarii. Nam ſub eo forte inchoari potuit ſubſtructio huius Eccleſiæ; & ſic Inſcriptio poteſt verificari. Ea autem Deo dicata fuit, ad nomina ſanctorum Nicolai, Baſilii, & Hypatii a Gregora Stratore & Drungario, decima die Octobris, feria ſecunda, Indictionis primæ, anno ab Orbe condito 6406.

Recte vero, corrupta illa legit Gruterus (in Inſcriptione forſan detrita, vel male deſcripta a Busbequii amanuenſi) Ἑξακισχιλιοςοῦ καὶ τετρακοσιοςοῦ ἕκτου Nam in corrupto, ut puto, erat:
ΕΞΑΚΗCΧΗΛΙΟCΤΟΥΚΕΤΕΤΡΑΚΟCΗΟCΤΟΥ;
Ex quibus male lectis, monſtrum illud eſt natum, quod in Inſcriptione ſupra cernitur. Sic ergo, ſecundum ἔτους non abundat, ut Gruterus cenſet; ſed pars eſt priorum literarum, ἑξακισχιλιοςοῦ. Abundat vero ἐν ad ἡμέρα; quod in Inſcriptione non exſtat, & ſine errore poteſt abeſſe.

SANCTI NICOLAI
EPISCOPI
ACTA OMNIA.
LIBER SECUNDUS.

Poſt Græca omnia Nicolai, quæ attulimus, vel retulimus; oportet Latinos etiam afferre, qui de ejus rebus, & miraculis ſcripſerunt. Et, mirum dictu! inter Latinos nemo eſt, qui Nicolai geſtorum, ante Rabanum Maurum, nono ſeculo Archiepiſcopum Moguntinum, in ſuo Martyrologio meminerit. *Apud plures* enim *antiquos Martyrologos* (inquit macarites P. Sollerius ad Uſuardum) *ut ſunt Hieronymiana, Beda, Florus: in Sacramentariis, aut Kalendariis Romanis; nulla noſtri Sancti; nobis præcipue eſt notandum, memoriam reperiri.* Circumfertur equidem Homilia quædam, ut Venerabilis Bedæ presbyteri, habita in feſto ſancti Nicolai: eaque eſt uſus Cardinalis Urſinus (hinc Benedictus PP. XIII.) in ſanctis propriis Eccleſiæ Beneventanæ, ad diem 19. Februarii, pro tertio nocturno S. Barbati, Epiſcopi ſuæ Eccleſiæ. Sed eā eſſe manus poſterioris (forte Natalis Bedæ, monachi ſeculi duodecimi) recentiores Critici omnes tenent. *Crediderim*, ſubdit Sollerius, *tunc primum Romæ celebrari cœpiſſe, dum breve ſuum Martyrologium concinnavit, Auctor Romani parvi: de eo ſic PRIMUS loquens:*

NICOLAI EPISCOPI MYRORUM LYCIÆ.

Hiſce nihil ſuperaddidit Ado (Archiepiſcopus Viennenſis, in ſuo item Martyrologio) *niſi ſolum præfixum SANCTI titulum.*

SANCTI NICOLAI EPISCOPI MYRORUM LYCIÆ.

ut facile conjicias, nullam ipſi adhuc dum, vitam innotuiſſe.

An quod ejus tempore, nulla in Occidente exſtiterit? Nequaquam opinor: cum in Rabano (cujus Martyrologium, antiquius eſt) longa habeatur narratio de celeberrimo miraculo Nepotiani, Urſi, & Eupoleonis (ſic) *magiſtrorum militum; per Nicolai adhuc viventis apparitionem Conſtantino factam, e carcere ereptorum: quod in textu noſtro, ſuccinctius inſinuavit Uſuardus. Unde videtur poſſe confici, præfatam miraculi hiſtoriam, & Methodio, & Johanne Diacono vetuſtiorem eſſe.*

Ut autem rectiſſime in his ultimis ratiocinatur Sollerius; ita ſupra male *opinatur*, *vitam* S. Nicolai, decurriſſe per occidentem; quod Rabanus, antiquior Authore Romani parvi (quod nec eſt verum, nec ipſe probat) narrationem habeat miraculi de Nepotiani, Urſi, Eupoleonis, vinculis diſſolutis. Hanc enim fabulam, jamdiu tum prodiiſſe, vidimus ſuo loco. *Vitam* autem Nicolai, quæ nondum fuerat ſcripta, multoque minus circumferebatur per Orientem; quid ferimus, per Occidentem circumlatam ante Rabanum? Acta antiqua, quæ dedimus; per ſolemnem improbitatem, arte, & ſummo ſtudio occultabantur: & Methodius ipſe teſtatur, ejus vitam, labore magno conquiſitam, nec inventam; *a ſe primum* Græce fuiſſe ſcriptam. Johannes noſter Diaconus infra oſtendit, *vitam* S. Nicolai, e Methodii Græcis, *ſe primum* Latinis auribus ingeſſiſſe. Hieronymiana proinde, Beda, Florus; Sacramentaria, & kalendaria Romana; idcirco non mutiunt Nicolaum. Hinc pro reliquis ejus geſtis, lectores mittit *ad GRÆCORUM phalerata Commenta*; non vero *ad Latinos* ſuos, qui proſtitiſſent. Viennenſis ergo Ado, idcirco eam non vidit; quia prodierat nondum per Occidentem: & (hic repeto) ne quidem per Orientem. Verum hiſtoria hic opus eſt.

Ab anno Chriſti 787, a temporibus ſcilicet, ſecundæ Nicænæ Synodi; per Latinos, qui ibi adſuerunt; in Italiam, major allata eſt fama, & cultus ſanctiſſimi Nicolai. Hinc ea ſenſim per Occidentem (vehiculo maxime illo ſtupendo, verſi in Latinum Commenti liberationis trium Stratelatarum, diminutioniſque tributi Myræ, per Conſtantinum a Nicolao) per Martyrologos, indubie eſt propagata: & per cultum ejus, vires acquiſivit eundo. Græcus hic pulvis, primum injectus oculis; oculos videntium, incautos, luſcos fecit; & eos nimium fida pietas reddidit obtuſiores. Ante Latinos omnes proinde, Author Martyrologii Romani parvi, de Nicolao, parce, ut nuper viſum, loquutus eſt; & ita pariter Ado. Tum Vandelbertus monachus Prumienſis, unico hoc verſiculo cecinit Nicolaum.

Octavas Idus Nicolaus Epiſcopus ornat.

Poſt eos Rabanus, octavo decurſo ſeculo, plena & indubia fide præſtita his monſtris miraculorum, ſcripſit:

Eodem die Natalis Nicolai Myrenſis Ec-

cleſiæ

cleſiæ Metropolitani Epiſcopi (a). *Qui temporibus Conſtantini Auguſti, cum pagani & hæretici tumultuarent, & Eccleſiam Dei, erroribus ſuis vexarent; adveniens illuc compoſuit errorem, & mitigavit perſecutionem. Erat enim quidam Præſes ibi, nomine Euſtachius, qui per cupiditatem pecuniæ, multos Chriſtianorum læſerat. Nam amplius, quam ducenta pondo argenti, accepturus idem Præſes erat, ut eos perderet. Poſtea vero per invidiam diaboli; non modica facta eſt perſecutio, in civitate a Magiſtro militum Ablabio: qui Imperatori perſuaſit falſis accuſationibus, Sanctos Dei* (b) *in cuſtodiam mitti. Quod cum factum fuiſſet; hoc eſt, ut Nepotianus, Urſus, & Eupoleon, intus in carcerem concluderentur; juſſit eos Imperator, pernoctantes gladio capite truncari. Ipſi autem viri Sancti* (c) *hoc audientes, pulverem capiti ſuo ſparſerunt, & clamaverunt ad Dominum, ut eos adjuvaret, dicentes: Domine Deus Sancti Nicolai, miſerere noſtri; & ſicuti feciſti in tribus viris, qui in Lycia inique, aut injuſte judicati ſunt mori, & ſalvaſti eos; ſic & nos ſalva, ſancte Nicolae ſerve Chriſti. Et ſi longinquus a nobis es; propinquior nobis fiat tua deprecatio atque poſtulatio, ad Dominatorem tuum Deum & Salvatorem, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Intercede pro nobis, ut ſalvi facti ab iniqua & mortifera tempeſtate, digni efficiamur, venire & adorare ſanctiſſima veſtigia tuæ Sanctitatis. Hæc, & his ſimilia, dicente Nepotiano; tunc hi tres, quaſi ex uno ore, ſic vociferati ſunt; orantes. Sanctus vero Nicolaus ipſa nocte, præſens apparuit Imperatori, & dixit ei: Conſtantine Imperator ſurge, & dimitte illos tres viros, quos habes in cuſtodia carceris, Nepotianum, Urſum, & Eupoleonem Magiſtros militum; quia ex ſummiſſione criminati ſunt. Quod ſi non obaudieris me, pugnam tibi excitabo in Duratio; & carnes tuas & interiora, beſtiis tradam voranda; poſtulationem faciens contra te, coram cæleſti Rege, Chriſto. Et dixit Imperator: Quis enim es tu, & quomodo ingreſſus es in meum Palatium? Et dixit Sanctus Dei: Ego ſum Nicolaus peccator, Epiſcopus, qui in Lycia, Metropolim inhabito. Et hæc dicens, abſceſſit. Et iterum in ipſa nocte & hora, ambulavit & apparuit Ablabio Præfecto eadem dicendo: Ablabi, lætus animo & mente ſurge: & dimitte illos viros tres Magiſtros militum, quos habes innocentes, in cuſtodia carceris. Quod ſi nolueris eos dimittere, & non audieris me; poſtulationes adverſus te faciam, coram immortali Rege Chriſto; & in infirmitatem cades; & vermium comeſtione, finieris: & omnis domus tua male peribit. Et dixit ei: Tu autem quis es, & unde huc veniens talia loqueris? Sanctus vero Nicolaus dixit: Ego ſum Nicolaus peccator, ſervus Dei, qui eſt in Myra metropoli. Et hæc dicens, ſimili modo diſceſſit. Evigilans Imperator miſit ad Ablabium, dicens: Vade nuntia Ablavio Præfecto, & dic ei, quæ vidi, & quæ audivi: & intimatis ei omnibus, dimiſit eum. Similiter & Præfectus remiſit eundem præcurſorem, eadem denuncians Imperatori. Et mox præcepit Imperator, præſentari tres viros Magiſtros militum ſibi, coram omni cœtu & generalitate, ſeu Præfecto, convenientibus illuc. Cum interrogaſſet eos de omnibus, & cognoviſſet veritatem viſionis; quod per Sancti Nicolai preces, innocentes cuſtoditi ſunt; dixit ad eos: Hoc autem ſcitote, quod non ego donavi vobis iſtam vitam; ſed quem vos invocati eſtis, Sanctum Nicolaum, ad quem deſtinaſtis. Tondete capillos capitis veſtri, & mutate veſtes veſtras; & gratias referetis ei. Memores eſtote & mei. Deditque eis, ut ferant ſecum vaſa ſancta diverſa: & quidem evangelium totum aureum, & cereola aurea duo, & patenam auream, lapillatim pretioſam, ornatam; & miſit eos Imperator. Qui ambulantes in Lycia Myrenſium metropoleos; adoraverunt S. Nicolaum, & totonderunt capillos capitis ſui, & mutaverunt veſtimenta ſua. Et multum quidem cum lacrymis diſtribuebant pauperibus, de quibus habebant, rebus; quæque auri, & argenti, & veſtimentorum. Per multos autem annos faciebant hæc, glorificantes, & laudantes Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, nunc & ſemper, in ſecula ſeculorum. Amen.*

Et

(a) Dubito autem an hæc omnia e manu ſint Rabani; qui in ſuo Martyrologio hac die, de ſolo S. Nicolao tanta non poterat, nec debebat apponere. Prima equidem ſunt hominis deturbatæ mentis, dum paganorum errorum meminit, & Nicolai mitigatoris perſecutionis, quam in Chriſtianos factam, ait, a Præſide Euſtathio, (idque tempore Conſtantini) & Ablavio Præfecto. Qui hæc primus omnium exſcripſit, & male vertit & intellexit; is pro Rabano non laboravit. Græco-Latine nos ea dedimus, male texta, & pejus excogitata; & per Nicolaum, & in Conſtantinum dicta cum minis, indignis Sancto, & Imperatore, ab homine inſanæ mentis. Fabulæ Stratelatarum, Tributi, & frumentariæ ſubventionis; omnes ſunt a cive Myrenſi. Cujus character eſt, maxima confidentia, projecta audacia, incredibilis imperitia: finis, ut ſuam ditet officinam oblationibus.

(b) (c) Nota lector hos *novos Sanctos: Nepotianum, &c.*

Et eadem hinc ſuccinctius, in ſuo Martyrologio, Monachus Uſuardus, hiſce verbis repetiit:

VIII. Idus Decembris.

Natalis Beati Nicolai Epiſcopi Myrorum Lyciæ. De quo, inter plura miraculorum inſignia, illud memorabile fertur; quod Imperatorem Conſtantinum, ab interitu quorundam, longe conſtitutus, ad miſericordiam; & monitis per viſum deflexit, & minis. In Africa, ſanctarum Dionyſiæ, Dativæ, &c.

In quo, cum audis, *inter plura miraculorum inſignia*; ne putes, *vitam & alia* Nicolai, ſed Commenta illa cogita jam vulgata, *de tributo repreſſo*, & *de frumento* Myrenſibus fame confectis *procurato*: ac de *miraculis aliis minoris pretii*, quæ Thaumaturgo adſcribebantur, per Orientem. De *tribus* namque *puellis miſeris*, ut a *S. Nicolao, occulte dotatis*, cave cogites. Hoc enim magnum caritatis elogium, a nemine ante Methodium, ſcriptum reperitur. Hic enim omnium primus, Græce illud deſcripſit: & hinc ex eo Metaphraſtes. Ante quem, ex Methodio item, Latinis auribus, Johannes noſter Diaconus invexit. Hinc nemo, qui ſcripſit de Nicolao, hanc omiſit peculiarem narrationem. Et mihi indubium eſt, ſi ea Rabani, aut Uſuardi temporibus, per Latinam Eccleſiam decurriſſet; ipſum hi potius prodigium tradidiſſent, quam miraculum trium Ducum: vel utrumque (alterum altero mirabilius) pariter retuliſſent. Reapſe ſequentes Græci & Latini, prolixe eorum neutrum omiſerunt.

Verum enim vero, *Vita ejus PRIUS a Methodio Patriarcha Conſtantinopolis Græce* (loquor Sollerii verbis) *ex hac a Johanne Diacono, Latine, ſeculo primum nono compoſita (atque adeo TOTIS FERME QUINQUE SECULIS, (a) SANCTO IPSO POSTERIOR; SUFFICIENS NON VIDETUR, UT VERIS NICOLAI CULTORIBUS; ANTIQUORUM ACTORUM DESIDERIUM ADIMERE VALEAT*. Multo minus hodie ſufficiens videbitur, Methodii illa vita (quam opponit Antiquis Actis) poſtquam ſumma felicitate noſtrorum temporum; ex tam authentico Codice, & ex Vaticana Bibliotheca eruderavimus, protulimus atque edidimus *Acta antiqua*; tamdiu fruſtra quæſita, & deſiderata. Ob quæ, *veri Nicolai cultores*, quin ipſe Nicolaus veritatis amator, & oſor inanis & vanæ gloriæ; gaudebunt maxime: ſoli vero ejus falſi cultores oderint. Qui veritatem in ſuo Throno repoſitam fulgere, moleſte ferant; & ex eo deturbatas, detectas, vetuſtiſſimas (ac idcirco tantum, venerabiles) ſuas fabulas.

Aſt age modo, demus jam Johannem noſtrum Diaconum (Neapolitanum utique, non Romanum) qui ante Metaphraſtem quidem ſcripſit: verum nos, ne Græca a Græcis divideremus; huc eum ſepoſuimus; ut poſt Martyrologos, hic daremus (qui de Nicolai rebus & vita ſcripſerit) Vexilliferum Latinorum: ut Methodius (ſcilicet Michael Archimandrita) Vexillifer eſt Græcorum.

(a) Sollerius opinabatur, Nicolaum ſub Conſtantino Magno floruiſſe.

EX CODICE MEMBRANACEO VATICANO (olim Reginæ Sueciæ)

inter Latinos num. 5696. & ex Codice Membranaceo ArchivI Bibliothecæ Neapoli, Domus Ampliſſimæ Theatinæ SS. Apoſtolorum: in folio, recentiori litera Longobardica, tomo tertio.

VITA SANCTI NICOLAI EPISCOPI, ET CONFESSORIS,

Ex B. Methodio, per Johannem Diaconum Eccleſiæ ſancti Januarii (a).

✠ I. SIcut omnis materies (b), ſi ab imperito artifice conſtructa fuerit; non ſolum deformitatis, verum etiam & ruinæ damna patitur; ita ſcripturarum ſeries, ſi a viro indocto, promptula verboſitate, ordinata fuerit; non a venuſti tantum ſermonis facundia, ſed etiam ab intellectus corruet altitudine. Quod ego Johannes indignus Diaconus, ſervus S. Januarii; multum devitans; tibi me ſæpius roganti, frater

NOTAE.

(a) Eam ſine Præfatione, primum edidit Boninus Mombritius, Mediolanenſis, tomo 2. a pag. 262. & hinc Aloyſius Lipomanus Epiſcopus Veronenſis, in ſuis SS. vitis, ſexta Decembris die.

(b) Codex Vaticanus ante hæc habet: *Incipit Prologus*. Hanc autem vitam, Eccleſia Neapolitana diviſit in lectiones, ad uſum feſti S. Nicolai, ejuſque octavæ: Lectiones vero, 2. 4. 7. & 9. Diaconus noſter ſumpſit, ex Methodii Capitibus 2. 3. 4. &c.

ter Athanaſi, (*a*) ruſticitatis obſtaculum opponebam. Sed cum mihi crebris in precibus, illud Apoſtolicum ingereres: Caritas omnia vincit: tandem aliquando, aſſenſum præbui, ut propter devotionem, quam te erga ſanctiſſimum Dei famulum Nicolaum, a progenitoribus habere gaudebas; nativitatem, & vitam, atque miracula, quæ per eum Dominus geſſit, Latinis explicarem auribus atque ſermonibus. Verum, quia ſcio, me penes literatiſſimos magiſtros, inefficacis eſſe ſermonis; ideo deprecor omnes, qui hujus operis ſtudioſi lectores acceſſerint, ut non facillimam prorumpant in clamationem; & me indoctum, neque judicare inertem incipiant. Dent, rogo, veniam ætati, dent & naturæ. Etenim vero, quintum percurrens luſtrum; natura fragilior, plus diſcere, quam ſcribere aliquid appetebam. Sane ortum Sancti hujus, & vitam; ex Laude, quam Methodius Patriarcha, Argolico ſtylo, cuidam Primicerio, Theodoro nomine, ſe roganti, de eo eſt proſecutus; ſummatim breviterque ſtuduimus carpere. Cætera quoque miracula ejus, (*b*) ex aliis Doctoribus ſumentes; magis ſenſum, quam verba protulimus: [Si cui forte diſplicet hæc noſtra brevis narratio, mittimus eum ad Græcorum phalerata commenta, (*c*) quæ tanto de eo largius dixerunt; quanto illi & genere, & ſermone congruunt:] (*d*) EXCESSUM VERO EJUS, QUALITER A SECULO ABIERIT, IDEO NON SCRIPSIMUS, QUIA NUSQUAM ILLUM INVENIRE POTUIMUS. Sed cur ejus finis obſtinatius inquiritur? Cum tantæ virtutum operationes, indicent, eum poſt vincula carnis; poſtque luteam domum, liberum volaſſe ad æther; & in Sede cœleſti, cum Chriſto triumphare perenniter? His ita præmiſſis, rogamus te, *monacbe Dei*, *cunctam poſtulare Congregationem*, ut fuſis precibus, pariter obtineatis a Domino; quatenus mihi imperito, ſcribendi tribuat facultatem. Quia cum voluerit, non tantum linguas infantium facit diſertas, ſed & brutorum animalium; ac reſolvit in verba loquentem. Tu deinde, frater mi, ſpecialiter hujus Sancti patrocinium, pro nobis non deſiſtes; ut ea quæ de illo ſcribere præſumimus, non humano, ſed divino ſint approbata judicio. Et ſicut multos, ex ejus protectione gaviſos legimus; ita nos meritis illius, ex antiquo hoſte ereptos, & ab inimicis tutos eſſe lætemur. (*e*)

✠ II. Nicolaus itaque ex illuſtri proſapia ortus, civis fuit Pataræ urbis; quæ una ex nobiliſſimis Lyciæ Provinciæ civitatibus; tanto quondam famoſiſſima rutilabat, quantum populoſa frequentabatur. Modo peccatis exigentibus, parviſſimi ad inſtar redacta oppidi, raro incolitur habitatore. De qua, quia ſe occaſio præbuit; licet in exordio videamur facere digreſſionem; tamen, quia multis remur illud profuturum, [aliquid magni prodigii,] (ſicut per ſucceſſionis ſeriem, fama uſque ad nos manabat) ad poſteros tranſmittere curamus. Eſt enim penes urbem eandem, quidam locus campeſtris, qui ita totus creberrimis rimis, ſicut vetus diſcinditur (*f*) veſtimentum: Et ex hiulcis meatibus, per diem fumum emittit teterrimum; per noctem vero, quaſi ferrarii fornax, ignivomam vaporat flammam: Cujus natura dicitur eſſe, ut ſi quislibet, experientiæ cauſa, manus propius adhibuerit; ardorem quidem ſentit, ſed nullam patitur aduſtionem. O mira Domini pietas, mira clementia! qui cum ſit Omnipotens, cui nemo audet dicere, cur ita facis? non ſtatim ſceleſtos percutit, nec perdit in crimine; ſed nunc paterno blanditur affectu,

NOTAE.

(a) Quo ſit innixus fundamento Baronius, in notis ſuis, ad diem 6. Decembris; qui Romanum Diaconum, noſtrum Johannem dixit, ignoro plane: ruinoſum certe illud fuit & falſum. Neapolitanus is fuit, & Diaconus *Diaconiæ S. Januarii* Epiſcopi, & Martyris: quæ vel modo exſtat Neapoli in via Bibliopolarum: hujuſque *monachi* precibus ſe ſcripſiſſe fatetur. Inferius *monachum Dei* ipſum dicit, ejuſque *Congregationis* meminit; in illis verbis: *Rogamus te, monache Dei, cunctam poſtulare Congregationem, ut fuſis precibus, &c.* Cui Monaſterium, nuper S. Athanaſius Neapolitanus Epiſcopus, ante an. 877. conſtruxerat, & ſub Abbatis obedientia poſuerat. Hi primum fuere Baſiliani, hinc Benedictini, ad Cœmeterium extra mœnia. Modo puellæ periclitantes, ſenes & pauperes invalidi ibi aluntur.

(*b*) Cætera miracula, ex aliis Doctoribus ſumpſiſſe Johannem Diaconum, non eſt verum. Additamentum hoc eſt poſterius, ejus qui hanc vitam digeſſit in lectiones.

(*c*) Ad Græcos autem authores, ſuum Johannes lectorem remittit, qui fuſiora optet de Nicolao cognoſcere. Nemo enim hactenus Latinorum, Sancti vitam & miracula ſcripſerat Nicolai. Ipſe ergo Johannes Neapoli, primus omnium Latinorum, hoc eſt aggreſſus, ad preces monachi Athanaſii; etſi puer; deciduo nono ſeculo: poſt Græca Methodii, annos circiter quinquaginta.

(*d*) In Lipomanno ſemper deſunt, quæ hic, & inferius, edimus uncinata. ſic [ ]

(*e*) Codex Vaticanus hic habet: *Explicit Prologus. Incipit vita ejus.*

(*f*) In Vaticano Cod. lego *ſcinditur.*

nunc tyrannicas intonat minas; crebro etiam & claris exterritat ſignis; ut tandem de male factis pœniteat, ne juſto judicio dignas perſolvat vindictas. Sic, ſic quondam filiis Dei cum filiabus hominum, contra ejus voluntatem, coëuntibus; juſſit Noë arcam conſtruere: cujus ſaltem formidine territi; ab injuſta deſiſterent copulatione. Sed quia nullo modo ſe coërcuerunt; vindice aqua totus periit mundus. Gomorrhæos nimirum & Sodomitas, tanta ſuſtinuit patientia, ut deſcendere & videre dignaretur, utrum opere, an ſecus, compleverint actiones. Cui Abraham obvians, amica exegit collocutione, ut pro decem juſtis, non perderet univerſos. Quid ergo? Numquid Veritas feſellit Abraham? Abſit. Sed nullo ibi, niſi Loth, reperto juſto; & hoc ipſo de medio eorum ablato; cæteros in ſulphuris judicavit examine. Et merito, ut qui putorem ſuæ actionis longe lateque diſperſerant, congruo demolirentur fœtore. Ecce nunc, & infelices accolæ civitatis prædictæ, quia omnem perſecuti ſunt luxuriam, omnibuſque ſubdiderunt illecebris; ad emendationem, miſericorditer, ſignum tremendæ vindictæ acceperunt. De quibus datur intelligi, quod ſi ulla ſe pœnitudine redarguiſſent; nequaquam horribili plecterentur exterminio. Heu, heu peſtis iniqua! Tales ſunt tuæ retributiones; talia tua dona; ut quos malis illicis, male & perire facias. Veniet, veniet, crede mihi, dies illa, quando & tu, & tuus Auctor diabolus, æterno damnabitur incendio. Cujus ſimilitudinem, ignis præfatæ urbis habet; qui ardet, & non penitus exurit. Hæc compendioſe digeſſiſſe, nulli ſit oneroſum. Nunc ad ea, quæ de Sancto inchoavimus, accingamur.

✠ III. Præfata ergo urbe, adhuc multa plebium generoſitate referta; parentes ejus inter catervas potentum, quanta honorificentia celebrabantur; tanto ſupernæ Patriæ accenſis deſideriis, magis cœleſtis, quam terrenæ dignitatis gloriam appetebant. Re vera enim cum eſſent nimium locupletati; nullius honoris inſignia, nulliuſque ſummæ diſponere moderamina voluerunt: ſed omni ſtudio, continentium ſe lege vincientes, cælibem vitam actitare ſatagebant. Et mirum in modum, cum in primævo juventutis flore hunc ſolum genuiſſent filium, cunctis ſe voluptatibus abdicarunt. Et inter ſuas preces, quas frequenter in Domini Templo fundebant; hunc ſolum ſuperſtitem, hunc non tantum divitiarum, quantum & morum flagitabant heredem. Horum vota Deus ex alto proſpiciens; haud petitioni eorum deſuit. Nimirum, qualis futurus eſſet puer, in ipſo, ut ita dicam, primordio nativitatis ejus, monſtrare dignatus eſt. Ipſe (*a*) autem, cum matris adhuc lacte aleretur, cœpit bino in hebdomade die [quarta ſcilicet & ſexta (*b*) feria], ſemel bibere mammas: & hac vice contentus, tota die ſic permanebat. Quis, Rex immenſe Deus; quis unquam mortalium ex Omnipotentatus tui operibus, audet diſputare? Quis non contremiſcit tuam magnificentiam, qui vocas ea quæ non ſunt, tamque ea quæ ſunt? Ecce novi Zachariæ vatis, ecce alterius Eliſabeth filium. Ille teneris in membris, immo in utero, Spiritu Sancto repletus eſt: hic faſcia involutus, quibus valebat impenſis, ejuſdem Spiritus Sancti Templum ædificabat. Ille de anu parente, Chriſtum indice prodit; hic de juvene matre, Chriſtum ab infantia eſt ſecutus. Abſit enim, ut nos, umquam ineffabilis meriti ſit apud Deum iſte Sanctus, beato illum æquiparemus Johanni: cum Dominus dicat: Inter natos mulierum, non ſurrexit major Johanne Baptiſta: ſed, ut fragiles in quantum poſſumus, & quibus poſſumus verbis, laudamus magnalia Dei. Quis enim audiat puerulum ſemel in die, & non amplius, papillas bibere matris, & facile credit? Quis non obſtupeſcit, tanto perculſus auditu? Sed ſi Dominum in Evangelio dicentem attendimus: Pater meus uſque modo operatur, & ego operor; omnis abſcedit incredulitas, omniſque ſopitur intentio.

✠ IV. Puerilibus igitur annis, ut Patriarcha Jacob, ſimpliciter domi tranſactis; cœpit bonæ indolis adoleſcens eſſe; & non (ſicut illa ætas adſolet) laſciviam complexus eſt mundi; ſed nunc parentum comitatus veſtigiis; nunc ſolum Eccleſiarum terebat limina: & quod ibi de Scripturis, patulo advertebat auditu; non immemor, armariolo condebat pectoris. Ubi autem utroque parente orbatus eſt; ſæpius illud Evangelicum, ante ſuæ mentis ducebat oculos: Niſi quis renunciaverit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Et cum anhelaret ad perficiendum, quod pio vertebat in pectore: juvenilem formido cœpit titillare mentem, ne favoralis percelleret aura, quidquid pro Chriſto facere diſponebat. Hoc ſecum: ad Deum vero, cunctum deſiderii ſui pandens velamen; deprecabatur, ut ille, qui habet omnem ſcientiam, inſpirare dignetur ei; quatenus de tantis ſibi relictis opibus, ſic ordinaret, ut

(*a*) Vatic. Enim vero.

(*b*) In Cod. Vat. ſignata deſunt.

ut muta laude humana, conſpectui placeret divino. Talia eo cogitante, accidit, ut quidam convicaneus ejus, nimium locuples; ad tantam deveniret inopiam, quod nec etiam neceſſaria vitæ haberet. Quid plura? Ingruente inedia, tres virgines, quas habebat filias (quarum nuptias, etiam ignobiles ſpernebant viri) fornicari conſtituit; ut earum ſaltem infami commercio, inſelicem ageret vitam. Proh pudor! extemplo Fama mali tanti (*a*) (qua non velocius ullum, Mobilitate viget) totam percurrit urbem, & multiplici populum ſermone replevit. Quod, ubi Sanctus comperit, condoluit miſerrimo homini, atque virginnm execrans ſtuprum; decrevit omnino, ex ſuis abundantiis, eorum ſupplere inopiam; ne puellæ nobilibus ortæ natalibus, lupanaris macularentur infamia. Sed cum nollet alium ſui facti, niſi Chriſtum habere contemplatorem; cœpit explorare temporum vices, quo id ſic operaretur: etiam ut eos lateret, quibus fiebat. Eja nunc famule Dei; exime pauperiem patris, exime filiarum ſcortum. Tellus tuæ mentis, hactenus Sancto exculta vomere; duplum ſubito prorumpat in fructum; ut ex uno, famelici ſatietur ingluvies; & ex alio, virginum redimatur inceſtus. Non occultes ſerentis Chriſti fruges, quæ carent Zizania. Aperi theſaurum tuum, ubi pietatis gaza reſultat: nec paveas adulationis fomitem; quia non exurit flamma vitiorum divitias, quas approbat Chriſtus. Non timet illa ædificatio ignem æternum, quæ fabricatur opifici ſummo. Rumpe morulas omnes: opus perfice bonum; ut videant, immo ſentiant homines, & glorificent Patrem tuum, qui in Cœlis eſt.

✠ V. Nactus ergo cujuſdam noctis horam; ſumens non modicum ille auri, liganſque in panno; perrexit ad domum viri; quam undique circumſpiciens; per feneſtram, quæ competens videbatur, clam intro projecit, clamque diſceſſit. O pueri Jacob ſtropham! Ille commentus eſt, qualiter Laban, mercedem non amitteret; hic autem, ut cœleſtibus, non privaretur commodis. Ille in canalibus decorticatas ponebat virgas, ut varia quæque conciperet: hi, ut Elyſii varia oblectamenta valeret adipiſci; ædis intra clauſtra, ligatum projecit obrizum. Hic eſt magiſter bone, tuus non ſurdus auditor; qui juſſis obtemperans tuis, duo implevit præcepta: & miſeratus eſt hominem mendicum; & opus ſic peregit, dexteræ, ut ignoraret ſiniſtra. Mane itaque facto, cum ſurrexiſſet homo, aurumque reperiſſet; ille diriguit primum: ac tunc quanto geſtivit gaudio, quantaſque Deo gratias egit; ſi quis velit, ex obortis ejus lacrymis, quas magnitudo lætitiæ fuderat, advertere poteſt. Tandem aliquantiſper ſciſcitandus eſt vir iſte, de inopinata ſua exſultatione: Dic age, rogo, te homo, cur tanto exſultas tripudio? hactenus enim lugubrem tuum vultum oſtendebas: nunc te hilarem cerno. Bene, inquiens, lætari me vides; quia Dominus clemens, neſcio per quem, præſtitit vitæ meæ ſubſidium; quo carere queam, infamia, quam incurrebam invitus. Cui ergo adſcribis impenſam tibi benignitatem? Forſitan fidei tuæ? Prorſus illi. O temeraria lingua viri! Ante paululum, tantæ te oſtendiſti infidelitatis; ut tentatus, non gratias ageres, ſed proſtituere decerneres Templum Spiritus Sancti; & nunc te adſtruis dignum hoc fuiſſe? Quale, inquis, Templum dicis? Vis noſſe quale? Audi vas electionis, quam clare commendet illud: Omnis, inquit, qui caſte vivit, Templum eſt Dei, & Spiritus Sancti ſedes. Si ita eſt, immo quia ita eſt; Quamobrem, tu filias tuas fornicari mandabas? [Quia inedia opprimebar.] Et cur non laborabas manibus propriis? ſicut Apoſtoli fecerunt? Qui non tantum pro ſe; ſed etiam ut haberent, unde tribuerent; neceſſitatem patienti, laboraſſe comprobantur. Nobilitas mea renuebat quodlibet opus patrare. Inſelix, ſi te illuſtrem conſiderabas; cur puellas ex te genitas, pompoſo lenonum miniſterio, ignobilitari malebas? Diſce ergo miſer, diſce; non tribuere fidei tuæ: quæ ſententiam meruit Apoſtoli dicentis: Qui Templum Dei violaverit; diſperdet illum Dominus. Sed largæ Dei clementiæ, qui non eſt paſſus, diu contegi famuli ſui lucernam ſub modio; ne lux lateret in tenebris, ſed ut poſita ſuper candelabrum, luceret omnibus, qui ſunt in domo Domini. Tu tantum revoca tuas filias: eſto pronubus copulæ juſtæ, non leno commixtionis injuſtæ. Trade maritis quas proſternebas fornicatoribus. Lætentur conjugio juſto, non deformentur concubitu injuſto. Præſto eſt, crede mihi, qui tibi dotem miniſtret; ut omnes connubio ſtabili jungere poſſis. (*b*)

✠ VI. Celebratis igitur, ex more, primogenitæ ſuæ nuptiis; cœpit homo diligenter inquirere, quis eſſet homo ille, qui inopiæ ejus tantam præſtitiſſet humanitatem. Cumque diu talia moliretur; Nicolaus Jeſu Chriſti famulus, [haud multo poſt,] tropo, quo

prius,

(*a*) Vatic. *veſtigia.* (*b*) Deerat fabulæ, hæc Johannis, veluti per Angelum, promiſſio certa dotium.

prius, ſimile peregit opus. O virum omni imbutum peritia, omnique inſtructum ſcientia! qui ut ſe utrumque Teſtamentum ſuſcipere profiteretur, non eſt contentus lege literæ; ſed adnectit Evangelicam gratiam: quatenus duobus fluminibus, uno ex meatu profluentibus, arentis Fidei hortulum bene irrigaret; ne ultra ſentes, pietatis inciſæ; lolio infandæ juſſionis, lætam valerent atterere frugem. Ubi vero terris, eſt reddita dies, & homo proſilivit de ſtrato ſuo; invenitque fulvi pondus metalli, prioris æquale; tanto exſultavit gaudio, ut etſi Homeri, ſeu Maronis adeſſet facunda loquacitas; in tantarum magnitudine laudum exprimenda, ſuccubuiſſet. Sed nos nonnulla orationis ejus proſequentes; cætera ſagaci lectori, melius ſub ſilentio ad intelligendum relinquere, quam indagare eligimus. Oravit autem ſic: Domine, Domine, abſque cujus nutu, nec paſſer ad terram, nec folium cadit arboris; deprecor clementiam tuam, ut tu qui omnia noſti; oſtendere digneris mihi peccatori, quis ſit ille, qui tanta bona erga me exhibere non deſinit. Hoc autem, Domine, ideo peto, non ut temerario auſu, pollutis contingere quæram manibus; ſed ut ſciam famulum tuum, qui inter homines degens, angelicam habet converſationem: & magnificem nomen tuum benedictum in ſecula. Talibus oravit dictis, talibuſque ſe hortabatur ſermonibus; Auſero certe ſomnum ab oculis meis: excubabo ſollicitus, vigilans pernoctabo: forſitan oſtendet mihi Dominus ſervum ſuum. Dixit, & dictum cœpit, opere exercere. Interea paucis admodum evolutis diebus, ecce cultor Trinitatis, advenit Nicolaus; & iteratæ vicis factum, trino ſupplere cupiens numero; æquale duorum, jactavit talentum. Cujus ſonitu excitatus homo; ſtatim egreſſus; jam vadentem, jamque fugientem, tali ſubſequebatur voce: Siſte gradum, teque ab aſpectu, ne ſubtrahe noſtro Olim te videre deſideravi, olim te concupivi cernere. Sic fatus, ocior advolat; ſpatioque correpto, Nicolaum cognovit, per umbras. Mox humi proſtratus, oſculari ſatagebat pedes ejus. Quod ſanctus, pio ut erat pectore, prohibuit fieri. Sed breviter allocutus, exegit ab eo, ne cuiquam, uſque dum vitales carperet auras; Nicolaum hujus rei indicaret auctorem. Felix felicem imitatus eſt magiſtrum, qui non ſolum homines, ſed etiam dæmones comprimebat, ne famam ejus ſererent in populo. Ille enim, ne veris falſa miſcerent; ipſe autem, ne quolibet extolleretur rumuſculo, interdixit hominem ut nullo modo panderetur nomen ejus. Hic omnibus votis colendus, omnibuſque eſt præconiis extollendus, qui ſciens duobus non poſſe placere Dominis, unum elegit; cujus onus leve eſt; cujus jugum ferre ſuave eſt; cui tota devotione colla ſubmittens; ponderoſam ſarcinam mundi, cum oblectatione ſua projecit. Noluit enim quamcumque ſeculi captare famam, ne Sanctorum contubernio privaretur. Committebat ſe Deo aſſidue; qui diſpenſat & ordinat omnia, quando vult, & quomodo vult.

✠ VII. His ita tranſactis, Myrea metropolis civitas orbata eſt ſuo Antiſtite. Cujus obitum non mediocriter, adjacentium Parochiarum condolentes Epiſcopi (fuerat enim bene religioſus) convenerunt in unum, cum Clericis cunctis, ut Jeſu annuente Domino, providerent illi Eccleſiæ, ſecundum ſcita Canonum, idoneum Præſulem. Concione itaque facta, intererat quidam [Pontifex] magnæ auctoritatis, ad cujus intuitum, omnium pendebat ſententia; ut quem ille virum proderet; hunc procul dubio eligerent univerſi. Hic ergo per omnia ſequens Apoſtolorum exempla (*a*), cunctos jejuniis, & devotiſſimis precibus, hortatus eſt inſiſtere: quatenus ille, qui Matthiam indidit, numerum ſupplere Apoſtolicum; ipſe ſolita clementia pandere dignaretur, quem vellet fungi tanto Sacerdotio. Tunc omnes, quaſi cœleſti commoventur oraculo, ſic converſi ad Dominum flagitabant ex intimis; ut Paſtor æternus, utillimum (ſic) ſuarum ovium [Paſtorem] oſtendere dignaretur. Illis quippe, ſumma cum devotione orantibus, vocem de Cœlo audivit, dicentem ſibi prædictus Pontifex; ut egrediens ante portas Eccleſiæ ſtaret, & quem primum hora matutina venire conſpiceret, ipſum conſecrarent Antiſtitem: adjungens etiam, quod Nicolaus vocitaretur. Tum Præſul ille, cæteris Coëpiſcopis hanc inſinuans revelationem (*b*), adjecit: Vobis in oratione perſiſtentibus; ego forinſecus excubabo. Credo enim quod non privemur promiſſo Dei. Sic ait, & valvas Baſilicæ ſancta calliditate obſervabat: cum mirum in modum, matutinali hora, quaſi a Deo miſſus; ante omnes ſe agebat Nicolaus. Cumque ad Eccleſiæ januam appropinquaſſet; injecta manu eum apprehendit Epiſcopus; blanditerque ſciſcitatus eſt, dicens: Quale nomen habes? Ille columbina, ut erat, ſimplicitate; inclinato capite: Nicolaus inquit, ſervus veſtræ ſanctitatis. Cui

pro-

(*a*) Vatic. *veſtigia.* (*b*) *Hanc inſinuationem, dixi periculoſam, ut quæ locum fraudibus præbuiſſet.*

protinùs Præſul, palmis innexis, ait: Fili veni mecum: eſt enim aliquod ſecreti, quod tuæ indoli ferre debeam. Mox introgreſsus: & Fratres (proclamavit) vere ait Dominus: Quodcumque petieritis in nomine meo, credite, quia accipietis, & fiet vobis. En, inquam, quod petivimus, accepimus. En adeſt, de quo veſtra flagitavit caritas. Quo viſo, ingentem omnes tulere clamorem, ad ſidera; & certatim Salvatoris laudabant magnalia. Epiſcopi lætabantur præ collega cœlitus ſibi collato: clerici alludebant, ſicut bonæ pecudes. Quid multis moror? Ipſe licet plurimum renitens obſtiterit, plurimumque repugnaverit: inthronizatus illico; ſicut mos exigebat Regionis illius; Pontificalem accepit Inſulam. Mira prorſus, mira & ſtupenda ſunt, quæ narrantur; & ſi fas eſt; antiquis per omnia, comparanda. Quondam enim Samueli Prophetæ, Sanctus præcepit Spiritus, ut ad domum Iſai pergeret; unumque ex ejus filiis, placitum Regem Domino, inungeret. Modo autem, ipſi Epiſcopo, ex intimo precanti affectu, vox de cœlo juſſit; ut coram Templi foribus excubaret: quatenus ibidem dignum Deo, & Eccleſiæ ſanctæ proficuum reperiret Antiſtitem. Illi, quamquam Videnti, locus tantum, non Regis nomen prædicitur: huic & locus, & nomen Præſulis declaratur. Ille caput Regium, cornu roboravit olei; iſte ſuper caput Nicolai, virtutem invocavit Sancti Spiritus. Sed tamen & Rex, & Præſul, uterque electus a Domino. Unde nos minime irridendi ſumus, qui magnis auſi ſumus componere parva. Hinc jam ad ea, quæ in Epiſcopatu geſſit, opitulante Domino, vertamus ſtylum. Sed quia non opis eſt noſtræ, cuncta ex amuſſi digerere, obnixius petimus; ut non ſuperbæ inſolentiæ, ſed humili ignoſcatur audaciæ: & quod balbutiendo, vix pauciſſimis explicamus verbis, ob amorem Sancti libenter amplectatur.

✠ VIII. Pontificali igitur Cathedra ſublimatus, eandem morum gravitatem, quam prius, eandemque ſectabatar humilitatem. Creber in oratione pervigilabat. Corpus atterebat jejuniis: mulierum conſortia, licet ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore, exhorruerit; tamen ex hoc, quandam quaſi peſtem fugiebat. In ſuſcipiendis hominibus humilem: in loquendo, efficacem ſe præbebat. Alacer erat in exhortando: ſeverus in corripiendo. Viduarum & orphanorum, atque oppreſſorum, ſic negotia curabat, ac ſi propria eſſent. Rapinam exſecrabatur potentum: arguebat violentos; & ſi quem forte, quolibet caſu affectum cernebat; mirabiliter conſolabatur. Creſcebat quotidie fama bonitatis ejus; quæ ubique laudem ferebat Nicolai. Hinc potens, hinc impotens illum nominabat: gaudebat populus cunctus de tali Patrono: lætabantur Heroës de tanto Pontifice; qui ita ſe auctoritate, & gratia plenum exhibebat, ut omnium gereret curam, & Epiſcopi dignitatem non amitteret. Verum tempus me deficiet, quin & ſermo deſeret, ſi de ſingulis ejus meritis ſcribere tentavero. Sed ſi quis ſcire voluerit, qualem ſe, quantumque præſtiterit; mordacem comprimat dentem; & ex ſubjectis, evidenter agnoſcere valebit. Cum igitur omnium chariſmatum virtute corroboraretur Nicolaus, & nihil ſibi, ſed totum Dei gratiæ tribueret; cæpit ita coruſcare miraculis, ut non tantum ſui, ſed etiam alieni, quibuslibet oppreſſi anguſtiis, invocato nomine ejus, ſtatim ſentirent levamen.

✠ IX. Quadam vero die, dum quidam nautæ, ſubita maris tempeſtate periclitarentur; adeo ut præſentem illis, intentarent omnia mortem; extemplo diſſolutis frigore membris, clamitabant: Nicolae famule Dei, ſi vera ſunt, quæ de te audivimus; nunc ea nos ſupremo in periculo conſtituti, experiamur; quatenus eruti ex ſævientibus fluctibus maris, Deo, & tuæ liberationi gratias agamus. Mira res: talia regerentibus; apparuit quidam in ſimilitudinem viri, dicentis eis: Vocaſtis enim me, ecce adſum: & cæpit eos in rudentibus, & antemnis, aliiſque adjuvare navis armamentis. Nec multo poſt, omnis pelagi cecidit fragor, omniſque ceſſavit tempeſtas. Tum læti nautæ pacata fulcantes æquora, quantocius optatum ſubeunt portum: qui egreſſi ſciſcitabantur, ubi Nicolaus eſſet? Cum autem indicatus fuiſſet eis, in Eccleſiam e veſtigio ingreſſi; mirabile dictu! quem nunquam noverant, ſine indice cognoverunt. Mox proſtrati ad pedes ejus, cæperunt ei gratias agere dicentes; Qualiter de confinio mortis, ipſo ſuffragante, liberati eſſent. Quibus Sanctus: Non meæ, inquit, poſſibilitatis arbitremini eſſe, quod factum eſt: ſolita eſt Dei miſericordia; qua non propter me indignum famulum ſuum, ſed propter credulitatem veſtræ fidei, vobis ſuccurrere dignatus eſt. Diſcite ergo quanti valeat, apud Dominum fides pura, & petitio non ficta. Propter peccata enim noſtra, quotidie flagellamur. Tamen, ſi ex toto corde ad bonum Dominum converſi fuerimus; viſcera miſericordiæ ſuæ, illico ſuper nos commovet, & eripit de imminentibus periculis. Idcirco, Fratres, non pigeat vos beneface-

Digitized by Google

re; ſectari humilitatem, & libenter pauperibus ſuccurrere. Credite meæ parvitati, quia ex quo homo in hujus mundi voraginem, propter delicta ſua projectus eſt; nullum ejus bonum, ſic Deus approbare legitur, ſicut eleemoſynam: ſi tamen non ob mundi fiat gloriam. His, aliiſque talibus inſtructi; admirantes humilitatem ſpiritus; habitus vilitatem; ſermonis facundiam, atque magnitudinem virtutis ejus, diſceſſerunt.

✠ X. Quodam itaque tempore, cum eandem Lyciam Regionem, accolarum pro meritis, ſic pernicioſa fames oppreſſiſſet, ut ſeges ægra victum omnem negaret; mox a Provincialibus ruricolis, ſæpe dicto famulo Dei (pro indigentibus maxime periclitanti) naves triticeis onuſtæ mercibus, in litore Andriaci portus, adeſſe nunciantur. Quo velox adveniens Nicolaus, navigantibus infit: Vos rogaturus acceſſi; ut huic populo, tabe diuturnæ famis laboranti, conſulentes, aliquantum remedii, ex ipſo impertiri ſtudeatis frumento. Sic Sanctus; & Sancto ſic ajunt illi: Non audemus, Pater, tuis obſecundare imperatis; quia publica taxatione angariati, Alexandriam perreximus; & inde hoc triticum deferimus; per miniſtrorum manus, in Auguſtalium ſtipendia metiendum. Quibus Sanctus: Obaudite, inquit, meæ parvitati: & ne amplius hic attenuetur populus; per unamquamque ratem, ſaltem centum præbete modios; & ego in Dei mei, cui ſervio, virtute, ſpondeo, polliceor, promitto [quia] nullam minorationem habebitis apud Regium Exactorem. Tandem interventu Præſulis convicti; ex ſingulis puppibus, centum numeravere modios: & confeſtim vento ſurgente ſecundo, aſcendunt claſſes, portumque relinquunt; atque ſpirantibus auris, veloci curſu Byzantiam applicuerunt ad urbem. Cum autem integram menſuram, quam Alexandriæ ſuſceperant, miniſtris Imperatoris numeraſsent; tantus ſtupor omnes accepit, ut præ admiratione, ſeriatim cuncta, quæ facta fuerant; eiſdem narrarent miniſtris. Qua relatione perculſi, Deum omnium rerum auctorem, continuata utique laude, magnificarunt. Vir itaque Domini, accepto frumento; ſic per induſtriam illud, partiri ſtuduit; ſicut unumquemque noverat indigere. Mirandis plus miranda ſuccedunt, Tanta enim Omnipotentis Dei largitate; hoc ipſum, quod Sanctus diſtribuit, auctum eſt, ut non tantum eodem anno, ſed altero pene exacto anno; ad victum ſingulis ſufficeret: Quin & multi ſpe credula, exinde ſerere non dubitantes, nequaquam eos exſpectata ſeges, vanis fruſtrata eſt ariſtis; ſed uberibus farſit reditibus. Porro nemini hoc incredibile videatur, quia Salvatoris eſt iſta promiſſio, dicentis: Si habueritis fidem, ut granum ſinapis, dicetis monti: Transfer te, & transferetur. Et illud: Qui in me credit; opera, quæ ego facio; & ipſe faciet. Vere enim in eo credidit Sanctus Nicolaus: in cujus opitulatione, tale, tantumque valuit facere miraculum.

✠ XI. Ex multis igitur Idololatris, quibus olim præfata Regio dedita fuerat: maximam dementiæ ſuæ devotionem, erga nefandiſſimæ Dianæ ſimulacrum exhibere ſtuduit. Adeo ut etiam uſque ad illud ſervi Dei tempus, (a) plerique ruſticorum, exſecrabili deſervirent religioni. Sed vir Domini, hujus ſacrilegii ſuperſtitionem; tanta perſecutus eſt inſtantia, ut divino ſuffragante adminiculo, penitus ex illis finibus, obſcœni Numinis culturam propelleret. Verum, quid diabolo malignius? Quid in Orbe artificioſius? Cum enim cerneret ſe privatum, tanto decoris ſui cultu; fellea face ſuccenſus; magnam contra Nicolaum exarſit in iram; & novo pectore nova verſans conſilia, quoſdam adiit viros, omnibus imbutos, immo perditos maleficiis; eiſque conficere oleum, quod Mediacon dicitur, ſub omni celeritate præcepit. Parent protinus egregii auditores, dictis cari magiſtri, & quantocius portentuoſi liquoris mixtionem componunt. Quo confecto, haud piger dæmon ad nocendum, transformavit ſe in cujuſdam religioſæ feminæ vultum; atque ſimulata ſpecie, quibuſdam navigantibus, quorum devotio, ad ſervum Dei tendebat, medio ſeſe tulit obviam mari; & quaſi aliotum lembo uteretur, ait eis: Video quidem vos proficiſci ad Domnum Nicolaum: mallem & ego venire vobiſcum, quia votum [habeo] (b) tanti Patris perfrui benedictione. Sed quoniam nequeo, rogo vos, ut, ſi moleſtum non eſt, hoc meæ parvitatis oleum, ad Eccleſiam Myreorum feratis, & ob memoriam mei, ſummatim exinde parietes ipſius aulæ liniatis. Illi vero ignari doli, artiſque fucatæ, ſumunt oleum; & claſſe, libenter ſecum vehunt. Tunc monſtrum infernum, umbra velut tenuis, veloci evanuit a remigio. Sed Dominus pius, invidorum aſpernator, non eſt paſſus diu, ſimpliciter ad famulum ſuum properantes, munus ferre ſimulatæ imaginis; nec ſermonibus phantaſticis deluſos, progredi. Ex improviſo enim cernunt ſagenulam, inſignibus refertam hominibus,

inter

(a) Hanc extrajudicialem confeſſionem extorquet amica veritas. (b) Ita Codex Vatic.

Digitized by Google

inter quos conſpicantur quendam ſimillimum Sancti Nicolai; qui ad eos ſic interrogationibus orſus: Heu, inquit, quænam mulier illa vobis locuta eſt? vel quid vobis attulit? At illi ſeriatim cuncta narrantes: En, ajunt; oſtendunt & oleum: quod nos deprecata eſt ad Sanctam portare Eccleſiam. Quibus ille: Vultis evidentius ſapere, quæ fuit femina illa? Hæc [enim] eſt impudica Diana; & ut me pro certo, verum dicere comprobetis; hoc vaſculum exſecrandi olei, iſtos projicite in fluctus. Nulla in medium mora, incunctanter faciunt imperata. Mox autem, ubi oleum, illud æquoreas tetigit aquas: mirabile dictu! Illico accenſus eſt ignis; & contra naturam elementi, prolixo maris ſpatio, viſus eſt ardere. Hæc vero, dum nautæ ſtupenda viderent; & defixo obtutu, hærerent in tanto prodigio; utrorumque naves, magno diviſæ ſunt intervallo. Unde nec interrogare valuerunt, qui eſſet ille, per quem callidi hoſtis, fruſtratas agnovere inſidias? Verumtamen, ut devoverant ad ſanctum feſtinantes Nicolaum, fera voce, ſibi obviantibus referabant, quod eis acciderat. Venientes autem ad ſervum Dei, ajebant: Vere tu es ille, qui nobis in illo pelago, horrendum oſtendiſti prodigium: Vere tu verus Dei es famulus, ob cujus rationem erepti ſumus ab exitialibus diaboli inſidiis. Talia dicentes, cuncta per ordinem narraverunt. Quibus auditis, vir ſolito more, in laudem prorupit clementiſſimi Patris; ac deinde monuit eos, juſte & pie vivere; atque ſe tutelæ cuſtodis æterni, ex toto committere Regis; qui neminem permittit tentari ſupra id, quod poteſt. Talibus itaque oraculis, ſatius informatos, optataque benedictione exhilaratos, lætantes homines illos, Jeſu Chriſti Domini famulus remiſit [ad propria.]

✠ XII. Præterea, cum in Phrygiæ partibus, quædam gens, cognomine Aitaiphala, ſeditioſis machinationibus nixi, a Conſtantini Cæſaris imperio deſciviſſent; confeſtim idem Auguſtus, tres militiæ Principes, (quos Dolopes, Stratilatas vocant) Nepotianum [ſcilicet,] Urſum, (*a*) & Arpileonem, ex conſulto accivit; eiſque juſſit, ut cum præparato navali apparatu; ad ſubjiciendos proficiſcerentur rebelles. Egredientibus autem Conſtantinopoli, navigantes pervenerunt in locum, qui nominatur Adriacium (*b*), exiſtens portus partium Metropoleos: milliariorum plus minus trium; adjacens ipſius civitatis Myrenſis. Denique exierunt aliquanti de navi ex militibus, cum non eſſet ventus, ad navigandum opportunus; quaſi ad reficiendum & rurcandum victui, & ut eſcas emerent. Milites autem cum egreſſi eſſent, cæperunt vim facere populis, & manus crudeliter mittere in eos. Qui cum ita agerent, fit tumultus magnus, & convenit turba magna in locum, qui vocatur Placomatus: in tantum equidem, ut etiam in Myrenſi Metropoli audirent turbam, & vociferationes eorum. In his autem diebus erat in præfata civitate Epiſcopus beatiſſimus Nicolaus, omni ſanctitate, & gratia Spiritus Sancti repletus. Et cum innumeris miraculis coruſcaret; ubi ſubito per gratiam Spiritus Sancti id cognovit, velociter currens, pervenit ad locum Adriacium; & cæpit eos monere, ne tam crudeliter agerent in populo. Duces autem militum, videntes beatiſſimum Nicolaum; una cum militibus perculſi, proſtrati in facies ſuas, adoraverunt eum. Beatiſſimus autem Nicolaus amplexatus eſt eos: & cum magno amore, cæpit eos oſculari; & inter oſcula, ſciſcitari: Qui eſſent: & cujus: & unde veniſſent; & quo pergerent? At illi, reſpondentes dixerunt: Pacifici ſumus, o ſanctiſſime Pater, & miſit nos benigniſſimus Imperator, ad expugnandos rebelles ſuos & inobedientes; & ſuppliciter rogamus tuam clementiam, ut preces pro nobis, & orationes ad Deum fundas, ut ipſe dirigat iter noſtrum. Sanctus vero Epiſcopus rogavit eos, ut in civitatem introirent, & benedictionem ſuſciperent ab eo, & cibaria: & in Eccleſiam Epiſcopii ſui ingrederentur cum ipſo. Milites vero cognoſcentes ſanctitatem & efficaciam beati viri; juſſerunt, ut omnes pacifici eſſent; & deinceps talia non facerent. His autem pendentibus de dulcedine beati viri; velocius veniunt quidam de civitate, dicentes beato Nicolao: Domine ſancte Pater, ſi fuiſſes in civitate, non tres innocentes morti traditi forent hodie. Quibus beatus Nicolaus dixit: Quam ob cauſam ducti ſunt ad mortem, & quo in loco? At illi dixerunt: Dacianus Judex, accepta pecunia, tres illos innocentes decollari juſſit: populus autem luctu æſtuans, magniſque clamoribus te miſericordem quærunt, & invenire minime poſſunt. Audiens hæc Sanctus, triſtis effectus, pio mentis affectu, rogatis militibus; venit in civitatem in locum, qui vocatur *Leonti*; & interrogavit, ſi adhuc viverent illi, qui ſententiam decollandi acceperant? Qui dixe-

(*a*) Ita Codex Vaticanus: ſed Codex SS. Apoſt. & *Aelioneum*: hinc linquit ſermonem pendentem uſq. ad *egredientibus*.
(*b*) Ita corruptum eſt, pro *Andriace*.

xerunt: Vivi adhuc in itinere ſunt, in loco, qui vocatur *Dioſcori*. Qui, dum veniſſet ad martyrium *Creſcentii*, interrogavit: Si adhuc viverent? Qui reſpondentes dixerunt: O ſanctiſſime Domine: jam ſoras civitatem egreſſi ſunt. Miſericordia autem motus Dei ſamulus, cucurrit ad portam civitatis, & ſimiliter, prætereuntes interrogavit. At illi dixerunt: Domine piiſſime, jam applicuerunt in loco decollatorum, qui vocatur *Virra* (a). Currens autem Sanctus venit ad locum, & invenit multitudinem populorum; & carnificem tenentem gladium, exſpectantem adventum ſanctiſſimi viri. Viri autem illi ſtabant vinctis poſt tergum manibus, & velatis faciebus & oculis de linteaminibus, flexis genibus, mortem exſpectantes. Tunc ſanctus Nicolaus, ut leo confidens, ſicut ſcriptum eſt; audacter abſtulit gladium de manu ſpiculatoris, & projecit in terram; viros autem illos ſolvens a vinculis, detulit ſecum in civitatem. Aſcendens aurem in Prætorium, disrupit januas, & ingreſſus eſt ad *Euſtaſium* Præſidem. Euſtaſius vero Præſes cum audiſſet ab excubitore; mox acceſſit propius, ut adoraret ſanctiſſimum Virum. Servus autem Dei Nicolaus prohibuit eum dicens: Sacrilege, & ſanguinis effuſor, quare auſus es ante meam faciem venire? tot & tantis criminibus deprehenſus? Non tibi parcam, neque indulgentiam præſtabo: ſed indicabo potentiſſimo Imperatori Conſtantino de te, quantis & quibus deprehenſus es malis: & qualiter diſpenſas Præſecturæ principatum. Præſes vero pedibus ejus advolutus, dixit ei: Ne iraſcaris mihi ſervo tuo, Domine, eſto patiens, & diſce veritatem, quia ego non ſum culpabilis; ſed primi civitatis, Eudoxius, & Simonides hæc fecerunt. Et Sanctus, inquit: Non Eudoxius & Simonides hæc fecerunt, ſed Argentum, & Aurum. Didicerat enim Sanctus vir, quia amplius ducentorum pondera argenti accepturus erat Præſes, ut illos innocentes inique perderet. Valde autem deprecati ſunt Duces, qui præerant militibus, beatiſſimum Nicolaum, ut indulgeret Præſidi. Quod & faciens Sanctus vir, tres illos innocentes eripuit de manibus eorum. Duces vero militum comedentes cum ſanctiſſimo Viro, & benedictione percepta, ſuppliciter rogaverunt, ut oraret pro eis: & poſt orationem commendantes ſe, navigaverunt. Navigantes vero pervenerunt in Phrygiam, & ſine effuſione ſanguinis, tumultuantem populum pacificantes, reverſi ſunt Conſtantinopolim.

✠ XIII. Imperator autem audiens famam pacis & victoriæ, repletus gaudio, obviam eis exiit, cum magna multitudine populorum, & Magiſtro militum, & omni cœtu utriuſque ſexus, & glorioſe quaſi victores ſuſcipiens; magnifici in Palatio ejus ſuerunt. Coacti autem quidam, & invidia diaboli ducti, cæperunt nova conſilia exquirere, quatenus illos morti traderent: & cum non invenirent, acceſſerunt ad Magiſtrum Militum, Ablavium nomine, & ſpoponderunt ei mille ſeptingenta pondera auri. Ille autem avaritiæ igne ſuccenſus, & hac promiſſione lætus effectus; ingreſſus in Palatium dixit Imperatori: Piiſſime Domine, magna ſeditio, magnæq. conjurationes fiunt Potentiæ tuæ. Conſilium enim inierunt Duces militum, quos Veſtra Clementia in Phrygiam miſit: & dona plurima conſpiratoribus ſuis obtulerunt, & magnos honores illis promittunt; ut te Dominum meum interficiant: &, quod nefas eſt dicere; ipſi ad ſacri Imperii gloriam erigantur. Ego autem, piiſſime Domine, hæc cognoſcens, timui, fateor, ſilentio tegere; ſed Veſtræ Celſitudini ſtudui enarrare. Nunc autem, quod placitum eſt Veſtræ Clementiæ ſacito: ne in me ſit, Domine, ſervo tuo, hæc iniquitas. Indignatus autem Imperator, & ira repletus, juſſit ſine examinatione, illos in carcerem retrudi. Dilatione autem facta, modici temporis, acceſſerunt inſidiatores, & cum magno tumultu dixerunt Ablavio Præſecto: Quare eos miſiſti in cuſtodiam carceris; & quare eos vivere permittis? alioquin illi in cuſtodia; ſautores vero illorum, illos ſæpius adjuvare non ceſſant; ut illos e carcere educant, & hanc viciſſitudinem nobis reddant. Præſectus autem hæc audiens, ingreſſus in Palatium nunciavit Imperatori, dicens: Piiſſime Domine: ecce quos juſſiſti in carcerem mitti, Nepotianum, Urſum, Helioneum; impia, & neſaria conſilia, intus poſiti conſiliare non deſinunt. Imperator hæc audiens juſſit, ut ipſa nocte pernoctantes, capita illorum auſerrent. Præſectus autem audiens hæc ab Imperatore, cum magno gaudio, ex palatio egreſſus, præcepit carcerario, dicens: Illos tres viros, quos habes in cuſtodia, præpara in iſta nocte, ad mortis interitum. Carcerarius autem audiens hæc, perrexit ad eos; & cum magno fletu & luctu dixit eis: Viri & Domini, deſidero vobis loqui, ſed timor, & tremor, & pavor mortis veſtræ conturbat me; & loqui vobis non poſſum, heu, pro dolore. Utinam, nec vos vidiſſem aliquando, neque

(a) Pro *Vera*.

neque cognoviſſem, quia crudeli morte in ipſa nocte ſeparamur ab invicem. Scitote autem, quia egreſſa eſt ſententia, ut in iſta moriamini. Diſponite tantum de animabus veſtris & facultatibus, & auro, & argento, ne inteſtati moriamini. Viri autem illi, cum hæc audiſſent, timore mortis perculſi, ſciderunt veſtimenta ſua, & ſolutis crinibus, laceratis genibus (*genis*) mittebant pulverem in capita ſua, & cum ſingultu & gemitu, hujuſmodi dabant voces ad cœlum: Væ nobis miſeris: væ nobis peccatoribus; væ nobis injuſte morientibus! Quid mali fecimus? Quid iniqui geſſimus? Quam iniquitatem, quod ſcelus commiſimus, ut ſic moriamur? ut nec interrogatione digni ſimus? Qui cum diu flerent, inter ſuſpiria & ſingultus; recordatus, Dei inſpiratione, Nepotianus, qualiter beatiſſimus Nicolaus, tres illos innocentes, de confinio mortis, & de item ferientis olim gladio eruerat; cum magno gemitu & ſtridoribus, hanc orationem ad Deum fudit: Rex æterne Deus, mundanæ lucis origo, Qui pater es rerum, omnigenumque ſator: Cujus decretis girant converſa polorum, Vitat & undiſona mergere Pontus humum: miſerere nobis ſervis tuis; & erue nos in mirabilibus tuis; ſicut tres illos eruiſti, per famulum tuum Nicolaum. Hæc & ſimilia orante illo; cæperunt omnes quaſi ex uno ore, his verbis exorare, & compellare ſanctum Dei: O pie confeſſor, meritis & nomine digne: O ſerve Regis æterni: o ſumme diſpenſator talentorum Domini tui, benigniſſime Nicolae: Licet abſens corpore; tamen præſens eſto noſtris precibus, & libera nos de periculo mortis; ſicut liberaſti tres innocentes viros: ut tuis interceſſionibus liberati, faciem tuam videre mereamur; & pro tanto beneficio, gratias referamus. Cumque finiſsent orationem; ecce in ipſa nocte apparuit beatiſſimus Nicolaus Imperatori dicens: Conſtantine Imperator, velociter ſurge, & vinctos illos, quos in carcere retines magiſtros militum; citius e carcere educere facito; quia innocentes ſunt, & nequaquam tale aliquod egerunt, ut digni ſint morte. Quod ſi mea dicta, præceptaque contemnere præſumis; rogabo Dominum Jeſum Chriſtum, & excitabit tibi intolerabile prælium, & carnes tui corporis cum viſceribus beſtiis tradam. Expergefactus autem Imperator, perculſuſque talibus dictis: tandem hæc verba locutus eſt: Et tu quis es tam audax, tamque præpotens, qui nocturno tempore in noſtro Palatio introire præſumpſiſti? Cui beatus Nicolaus ait: Ego ſum Nicolaus Myreæ civitatis Epiſcopus: & hæc dicens, abſceſſit. In ipſa autem ſimiliter nocte, apparuit beatus Nicolaus Præfecto dicens: O Judex iniquitatis, replete omni fallacia & dolo: ſurge velociter, & innocentes illos Magiſtros militum, e carcere educere facito. Sin autem rogabo cœleſtem Regem, ut cadere te faciat in infirmitatem; ut ſic conſumptus vermibus, moriaris; & domus tua pereat. Cui Præfectus dixit: Tu quis es, qui talia loqueris, & unde huc veniſti? Sanctus vero Nicolaus dixit: Ego ſum Nicolaus ſervus Jeſu Chriſti, Myreæ metropoleos Epiſcopus: & hæc dicens abſceſſit. Surgens autem Imperator, vocari juſſit Præfectum, & mutuo narravere ſibi omnia, quæ audierant, quæque viderant. Altera autem die ſuis conſpectibus illos, coram omni cœtu, & multitudine populorum, exhiberi præcepit. Quos ut vidit; talibus verbis, torvo aſpectu, minaci vultu, eis locutus eſt: Dicite mihi miſeri, cujus magiſterii eſtis, ut nos magicis artibus, nocturnis horis illudatis, phantaſticis imaginibus? Cui, cum nullum reſponſum dediſsent; ſed territi, inclinato capite ſtarent; iterum iterumque eundem ſermonem repetendo: Tunc Nepotianus pro cunctis, tremebundo ſic pectore dixit: O piiſſime Domine, cui omnipotens Deus, mundi commiſit habenas; nequaquam ſervi tui artem magicam ſcimus, aut tali magiſterio edocti ſumus. Tunc Imperator dixit eis: Dicite ergo mihi; forſitan ſcitis quemlibet hominem, qui vocetur Nicolaus? At illi, audito de nomine beati Nicolai; præ magno gaudio flere cæperunt, in tantum equidem, ut omnes, qui aderant, cum ipſis flerènt: & cum magno gemitu dicebant: O ſerve Dei excelſi, ſuccurre & adjuva nos, beatiſſime Nicolae, ne injuſte moriamur. Quibus Imperator ait: O miſelli, jam deponite timorem, & metum mortis; & narrate mihi, quis eſt iſte Nicolaus, tam juſtus, tam ſanctus, tamque fidelis; & ſic proximus æterno atque Immortali Regi, ut talia facere poſſit? Tunc hi tres quaſi ex uno ore: narraverunt ei omnia, quæ audierant, quæque viderant de beato viro. Imperator autem dixit eis: Ite quantocius, & tondete vos, & mutate veſtimenta; & gratias Deo, & beatiſſimo viro agite; qui vos ſuis Sanctis precibus, e periculo injuſtæ mortis eripuit. Inſuper & de theſauris meis, accipite munera & dona hæc vaſa ſacra miro artificio radiantia, & Codicem totum aureum, & duo ceroptata ex auro, & pateram auream ex lapidibus pretioſis ornatam;

natam; & afferte illi beato viro, & dicite; ut intercedat pro nobis ad Dominum Jeſum Chriſtum: qui eſt glorioſus in Sanctis, mirabilis in Majeſtatibus, faciens prodigia. At illi ſumentes munera, ierunt ad virum Dei, & terra tenus proſtrati, cum lacrymis immenſas grates referentes; obtulerunt ei munera Regis; & narraverunt ei omnia, quæ geſta ſunt: & tonſis crinibus, mutatiſque veſtibus, cum Sancto viro gaviſi ſunt. Sanctus namque vir, elevatis in cœlum oculis, gratias agens Deo, remiſit illos ad propria; gaudentes & exſultantes in Domino Jeſu Chriſto.

✠ XIV. (*a*) Quodam itaque tempore, advenit quædam mulier, de vico, qui dicitur Cypariſsus, ad ſanctiſſimam domum Archangeli, qui vocatur Croba; ubi erat ſanctus Nicolaus. Hæc adtulit filium ſuum, quem iniquiſſimus dæmon, ita vexabat crudeliter, ut etiam veſtimentum, quo induebatur, dentibus laceraret. Quem projecit ad pedes ſancti Nicolai, flens & dicens: Miſerere ſerve Dei huic miſello filio meo, quia fortiter vexatur a dæmonio. Pietate autem ductus, ſanctus Dei famulus ſuper eum; apprehendit manum ejus, & inſuper flavit in ore illius. Statimque divina virtute, & beati Nicolai meritis emundatus; immundus ab eo evanuit ſpiritus, ſanuſque ad propria, cum matre ſua exſultans reverſus eſt.

✠ XV. Rurſus autem alio tempore, altera mulier de Vico Neapoleos (*b*), ab immundo Spiritu graviter torquebatur. Quam aſſumens vir ejus, adduxit ad Monaſterium Viri Dei; ubi ipſe tunc temporis morabatur (*c*); & projecit eam ad pedes beati Nicolai, dicens: Sancte Dei ſuccurre huic mulieri miſeræ, quæ graviter torquetur a dæmonio. Sanctus autem Dei Nicolaus, mox ut orationem fudit pro ea ad Dominum, immundum ab ea pepulit Spiritum; & ſana effecta, abiit in domum ſuam, glorificans Deum, & ſanctam Sion. Hoc erat vocabulum Monaſterii Sancti Nicolai: ideſt Sancta Hieruſalem.

✠ XVI. Venit quidam homo ad Sanctam Sion, nomine Nicolaus, de Vico Sibino, (*d*) tempore Sancti Jejunii. Hic adduxit quendam infirmum, ſuper animali ſedentem, ad Sanctum Nicolaum, ut ſaluti eum priſtinæ redderet. Erat autem homo ille toto exſiccatus corpore, ab ea ægritudine, quæ Græco vocabulo, *paralyſis*, Latine vero *reſolutio membrorum* dicitur. Quem in conſpectu viri Dei, in terram projiciens; obſecrat dicens: Nicolaë vir Dei, pro iſto miſello homine interveni; quatenus per tuas ſanctas orationes propitietur ei Deus. Cujus infirmitati, plurimum vir Dei condolens Nicolaus; aſſumpto oleo de dominica lampade, perunxit eum. Inde autem facta ſuper eum oratione; illico eum priſtinæ reddidit ſanitati. Benedictioneque percepta, reverſus eſt ad domum ſuam, gratias agens, & glorificans Deum.

✠ XVII. Nec multo poſt, quidam energumenus, de Vico Cendino (*e*); cui nomen erat Timotheus, adductus eſt in Monaſterium Sanctæ Sion, ad famulum Dei Nicolaum. Habebat enim homo ille ſpiritum peſſimum, qui ita eum exagitabat; ut per ligna & lapides, hinc & inde, caput ſuum percutiendo contunderet. Unde factum eſt, ut de creberrimis percuſſionibus, plagis horridis, caput vulneratum haberet; itaut etiam ſanies cum vermibus proflueret. Suſtentatus itaque a tribus viris; perductus eſt, ut diximus, in Sanctam Sion, ad ſanctiſſimum Dei famulum Nicolaum: Quem etiam orabant, ut ſuis eum curare precibus dignaretur. Inquiunt: Nicolaë ſerve Dei excelſi, conſpice miſeriam hominis hujus: ora pro eo ad Deum, ut poſſit evadere, & Chriſti conſequi miſericordiam. Quem Sanctus Nicolaus, propriis conſignans manibus; dæmonium ab eo expulit, & ab omni ægritudine liberavit, & ſanum & incolumem remiſit ad propria: gaudens & glorificans Deum, qui hanc confeſſori ſuo, gratiam contulerat Nicolao.

✠ XVII. Cum igitur his, & aliis pluribus miraculis, ac virtutibus beatiſſimus floreret Nicolaus, decidit in ægritudinem: de qua, ex hac inſtabili luce ſubtractus eſt. Qui cum jaceret in grabatu; acceſſit ad eum quædam mulier lunatica, de Vico Olcon (*f*); cujus nomen erat Eugenia. Quæ eum exorabat, ut ſibi conferre dignaretur ſanitatis gaudia.

Cu-

NOTAE.

(*a*) Has lectiones, 14. 15. 16. 17. & 18. non Johannes Diaconus, ſed alius ex Actis antiquis conſarcinavit cap. 30. ipſo ſeculo decimo, vel undecimo (quod eſt veriſimilius) qui, ad uſum Eccleſiæ Neapolitanæ, Diaconum in lectiones redegit.

(*b*) Hæc ſumpta eſt ex fine cap. 29. Sed ibi pro *Neapoli* eſt *Nicapo*.

(*c*) Sic ſaltat foveam homo cautus. Ubi modo eſt, ille Myrenſis Archiepiſcopus Nicolaus?

(*d*) Ex eodem cap. 30. ſumpta.

(*e*) Et hæc ex eodem cap. 30. ſumpta eſt. Sed pro *Cendino*, ibi eſt *Cendemorum*. Num proprium ſit *Cendenum*?

(*f*) Hæc etiam ex Actis ſumpta eſt cap. 31.

Cujus precibus beatus Nicolaus annuens; pro ea fudit orationem ad Dominum. Deinde ſignavit eam: ſicque ſanitatem, quam optabat conſequi; adipiſci promeruit. Remeans ergo mulier ad propria; ſana & incolumis, magnifice collaudavit Dominum Jeſum Chriſtum: qui in Sanctis ſuis, ſemper eſt mirabilis.

✠ XVIII. Cernens itaque ſervus Dei Nicolaus, mortis inexcuſabile, adeſſe præceptum; (a) quam nemo mortalium, præterire prævalet; cæpit orare indeſinenter, & pſallere. Deprecabatur autem Dominum, & attentius, ut ſanctos Angelos ad eum dirigeret, quatenus ſuſciperent, quod eis commendatum fuerat; ideſt ſanctam ipſius animam. Et cum, intenta mentis intentione, profuſius oraret; reſpexit & vidit glorioſos Patronos, ſanctos ſcilicet Nuntios ad ſe venientes: inclinatoque capite, ſigno Crucis armavit ſe; ac deinde ſe in terram humiliter proſtravit, ac trigeſimum pſalmum incæpit, dicens: In te Domine ſperavi, non confundar in æternum: in tua Juſtitia libera me, & eripe me. Inclina aurem tuam: accelera, ut eripias me. Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum refugii, ut ſalvum me facias, Quoniam firmamentum, & refugium meum es tu; & propter nomen tuum, dux mihi eris, & enutries me, & educes me de laqueo iſto; quoniam tu es protector meus Domine. In manus tuas commendo ſpiritum meum. Redemiſti me Deus veritatis. Et cum hoc dixiſſet, tradidit pretioſam & ſanctiſſimam animam, in manus ſanctorum Angelorum, qui ei apparuerant. Adſtabant autem tunc ibi Artemas, & Hermas venerabiles presbyteri, & Nicolaus Reverendiſſimus Archidiaconus; miniſtri quoque, & ſecundarii ipſius: quos omnes, poſt perceptam Euchariſtiam, benedicens, deoſculatus eſt; & ſicut diximus, in pace emiſit ſpiritum. Factum eſt autem, cum de hoc mundo ad cœleſte Regnum migravit, ut Myrea civitas, & ejus ſuburbana, verterentur in triſtitiam clamoris, & lamentationis. Clerus itaque & Ordo Monaſticus, patrem piiſſimum, ſe amiſiſſe deflebant. Luctus etiam ingens, & fletus maximus eſt exortus virorum, & mulierum; quæ ſciſſis crinibus, ſciſſis veſtibus, laceratiſque genibus (*genis*), præeuntes & ſubſequentes, ſancti viri exſequias, cum magno animi dolore voces lugubres, & ſingultus amariſſimos emittebant: ſuumque Patronum Tutorem, ac Defenſorem, & Patrem Patriæ ſuæ, ſe plangebant amittere. Convenerunt igitur non ſolum de vicino loco, multitudines populorum, diverſæ ætatis, variique ſexus, ad ejus exſequias; verum etiam de univerſa Lyciæ Regione: qui ejus in vita, beneficia plurima ab eo conſequi meruerunt. Deſcendit autem in Myrenſem Urbem, *Sanctæ memoriæ* Philippus venerabilis, & Dei amantiſſimus urbis Phellitorum Epiſcopus, ad ſepeliendum beati viri corpus: Quod jam exanime inveniens, meruit tamen eum diligenter abluere, & componere. Præfatus autem Archidiaconus Nicolaus, una cum Artema venerabili presbytero & Archimandrita, a quibus etiam palpebræ oculorum ejus clauſæ ſunt, & glorioſa illius facies ſudario eſt ligata. Hilarion autem venerabilis vir, una cum ipſo Archidiacono; ſanctum ejus feretrum, uſque ad locum ſepulchri, cum honore & reverentia, qua merebatur, digniſſime bajulavit. Ubi a ſupradicto, Dei amabili Epiſcopo Philippo, & Patribus, Fratribuſque Sancti Monaſterii ipſius: nec non a cunctis (qui de diverſis partibus illuc confluxerant) expletis hymnis & lectionibus, ſicut mos exigebat Regionis illius, & ut Sancti Patres in Regulis juſſerunt; glorioſe ac decenter in ſepulchro ſuo, ab eis Sanctus Nicolaus collocatus eſt. Ibi itaque uſque hodie, ac ſi vivens in corpore, miracula operatur magnifice; virtute Dei, claritate circumfultus: & non ſolum, ubi corpus ejus quieſcit humatum; verum etiam ad quaſcumque nationes Mundi, & Regionis provocatus vel arceſſitus fuerit; virtutis ſuæ indicia, mirabilirer uſque in ſempiternum miniſtrare non deſinit. Dormivit autem in ſenectute bona, & poſitus eſt ad Patres ſuos, ſervus Domini beatiſſimus Nicolaus Myreæ civitatis Epiſcopus, ſecundum ordinationem Dei, menſe, qui eſt apud Achæos, decimus; apud nos autem duodecimus, qui eſt December. Cujus exſtitit dormitio in Chriſto, ſexta feria (b), die ſexta, intrante eodem menſe: Ideſt octavo Idus Decembris; tertiadeci-

N O T AE.

(a) Ex eodem cap. 31. Quæ non eſſe Diaconi, clare patet. Ille enim in ſuo Prologo, expreſſe profeſſus eſt, quod Nicolai *exceſſum, qualiter a ſeculo abierit, ideo non ſcripſimus, quia nuſquam illum invenire potuimus*: Hæc Johannes ergo non ſcripſit.

(b) Feria ſexta: VIII. Idus Decembris: tertiadecima Indictio: & Juſtiniani Imp. annus trigeſimus nonus, hæc omnia demonſtrant annum Chriſti 547. Sub Juſtiniano autem Rhinotmetho, hæc non concurrunt: etſi ibi, & ſub eo ſolum invenitur Antiochenus Patriarcha *Macarius*; qui ut hæreticus, a ſexta Generali Synodo eſt depoſitus. Acta dicunt obiiſſe *feria quarta*, non autem *feria ſexta*. Codices ergo editi lectionum, legebant diverſam ab Actis noſtris.

cima Indictione: Imperante Chriſtianiſſimo, & Dei cultore, Imperatore noſtro Juſtiniano; anno trigeſimo nono Imperii ejus: ſub ſanctiſſimo & beatiſſimo Patre noſtro, Patriarcha Macario. Poſitumque eſt ſacratiſſimum corpus ejus, in glorioſiſſima domo Sanctæ Sion, in dextera parte Aulæ ipſius in excelſo: tanri Sacerdotis humatione digna. De quo ſepulchro, ut ipſi proſpicere meruimus, duæ fontes exoriuntur, & uſque in ævum manare non deſinunt. Ex uno autem meatu, a parte capitali ſancti Tumuli, olei liquor, luci diſſimus effluit; qui in primis beneficia præſtare videtur, ſi ex eo peruncti fuerint. Ex altero vero, qui eſt ad pedes ejus, delectabilis aqua proſilit, atque perſpicua. Quæ etiam, ſi ægrotis in potu data fuerit, abſque ambiguitate, ſalutem corporum operatur. Glorioſorum atque invictiſſimorum martyrum, in eadem domo Sanctæ Sion, reliquiæ conditæ ſunt: quorum vocabula iſta ſunt: Sancti Johannis præcurſoris, atque baptiſtæ, & Sancti Stephani protomartyris: nec non & inclyti martyris Theodori; beatorum quoque martyrum Sergii, & Bacchi; quos Dux Antiochus interfecit, pro Chriſti nomine. Sanctorum etiam quadraginta martyrum; qui ſub Licinio Imperatore paſſi ſunt in Armenia minori, in civitate Sebaſtiæ; illic repoſita ſunt pignora. Cum quibus omnibus, eandem Aulam optime perornat ſacer, almus meritis, magnus (Nicolaus). Qui pro nobis omnibus, apud Dominum interceſſor exiſtat aſſiduus. Floruit autem a tempore Conſtantini, filii Conſtantini Senioris, & Helenæ Reginæ, uſque ad tempora Juſtiniani Imperatoris. *(a)*

✠ XIX. Igitur poſtquam beatiſſimus Nicolaus, ex hoc mundo migravit ad Dominum; tumulus ille, in quo venerabile corpus ejus compoſitum eſt; OLEI liquore *(b)* manare non deſinit, uſque in hodiernum diem. Ad quem locum conveniunt undique multitudines languentium, claudorum, cæcorum, aridorum, ſurdorum, atque mutorum; & qui vexantur ab ſpiritibus immundis. Qui dum de eodem ſancto liquore peruncti fuerint, priſtinæ redduntur ſanitati. Miſerum me profiteor, ſemel, & bis ex eadem aqua poculum ſumpſiſſe, dum ipſum tumulum Domini, pro meis piaculis interpellarem Nicolaum. Diſtat autem *Domus Sanctæ Sion, ubi requieſcit idem confeſſor, a mœnibus civitatis Myreæ, quaſi milliaribus tribus*, ad orientalem plagam, ſecus viam quæ ducit ad portum maris, qui dicitur Adriacium.

✠ XX. Quodam itaque tempore Epiſcopus Myreæ *(c)* civitatis, cum in exilium a Præfecto deſtinatus fuiſſet; ſtatim aquæ elementum, & ſancti liquoris oleum effluere ceſſarunt: & tamdiu hoc non uſus eſt miraculo, quamdiu Epiſcopus, non eſt revocatus de exilio. Qui cum reverſus fuiſſet, & Sedi propriæ eſſet reſtitutus, ſtatim ut antea, & oleum cæpit ex tumulo manare, & aqua: ſalus præſentium infirmorum, præſidium futurorum. Unde ſummopere conſiderandum eſt, beatiſſimi Fratres; quanti meriti vir iſte fuerit: cui omnipotens Deus, tot & tanta beneficia contulit; ut illius laudabile nomen, quamdiu orbitas (*Orbita*) iſtius mundi volvitur, ſemper accipiat incrementum.

✠ XXI. Reſtat autem adhuc, quod de eo jocunda ſcribere miracula dignum judicavimus. Cum de Africæ partibus, *(d)* Guandalorum exercitus applicuiſſet ad Calabritidem Terram, atque eandem Regionem igne ſuccenderet, reperta eſt ibi a quodam barbaro; in cujuſdam Chriſticolæ domo, ſancti Nicolai Imago in Tabula, honeſte depicta: quam protinus clam in ſinu plexit, & abſcondit; quamvis ab eo ignoraretur omnino quid eſſet. Cum autem perveniſſet ad eos, qui Chriſticolas captivos ducebant vinctos; interrogavit quoslibet eorum ex eis: Rogo, inquit, ut mihi indicetis, cujus eſt imago hæc, in hac Tabula tam pulchre depicta? & hæc dicens, demonſtravit eis Iconem. Cum ergo eam Chriſtiani contemplaviſſent; cum gemitu & lacrymis, dixerunt: Imago hæc, quam cernimus, ſanctiſſimi Nicolai eſſe dicitur: Qui multis miraculis & virtutibus, apud Deum, & apud homines clarus exiſtens, manifeſte ſe docet vivere, etiam poſt ſepulchrum. Cumque hoc barbarus ille, auditu percepiſset; continuo eandem abſcondit Iconem propter ſuos, nemini alicui ex hoc aliquid pandens. Cum autem reverſus eſset exercitus Guandalorum in Africam, cum plurimis captivis, & ſpoliis multis; regreſſus eſt & Barbarus iſte, qui Sancti Nicolai Iconem habebat

N O T AE.

(a) Breve equidem ſpatium! annorum *ducentorum*! A *Conſtantino M. ad Juſtinianum*. Bellus Conciliator, & melior hiſtoricus.

(b) Et hæc a conſarcinatore eodem adjecta ſunt. Tu *oleum* ſemper nota, & *penniculum*; modo etiam *aquæ poculum*.

(c) Et hæc ſunt ab eadem manu.

(d) Corraſor idem; hæc, ut vidimus, nupera figmenta, addere ad coronidem non omiſit.

hebat in domo ſua. Erat autem barbarus ipſe Thelonarius. Quadam autem die tulit ipſam Iconem barbarus ille, & poſuit eam ante Theloneum ſuum, ubi erant omnia quæque habebat; aurum, argentum, vel veſtes: & ſic locutus eſt ad Iconem, dicens: Nicolae habeto cuſtodiam, ſuper Theloneum iſtud: nam ego alibi (*ſic*) neceſſe habeo proficiſci. Hæc locutus Imagini, diſceſſit, apertum omnino relinquens Theloneum ſuum: ac ſecurus inde proficiſcens, quaſi plurimos ibi cuſtodes dimitteret, Cum autem ſecus eundem (*ſic*) Theloneum, latrones tranſirent, & vidiſſent eum apertum, & neminem cuſtodem ibidem; dixerunt ad invicem, ut venientes nocte eadem, diriperent omnia quæque intrinſecus erant poſita. Quod ita factum eſt. Nam venientes nocte, omnia abſtulerunt, aurum, argentum, vel veſtes, & cætera; & ſic profecti ſunt; ſola Icon de foris pendens ſuperſtes remanſit. Hæc autem Dei diſpenſatione agebantur, ut hujuſmodi occaſione reperta; quis, qualiſve, vel quanti meriti Nicolaus eſſet; apud Africanas Regiones manifeſte clareſceret. Veniente autem barbaro, cujus Theloneum erat, reperit eum vacuum, nil omnino habentem intrinſecus, niſi ipſam Sancti Nicolai Iconem. Tunc plorans, & gemens, vehementiſſimos emittens ſtridores, & torvo aſpectu, converſus ad Iconem; in facie beati Nicolai, quaſi ad viventem hominem, & ratione utentem, hæc verba proferebat, dicens: O Nicolae, bonum te mei Thelonei cuſtodem reliqui! Quid feciſti? Redde mihi res meas: alioquin flagellis cædo te. Et cum hæc diceret; accepto flagello tundebat Sancti Nicolai Imaginem. Cum vero fatigatus eſſet, cædendo eam, dixit: Certe in ignem te projiciam, ſi non reddideris cauſam meam. Pijſſimus autem confeſſor, beatiſſimus Nicolaus, nimia miſeratione ductus ſuper Iconam ſuam, ac ſi ipſe flagellis cæderetur; ſub feſtinatione, ad locum acceſſit propius, ubi latrones cuncta dividebant, quæ de illius Sarraceni Theloneo abſtulerant. Tunc dixit ad eos Sanctus Nicolaus: O infelices & miſeri, quid agitis? Numquid ignoratis, quoniam ego ipſe ibidem eram, quando hoc malum perpetraſtis? Nam oculi mei conſpexerunt, quando has & illas res abſtuliſtis. Quanti autem, & numerum etiam cunctarum rerum, quæ de Theloneo abſtulerunt, ſingillatim eis exponens; addidit dicens: Scitote autem quoniam furtum iſtud, quod perpetraſtis, ſi non mihi acquieveritis, ut revocetis cuncta, quæ tuliſtis; ego illud publice manifeſtare curabo: nam ſub mea cura, univerſa fuerunt poſita: & ideo pro veſtro ſcelere, ego innocens flagellis cæſus ſum. Credite mihi, quia nullo modo vobis parcam, ſi meis non acquieveritis conſiliis; ſed craſtina die, morti vos tradere faciam. Illi autem fures, cum viderent ſe deprehenſos; æſtimantes quempiam fuiſſe de populo, qui eos exploraviſſet; nimium mente conſternati, & ultra, quam credi poteſt, vehementer exterriti; metu mortis coacti, per tetræ noctis ſilentia, reportaverunt omnia, & in Theloneo repoſuerunt. Mane autem facto, cum veniſſet barbarus, & videret cunctam ſuam ſubſtantiam, quam amiſerat; flere cæpit præ gaudio, cui tale miraculum fuerat demonſtratum, per Sanctum Nicolaum. Tunc appreheuſam Imaginem, cæpit deoſculari eam, dicens: O Sancte Nicolae, fidelis, & juſte, piiſſime, & miſericordiſſime Serve Dei Excelſi; quam ſublimis, quam magnus, quamque præpotens factus es, proximuſque & familiaris Deo, Regi immortali; cui vivens militare non ceſſaſti. A quo poteſtatem accepiſſe comprobaris, ut talia facere poſſis, qualia & mihi Gentili, ex ore inſenſibili patrare dignatus es! Ab iſta namque die, credo in Chriſto Jeſu Domino. Et baptizatus eſt ipſe, vel ejus domus tota; & fecit Eccleſiam in honorem Sancti Nicolai (*a*): in qua moratus eſt ipſe cum uxore ſua, pariterque & filiis, glorificantes Dominum, & Sanctum ejus Nicolaum.

✠ XXII. Hæc fuit prima occaſio, qua (*b*) apud Africanas Regiones, beatus cognitus eſt Nicolaus; & paulatim nomen ejus, apud barbaros ſuccrevit; ut magnis obſequiis etiam, ab his, qui carent Baptiſmate, frequentetur aſſidue. Nullus enim eſt, ut æſtimamus, in Orbe terrarum locus, tam remotus, tamque abditus, nec etiam ſolitudo, vel eremus, quem fama, & miracula Domni Nicolai, confeſſoris piiſſimi non illuſtraverint. Teſtes ex hoc exiſtunt, non ſolum omnes Provinciæ Græcorum, de quibus originem duxiſſe comprobatur; verum etiam & omne Orientale Regnum:

NOTAE.

(*a*) Publice in Africa, ubi erant ſui Saraceni! Suſtinuiſſent illi? Etſi adhuc ibi reliquiæ erant Eccleſiæ, & paucorum Epiſcoporum.

(*b*) Et hoc opus ejuſdem manus.

teſtes etiam, & barbarorum diverſæ Nationes, diverſis linguis utentes: univerſam pene Africam habitantes; quæ obſequium ei piæ devotionis exhibent. *Italiæ* (a) autem *habitatores*, promptis animis, QUAMVIS MODERNO TEMPORE INCHOAVERINT, DEVOTE CELEBRARE EJUS FESTIVITATEM *didicerunt; ejuſque miraculis aſſidue jocundari; Eccleſias plurimas (auxiliante Deo) in honorem ipſius conſtruere; jam & dedicare ſtuduerunt; ut hic eum Patronum & Advocatum*, ut in futuro, apud ipſum Mundi Conditorem, *Interceſſorem haberent*. Amen.

Ex

ADMONITIO.

Tertiadecima lectio, ſic clauditur in membranaceis Codd. Vaticanis, num. 1194. & 5696. pag. 109.

Qui venientes, [b] Nicolaumque videntes; illico conſternati ſolo, pedes ejus exoſculabantur, & pro magnitudine lætitiæ, claris repetebant vocibus: Vere dilectiſſimus Dei es famulus, vere cultor & amator Chriſti; vere tu omnium ore laudandus, propter quem mirabiliter, a morte liberati ſumus. Hæc & alia diutiſſime conclamantes; tandem deditionis ſuæ ſeriem retulerunt; atque offerentes munera, nec non & Imperiales literas, indicia oſtendere ſuæ liberationis. Mox doctor egregius, elevatis ad cœlum brachiis, Dominum collaudabat Salvatorem, dicens: Magnus es, Domine Deus noſter; magnus & mirabilis; cujus magnitudinis non eſt finis. Tu es enim Dominus, dives in omnibus; qui facis mirabilia magna ſolus. His dictis, converſus ad illos, tantis eos irrigavit Scripturarum fluentis, ut plurima de rebus propriis, largirentur egenis. Dehinc (ſicut ſecularium moris eſt) tanto geſtierunt gaudio, ut ſibi tonderent, quos in carcere miſerant crines. Exacto itaque apud virum Dei aliquanto tempore, cum ingenti lætitia, inſtructi doctrinis ejus, & aucti benedictione, remearunt ad propria: Magnificantes Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui regnat cum Patre, & Spiritu Sancto, unus Deus, æqualis Majeſtate, æqualis Poteſtate, per omnia ſecula ſeculorum. *Amen*.

Hinc immediate ſubdit.

✠ XIV. Huc uſque de Argolicorum doctorum editione trahentes, ad Latinitatis tranſtulimus gratiam; quia ſicut ab illis annuæ ſolennitatis obſequio, piæ devotionis deſiderio, iſte confeſſor beatiſſimus celebratur, & colitur; ita a nobis exiguis, imo ab univerſo Orbe terrarum, digno eſt collaudandus præconio, digno eſt attollendus, magnificandus, & prædicandus commercio. Et juſte quidem, quia licet *PERPAUCA SCRIPTA SUNT EX IIS, quæ vir Sanctiſſimus IN VITA SUA PATRAVIT*; tamen ex quo ad Chriſtum perrexit, tanta quotidie miracula exhibet, ut nulla carnis ſufficiat promere lingua. Quis enim digne poteſt explicare, qualiter promerentibus ejus meritis, cæcis viſus, ſurdis auditus, &, ut breviter dicam, debilibus cunctis celerrime redditur ſoſpitas? Quis, inquam, tantæ eſt facundiæ, ut facillime poſſit exprimere, qualiter ex MARMORE [c] tumuli ejus, ſacrum RESUDAT OLEUM, QUOD AB EXCUBANTIBUS MINISTRIS PENNICULO COLLECTUM, STUDIOSISSIME RECONDITUR, AD UNIVERSORUM LANGUORUM PERSPICUAM UNCTIONEM?

Refero itaque caritati veſtræ, quod veridica relatione comperi (d). Illi enim, a quibus ego accepi; hoc ipſum, fama Myrenſium accolarum, ſe didiciſſe profitebantur. Tamen ſive aliter, ſive ſic ſe ita veritas habeat, judicio audientium eſt committendum. Quodam ſiquidem tempore, cum quidam Magnatium civitatis prædictæ, invidioſa factione, Pontificem Sedis ipſius propellere non erubuiſſent; continuo deſivit oleum tantæ profluere benedictionis. At ubi idem Antiſtes ſuam recepit Cathedram, confeſtim ſalutaris liquor, ſtillare, more priſtino, cæpit. Mirabilis quippe Deus, mirabilis, ut Propheta decantat, in Sanctis ſuis: quoniam ſic famulos ſuos glorificare conſuevit, ut in omnem terram exeat ſonus eorum. Qualis ſonus? nempe victoriæ, nempe triumphi: quia dum ſuis ſupplicibus, collata cœlitus, non denegant patrocinia; oſtendunt, ſe mundi divicto Principe, diademate redimitos æterno.

✠ XV. Lætemur ergo in Domino, Cariſſimi, lætemur: & dum feſtum Sancti Nicolai ſolenniter celebramus, quoniam ſi nos ille, concorditer feſtivos inſpexerit; favet, credite mihi, favet noſtræ devotioni. Nam (& ſecundum, nominis ſui etymologiam: *Nicolaus* enim Æolice, Latine *Victoria Populi* reſonat) impetus ferociſſimos impugnantium conterit, & caſtra vincere juvat hoſtilia. Omnis ergo ſexus, omniſque conditio, protectionis ejus tutamen exſpectet, imploret ſuffragia, quærat auxilia. Novit enim ab olim, cœleſti palma potitus, miſericorditer ſubvenire afflictis, liberare oppreſſos, & peſtiferos ſolvere nexus. His ita præmiſſis, effundamus aliquantulum coram illo precem, in fine paginæ hujus; ut perenniter patrociniis ejus fruamur. Oramus itaque, ſanctiſſime Pater, ut humillimas noſtræ petitionis voces attendas, affectum conſpicias; & conſiderato noſtræ conditionis figmento, hoſtem comprimas, expellas tyrannidem, diſſidentes pacifices: tuearis Præſules, guberne Clericos, *Ab ates* dirigas, foveas Monachos; & omnibus, qui tua devote ſolennia peragunt, cœleſte levamen acceleres. Nos quoque ſimul miſellos, qui velut inertes, operam dedimus, & exilem gloriæ tuæ formavimus laudem, ex omni perturbatione inſidiantium eripias, & a ſuggeſtione ſpirituum immundorum cuſtodias: quatenus fideliter Jeſu Chriſto Domino ſervire mereamur. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

NOTAE.

(a) Nota attentiſſime iſta omnia.

[b] Hæc ſunt genuina verba Johannis Diaconi uſque ad finem: pro quibus ſua conſarcinator ſuppoſuit.

[c] Nota ſequentia, & *Oleum ex marmore ejus tumuli reſudare*.

(d) Hoc mihi dubium eſt, num ſit Johannis Diaconi, an additum a quoquam conſarcinatore. Propemodum, ut ſit farcimen male aſſutum.

EX IISDEM CODICIBUS MEMBRANACEIS VATICANIS

num. 1194. & 5696. a pag. 15. a tergo, ad 17.

Aliud Miraculum. (a)

1. FRatres cariſſimi, en adhuc aliud vobis, ipſius beati Nicolai confeſſoris, miraculum dicere volumus: ut dum ejus miraculorum recordati fuerimus; amplius Domino noſtro Jeſu Chriſto, & ipſi confeſſori gratias agamus. Denique *temporibus Conſtantini Imperatoris*, fuit quædam mulier in civitate Myreæ, metropolis, nomine Conſtantina, quæ [ut vir ſuus dum vixerat] cum magno ſtudio & amore, *beati Nicolai memoriam celebrare* curavit. Venit itaque tempus, ut cum Dominus de corpore eum aſſumeret; ſicut moris eſt humano generi, hunc evenire caſum; vocavit ad ſe conjugem ſuam, cum tribus ſuis ſobolibus, & præcepit eis dicens: Ecce ego incipio viam ſempiternam; memores eſtote præcepti Dei, & ſtate perfecti in mandatis ejus; ut Deus Omnipotens accreſcat omnia veſtra, & inſuper vitam æternam habeatis. Super autem omnia, beati confeſsoris Nicolai memoriam, cum ſummo ſtudio celebrare præcipio, ut ipſe vobis adjutor ſemper exiſtat; & his dictis, migravit ad Dominum. Illa autem per ſingulos annos faciebat præceptum viri ſui. Contigit autem poſt aliquantos annos, dum appropinquaret feſtivitas ipſius confeſsoris; vocavit tres filios ſuos, & dixit illis: Cognitum vobis ſit, filii mei, quia feſtivitas beati Nicolai adeſt: præparate vos ad ea, quæ neceſsaria ſunt, quoniam quidem dignum & juſtum eſt; ea, quæ pater veſter juſſit, adimplere debere. Illi autem, cum magno gaudio dixerunt: Domina mater, quidquid nobis juſseris, in dictis vel operibus, gratanter facere parati ſumus. Erat autem inter eos, frater eorum junior, nimis in aſpectu pulcherrimus, qui a matre præ cæteris amabatur. Illi autem ſuſcipientes mandatum ejus; cum ſummo gaudio perficiebant. Contigit autem pergentibus illis ad mare, propter eſcam Sacerdotum emendam; navigio Sarracenorum adveniente; ſubito, ad ripam maris feſtinanter exierunt. Illi autem neſcientes de tali gente; obviam eis venerunt.

2. Cum autem agnoviſsent, quod gens aliena eſset, cæperunt fugam nimiam petere. Denique duo majores fratres, dum fugerent, evaſerunt; junior autem, ſuos non valens aſsequi fratres; a Sarracenis tentus eſt: quem illi alligantes, in navem miſerunt, & ſtatim exinde abierunt. Illi vero, qui evaſerant, anguſtiati & afflicti ad matrem reverſi ſunt. Quæ videns filios nimis afflictos, dixit eis: Quare triſtes animis video, vos filii? Dicite mihi, ſi quid vobis evenerit. Numquid in via aliquid vobis accidit? Ne contriſtemini propter aliquam rem: quoniam non licet nos, in tanta feſtivitate aliquam habere triſtitiam. Illi autem reſpondentes dixerunt: Utinam nunquam a nobis, feſtivitas iſta vel agnita fuiſſet. Et mater ad eos: Ut quid tam dura & aſpera contra Deum, & nos reſpondetis? At illi dixerunt: Quia cum tres habuiſſes filios, amodo amplius non habebis. Ad quos illa: Quid eſt, quod dicitis? Illi autem narraverunt ei omnia, ſicut eis evenerant. Cum autem audiſſet mulier verba eorum, proſternens ſe terræ; aſpergens pulverem capiti ſuo, cæpit flere filium ſuum, dicens: Heu me, quid mihi evenit peccatrici? Numquid ad rapinam filios meos miſi? vel ad aliquod malum perpetrandum abire juſſi? Heu me! qualis dolor, ſive miſeria in me orta eſt, qualis

NOTAE.

(a) In Codice 5696. dicitur *Miraculum de tribus pueris*. Sed eſt falſum. Non eſt autem opus Johannis Diaconi; ſed longe poſterioris impoſtoris Latini, qui item clypeo *Conſtantini Imperatoris*, ſuam fabulam tegere voluit. Fatue autem, quod illius tempore poſuit *Saracenos*, & *S. Nicolai memoriam celebratam*. Bone lector confer cum iſta illas Pſeudo-Methodii, & Pſeudo-Georgii, ſupra; & ride eas. Nec decimo ſeculo cognitas cuiquam, nec Diacono quoque noſtro. In illis parentes pueri ambo vivunt: in hac ſolummodo perſonat mater vidua. In illis pincerna eſt puer; in his eſt paſtor ovium. Mater minatur Sanctum, niſi &c. Sceleſtum authoris caput! In illis per *aërem*, *&* *capillos*, vel *equo*; hic per *ociſſimum Angelum pedeſtrem*. Tibiæ ſunt impares. Mitto alia nugatoris. In illis *Mitylenæ* eſt locus; *Lesbus*, in his *meritima ora Myræ*. Ille *Baſilius* dicitur, aliis eſt *Georgius*: noſter eſt anonymus, vel *Johannes*. Sed ei *Adeodati* nomen Beatillus imponit. Interim nota, dicentem matrem, quod hic caſus, *nuſquam legitur alii eveniſſe*.

lis *nunquam legitur alii eveniſſe ?* In ipſo autem luctu, & gemitu mulier in ſemetipſam reverſa, cæpit intra ſe cogitare dicens : Quis alius abſtulit filium meum, niſi ille, pro cujus ſervitio eum miſi ? Surgam & ibo ad Eccleſiam ejus, interpellabo eum, ut mihi meum reſtituat filium. Jam autem veſperaſcente, venit ad Eccleſiam beatiſſimi Nicolai confeſſoris, & proſternens ſe ante ſanctum alrare, cum gemitu & dolore dicebat : Confeſſor Chriſti, & amabilis famule Dei, Nicolae, cur in me tanta mala feciſti evenire ? ut filium meum dilectum, a me ſeparares; & alienigenarum gentium, eſſe feciſti ſervum? Heu me infelix ; numquid aliquando aliquod contra tuam ſanctitatem malum operavi ? ut merito mihi talem retribueres mercedem? Miſerere mei ſancte Nicolaë ſerve Chriſti, indulge mihi ancillæ tuæ; & mihi meum pupillum reſtitue filium, ac eum ſuis afflictis aſſocia fratribus, a quibus eſt ſepararus.

3. Hæc & alia multa, dum flendo diceret ; conſolari cæperunt eam parentes & vicini, dicentes : Ut quid tam amariſſime ploras ? Cur non conſolaris te ipſam? Recordare *quomodo tres viros, ſubito a morte liberavit*, (*a*) & mulra alia miracula, per ejus interceſſionem facta cognovimus eſſe. His itaque talibus dictis amicorum, mulier tacuit ; tamen per totum annum in lamentatione & anguſtia manſit. Revoluto autem beatiſſimi confeſſoris Chriſti Nicolai feſtivitatis anno, mulier ſpem ſuam habens in Domino ; iterum ſuos convocaus filios, dixit eis : Filii mei, ſaciamus in quantum poſſumus ea, quæ neceſſaria ſunt in feſtivitate ſanctiſſimi Paſtoris noſtri: forſitan merebimur, requiem adipiſci. At illi reſpondentes dixerunt : Cum filius tuus in tali re captus ſit; cur iterum nobis talia præcipis ? Tunc illa : Obedite, inquit, voci meæ, filii, & facite quod dico : ſcitote, pro quo amiſi eum, quia & ipſe miſericors eſt. Et illi dixerunt : Fac quod bonum tibi videtur. Cum ergo omnia præparaſſent, non tamen quanta ſoliti erant, venerunt ad Eccleſiam, cum parvis luminaribus. Mater ſe ante altare jaciens, cæpit talia dicere ; O ſancte Nicolaë, abundantiam olei & ceræ, ſemper ad te veniens obtuli. Nunc autem jam *ultra tibi datura non ſum* (*b*), quia tu mihi meos filios minuiſti : & ego volo, quod tuæ Aulæ datura devovi, minuta ſint amodo. Quod ſi mihi meum reſtitues filium ; ego tuæ ſanctæ Eccleſiæ duplam portionem reſtituo. Memorare, obſecro, famuli tui, viri mei ſervitium : & ejus miſerere filio, ut ſemper patris ſui præcepta adimpleat, quæcumque tibi fieri juſſerat. Iſta, & multa alia, cum lamentatione & fletu dicebat.

4. Interea namque inſantulus in captivitate poſitus, paſcebat oves Domini ſui. Dabatur ei quotidie modicum panis, & ſic *poſt oves* dimittebatur abire. Semper aurem recordabatur diei illius, quando ablatus a fratribus fuerat ; & præſtolabatur in dies, ut eum Dominus, ſuæ patriæ revocaret. In ipſa ſiquidem die, qua mater ejus ad beati confeſſoris Nicolai vigilias iverat ; poſt *oves* & ipſe perrexerat. Tunc cæpit intra ſe ipſum cogitare & dicere : O quanta in me calamitas evenit ! O quanta ſuper me anguſtia volvit ! Hæc cum magno dolore dicebat ; Quid ego feci, ut meis privarer fratribus? Alme Dei Nicolaë ſuſcipe preces, quas tibi pupillus devotiſſima mente depoſco ; ut Dominum pro me nimis afflicto rogites : quatenus me infelicem, huc ſine cauſa conductum ; ita *deliberes, quemadmodum illos juvenes*, jam ſub enſe depoſitos, *liberari* juſſiſti. Libera me, Chriſte, de opprobrio iſto, cui me ſuppoſitum video ; qui *liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis* ; & *filium viduæ*, (*c*) a vinculo mortis ſolviſti. Per famuli tui Nicolai preces, exaudi me, & viduæ meæ matriculæ, ſalvum reſtitue : quia tu omnes ſalvas, & neminem vis perire, Trinus, & Unus Deus, qui regnas in ſecula cuncta. Amen. Hæc autem oratione fuſiuſa, mater itidem poſtulabat. Per merita autem beati Nicolai confeſſoris ; amborum preces, ante conſpectum Domini conſtiterunt.

5. Statim autem ante faciem pueri, apparuit juvenis nimium ſplendidus : quem puer proſpiciens, advolutus ejus veſtigiis, gratanter volebat oſculari pedes ejus. Cui juvenis ait : Surge, ne feceris, ſed magis me ſequere. At ille cum gaudio ſurgens, cæpit illum aſſequi. Cæperunt autem tam velociſſi-

NOTAE.

(*a*) Si caſus ejuſmodi, *aliis pueris* accidiſſet ; qui conſolantes inducuntur ; ab his caſibus mulierem conſolarentur potius, quam a *tribus viris*, *quos* Nicolaus *a morte liberaſſet*. Num enim fingemus adhuc eodem tempore, anno, menſe, die, in diverſis locis, eundem caſum accidiſſe? Nuper vidimus, matrem etiam pueri, ſecus dicere.

(*b*) Nota minas iſtas, & promiſſa.

(*c*) Diligenter nota hanc ficti captivi pueri orationem, in qua non tinnit unquam ſimilis ſuo caſus.

ciſſime currere, ſicut nulla ſub cœlo reptilis, avolare potuiſſet. Æſtimabat vero ſe puer, non ſicut cæteri homines anguſtiando percurrere, ſed quaſi invitatus ad nuptias, citius properare. Juvenis itaque ante illum gradiens, quaſi ſplendidiſſima ſtella, paulisper ſe longius anteferebat. Et ſicut anxiatus homo ad fontem, ut animam ſuam refocillet pergere cupit; ita cupiebat ad veſtigia juvenis accedere; ſed eum penitus attingere non poterat. Quanto juvenis ante eum ambulabat, tanto ille gratanter eundem aſſequi juvenem geſtiebat. Hoc, & hujuſmodi alia agentes, venerunt citius ad Eccleſiam, ubi mater ejus, & fratres, obſequia beatiſſimi Nicolai confeſſoris faciebant: & ante januam Eccleſiæ eum poſuit, dicens: Vade in pace: ſcias te per merita Sancti Nicolai eſſe ſalvatum, & ſtatim evanuit ab oculis ejus. Cumque puer talia audiſſet, & vidiſſet mirabilia in ſe facta; cæpit conſiderare locum, ſive Eccleſiam, & ſolicite conſpicere populum, ut agnoſceret illum. Cumque cognoviſſet, ſe in ſuam Regionem reductum; cum magno gaudio cæpit laudare Dominum, dicens: Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, quoniam cum eſſem in Regione umbræ mortis, lux orta eſt mihi; & ſubito oſtendiſti in me miſericordiam tuam, per beati Nicolai famuli tui merita. Tu enim mortificas, & vivificas, tu omnes ſalvas, & neminem vis perire: tibi honor & gloria, in ſecula ſeculorum. Amen. Hæc autem eo orante, cæperunt eum agnoſcere omnes, qui ibidem ante januam Eccleſiæ, ad obſequium beati Nicolai, convenerant; & ſe terræ præcipitantes, cæperunt talia dicere: Vere iſte eſt puer, qui perditus æſtimatur a matre. Cumque eum certius agnoviſſent, curſu rapidiſſimo, ad eam intus Eccleſiam venerunt dicentes: Noli domina, noli anguſtiari amplius, quoniam fides tua, tuum tibi ſalvum reſtituit filium: & quia anguſtiata pro eo nimis fuiſti; modo magis exſulta, quia videre eum meruiſti.

6. At illa, dum talia audiſſet, ſicut excitata a ſomno; cum conſtantia magna, cæpit ſibi dicentibus taliter, reſpondere: Quæ dictis dicitis enixius rogito, ut mihi quam citius, demonſtrare euretis. Qui cum dixiſſent: Veni, & vide: Ille obviam lacrymando, ad matrem ſuam; præ nimio gaudio ante currit. Quæ eum intuita, extenſis ambobus brachiis, a longe currere cæpit. Statim puer, ejus advolutus veſtigiis, oſculari cupiebat pedes ejus. Quem mater amplexans, ſicut gallinæ mos eſt, ſub alas ſuſcipere proles; ita eum ſuis tenebat brachiis, & oſculabatur, dicens talia: Unde modo reverſa es dulciſſima proles? Quis te, cariſſime, ad nos uſque reduxit, lumen ac meæ ſenectutis fiducia? Lumen amiſſum hactenus, ſubito in me renovatum eſt. Similiter autem fratres ejus, tenentes brachia ſua, dulciſſima ei oſcula dabant, dicentes: Reddita eſt nobis margarita, quam quærebamus: datum eſt nobis gaudium, pro quo hactenus triſtitiam habuimus; quia frater noſter mortuus fuerat, & revixit; perierat, & inventus eſt: & nunc amodo canemus Davidicum verſum, dicentes: Ecce quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum. Tunc mater ejus, gratias referebat Domino, dicens: Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, quia viderunt oculi mei, quem deſideravit anima mea. Et nunc Domine modo impleta eſt veridica promiſſio, quam promiſiſti nobis: Petite, & accipietis; quærite & invenietis; pulſate, & aperietur vobis. Et iterum: Amen dico vobis, quia quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Ideo gratias agimus, & collaudamus nomen tuum, quia ſicut promiſiſti, ita & factum oſtendiſti. Quia tu es unus, & verus illorum Deus, qui te per beatum celebrant Nicolaum.

7. Cæperunt itaque omnes, qui aderant, una cum matre & filiis, unanimiter glorificare Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui per ſuum Athletam, ubique poſcentibus prodigia tanta feciſſet. Expletis omnibus Miſſarum ſolemniis, unuſquiſque ad propria ſunt reverſi. Illi autem in quadruplum, de omnibus rebus ſuis, per ſingulos annos devotiſſime memoriam beatiſſimi Nicolai confeſſoris, cum ſummo ſtudio perficiebant; agentes gratias Domino noſtro Jeſu Chriſto; qui cum Patre, & Spiritu vivit & regnat Deus, in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Kk IN

ADMONITIO.

Ex aliis Codicibus, hæc Mombritius tomo 2. affert, cum magna variatione. Ait *maritum* vivere, nec mulierem eſſe *viduam*. Viri patriam facit *Cæſaream*, nec puerum habere *alios fratres*. Reliqua conferat curioſus, qui amet penitius noſſe hanc fabulam.

IN CODICE MANUSCRIPTO LITERIS LANGOBARDICIS,

Monaſterii Caſæ novæ, in Campania Romana (qui ad Card. Borromæum ſpectabat) non habetur hoc miraculum pueri: ſed ejus loco, poſt vitam Sancti ſcriptam a Johanne Diacono, leguntur ſequentia diſticha in ejus laudem, cum hac Epigraphe:

Verſus de Sancto Nicolao Epiſcopo, & Confeſſore.

SUme Nicola ſacer, dicatæ munera laudis;
  Magna trophæa libens, ſume Nicola ſacer,
Orgia grata cano populis, de Præſule magno,
  Ut cuncti jubilent, Orgia grata cano.
Laudibus alme tuis, populi lætentur ovantes,
  Aſtra poli laudent, laudibus alme tuis.
Euge benigne puer altus ſpiramine ſacro,
  Contemnis mammas, euge benigne puer.
Fulva talenta jacens, ſamem, lupanaria demis,
  Clãque domum remeans, fulva talenta jacens.
Plaude Myræa polis, tanto redimita decore,
  Præſule ſub Magno, plaude Myræa polis.
Unda furentis aquæ, *lembum quaſſabat in alto*;
  Te prohibente ſilet unda furentis aquæ.
Tritica nauta ſacer, tribuit cum pectore triſti,
  Gratulat auge ndo, triſtia nauta ſacer.
Pallas iniqua mugit propriis ſpoliata colonis,
  Ima petens Stygiæ, Pallas iniqua mugit.
Imis edens latice, *nautarum pectora frigent*,
  Jus natura ſinit, imis edens latice.
Sæve cylindre ſile, nam nil tua munera proſunt,
  Fraus tua [*cuncta*] patet, ſæve cylindre ſile,
Quid ſuris, *Euſtachie*, damnãs ſine crimine juſtos?
  Ultor adeſt ꝛræſul; quid ſuris Euſtachie?

O venerande nimis præbens ſuffragia tanta,
  Omnibus ultor adeſt, o venerande nimis.
Quis valet alme Dei, meritas tibi promere lau-
  Currere per cuncta, quis valet alme Dei? (des?
Juſſa tremenda nimis, & *faſtus Cæſaris* arces,
  Eparchique ſimul, juſſa tremenda nimis.
Cæſar, & *Ablaſius* narrant mox mutua viſa,
  Juſſa cita peragunt, Cæſar, & *Ablaſius*.
Gloria Chriſte tibi, ſanctos, qui mire decoras,
  Atque nitere ſacis, gloria Chriſte tibi.
Spiritus aſtra petit, corpus miracula præbet,
  Oſſa manant oleum, ſpiritus aſtra petit.
Pectora cuncta ſtupent, cum, eum marmore ſiſtit,
  Dum *fluit ad tumbam*, pectora cuncta ſtupent.
Cantica digna Deo, ſocii pangamus ovantes,
  Aſtra ſimul reſonent, cantica digna Deo.
Dulcis amor Domini reſonet cum voce ſonora,
  Perſonet ore pio, dulcis amor Domini.
Gloria, ſumme Pater, tibi ſit, qui cũcta gubernas,
  Sit tibi laus, & honor, gloria ſumme Pater.
Et tibi Chriſte ſalus, virtus per ſecula cuncta,
  Flamine cum Sancto, & tibi Chriſte ſalus.

EX

ADMONITIO I.

Præter hos tinnulos, & luxuriantis, ſequioris & barbari ſeculi, verſus; in hoc ms. Cod. Card. Borromæi, aliud non habetur, niſi quidquiam de manna S. Nicolai, ex lib 6. cap. 103. Revelationum S. Birgittæ: quæ a Boniſacio IX. in Sanctorum canonem eſt relata. Codex ergo ille, 15. ſaltem ſeculo, ſiſti debet: quo nihil de captivi hujus pueri, liberatione miraculoſa, per S. Nicolaum ſacta, Latinæ Eccleſiæ innotuerat. Minima ætas Codicis: & tamen adhuc ea miracula ignorata; etiam ab horum verſuum ridendo authore, qui 15. ſæculo, Epilogum agit, vulgatorum actuum S. Nicolai: incipiens ab eo infantiæ, cum aliis, tum vulgatis. In primis nota, occultum & brevem curſum ſabellæ hujus (a Latino homine ſumma ſraude confictæ, quo loco Italiæ, neſcio) ut quæ nondum innotuerat alibi, nec authori horum carminum, decimoquinto ſeculo.

ADMONITIO II.

Sanctus Leo Papa IX. anno 1050. circiter, ab Anonymo Zuethenſi (in ſua Hiſtoria Romanorum Pontificum, a S. Petro uſque ad Cæleſtinum III., ideſt uſque ad annum 1193. circiter; edita in Theſauro noviſſimo Anecdotorum P. Bernardi Pezii; tomo 1. parte 3.) dieitur, ſcripſiſſe *Hiſtoriam Sancti Nicolai*. Ego vero (qui Leonem, Græce, nonnihil doctum novi, anno demum 1052.) eum neque ſcripſiſſe, neque ſcribi curaſſe duco, vitam S. Nicolai. Sed veriſimilius, de Græco in Latinum, aut illam Metaphraſtis, aut illam ipſam Methodii verti curaſſe. Quin potius; elegantius Latine recudere, illam noſtri Diaconi Johannis, quam modo dedimus, ſeciſſe. Quidquid autem de his ſit; nemo hactenus, in hanc Leonis offendit: & indubie erit perdita. Hin autem locus erat ejus edendæ, ſed, quod, ut dixi, ea caremus; ad alia properamus.

Eodem, quo Leo IX. tempore, floruit B. Petrus Damiani, Cardinalis, & Epiſcopus Oſtienſis; quem Baronius dicit, in laudem S. Nicolai ſermonem habuiſſe. Non negem, inter ejus ſermones; iſtum haberi, eique appingi. Verum Cl. Mabillonius advertit, eundem etiam inter ſermones S. Bernardi Abbatis inveniri; ipſumque, nec Petri eſſe, nec Bernardi; ſed Nicolai Clarevallenſis Abbatis, ſeculi duodecimi poſt Bernardum. Hoc illi principium: *Nicolaus iſte meus, immo & veſter, electus ab utero, ſanctus a puero, juvenum gloria, ſenum reverentia, Sacerdotum honor, Pontificum ſplendor, Conventum noſtrum ſua lætificat feſtivitate. Hic eſt Nicolaus, cujus miracula, per totam mundi latitudinem, diffunduntur: quem laudat Orbis terræ, & qui habitant in eo. Tot enim, & tanta miracula cumulantur, ut omnes literatorum argutiæ, vix ad ſcribendum ſufficiant, nos ad legendum.* Mitto reliqua. In vulgatis actis & prodigiis, Encomium hoc triumphat. Ædificium ruinoſum.

EX MEMBRANACEO CODICE VATICANO

in ſolio, inter Latinos num. 6074. pag. 5. *a tergo*.

Incipit Prologus, quem Nicephorus, Clericorum omnium minimus compoſuit in Translatione Sancti Nicolai Confeſſoris. (*)

SIcut manus Scriptoris, parata eſt ad dilucidandam ſuæ indaginis *trocbleam*; ita ſtrenua ad propalandum, quali in ſexu conditionis enucleet. Cujus figmentum, ſicut durum eſt in veritatis comparatione animari, ſenſuumque diſcretione connecti; ſic durum fore dijudicatur infirmis, Phyſicæ, Ethicæ, Logicæque rimare differentias. Quas illos infudare ad enucleandas decet, qui ſecundum categorias activæ, contemplativæque cenſuras vitæ, nectarea anxii camœna boare norunt; quique ſenſum ſenſui, verbum verbo, ſophiſtico Peripateticorum dogmate, vicatim indere curant (*a*). Æque quidem ego Nicephorus, Barenſium omnium ultimus, ineptus arte, incultuſque lucifluo ſermone, ad formandos hujus confeſſoris Domini clandeſtinos mores, ſanctamque vitam; quamquam immeritus, ejus ſuffragatus adminiculo, adgredior ſuæ Translationis textum, ſtili ſub brevitate narrare. Quam Domnus Curcorius lucidiſſimus Arbiter, cæterique Barenſium Prætores: immo Sanctarum Eccleſiarum Rectores; ſummo cum niſu cogentes, me dilucidare rogarunt. Quorum precibus parens, propter ejuſdem Sancti amorem, eorundem fide fultus, & interventibus (quamquam inſcius cernor ad tam lucifluum opus) anniſus ſum exarare; certam proſequens veritatem. Ideoque ſophos flagito lectores, cunctoſque liberalium artium calculatores; ut apleſtia ſopita invidiæ, Apologeticum in hoc conferant ſermonem.

Explicit Prologus.

1. Igitur dum Omnipotens Deus ſuo propenſiori, atque arcano cenſuiſſet conſilio; qualiter Barenſem urbem, cunctamque Apuliam Regionem, ſereniſſimo ac perpetuo viſitaret, immo decoraret, ſplendore; actum eſt, ejus divina providentia, ut quidam Barenſium ſagaces atque illuſtres viri, cauſa mercationis, cum tribus ratibus oneratis frumento, cæteriſque mercibus, pergerent Antiochiam. Qui dum cæptum agerent iter, inflammati divina inſpiratione, conſiliati ſunt, qualiter ſive euntes, vel redeuntes, Deo ſavente, tollerent a Myrea urbe, corpus beatiſſimi Nicolai confeſſoris Chriſti; ſe, ſuaque dantes pro tali deſiderio; conſpirarunt omni cum niſu implere illud. Quo, Deo volente, cum applicuiſſent, ſuaque negotia agere cæpiſſent; accidit nutu Dei, ut intelligerent id, quod meditati ſunt, velle patrari a Venetianis: qui eo tempore ſimiliter cauſa mercationis, illuc proceſſerant. Quod dum Barenſes veraciter agnoviſſent; ſcrutantes facta illorum, compererunt, eos habere parata ferrea inſtrumenta; cum quibus iidem Venetiani, ſi præire poſſent, in Myream ingredientes, beatiſſimi Nicolai confeſſoris Eccleſiam, furtim ejuſdem frangerent pavimenta; ſacrumque deportarent corpus. Conſiliis quorum, in lucem patefactis; ſpoponderunt Barenſes; ſi Dominus opitularetur, taliter ſe id acturos, ut & Veneticis, immo omnibus in Myrea manentibus, foret abſconſum. Deinde ſtudentes venundare ſua, emebant, quæ eis oportuna eſſe videbantur: citiuſque finitis utriſque negotiis; feſtinanter Myream venerunt ad urbem. Cujus portum tenentes; ſolito more, ſuas munierunt rates. Deinde direxerunt duos peregrinos Hieroſolymitanos, ab Antiochia ſecum allatos: quorum unus Græcorum, alter vero Franciæ genere exſtabat gentis: qui curioſius illas explorarent partes, propter Turcos, qui nefandiſſime eas exterminarunt.

Qui

N O T AE.

(*) Quam hiſtoriam hujus Translationis ſcripſiſſe teſtatur Vincentius (in Speculo Hiſtoriali lib. 25. cap. 83.) Johannem Archidiaconum Barenſem ad Urſonem Epiſcopum Barenſem, recenſet Surius tomo 7. ad hanc diem. Ineditam Nicephori, nos hic damus.

(*a*) Huc uſque paſſæ tenebræ; e quibus quid ſibi author velit, ignoramus. Dum grandia loqui, videri cupit, & admirandus duci; vel ipſe neſcit quid effutiat: *Dum vitat humum, fumum & inania captat.* Monachum eum dicit Bailletius; ſe *Clericum*, ipſe faſſus eſt: utique ſecularem. Monacho Clericus opponitur, in antiquis.

Qui dum ad ſanctum acceſſiſſent corpus, & eorum agnoviſsent abſentiam ; velociter remeantes ad ſuos, nunciarunt, quod ſecuriſſime ſuas poſsent implere voluntates. Statimque ſalubre accepto conſilio, quadraginta & ſeptem ex eis, ſuis ſtipati armis, devotiſſime ad Sanctum feſtinavere corpus. Cæteri vero non diſſimiliter, ſuis muniti armis remanſerunt, eaſdem ad cuſtodiendas naves; propter metum eorundem Turcorum: qui illam invaſerant Regionem, crudeliter depopulantes. Qui ſic ſagaciter, in duabus diviſi partibus, ſtatuerunt, fortiter dilectum implere opus. Illi namque XL. & VII. ad ſanctam devenientes Ædem pii Confeſsoris; quatuor tantum ibi repertis cuſtodibus, humiliter devotam intrarunt Aulam, ſanctam adorantes Aram.

2. Tunc nimium ſancto ferventes deſiderio, ſic eiſdem ajunt cuſtodibus: Oſtendite nobis, fratres, quo in loco Sancti manet conditum confeſsoris corpus? Qui putantes, quod cauſa orationis, ſive oblationis, iſta inquirerent; oſtendunt prius locum, unde cum peniculo, ſanctum trahebant liquorem; deinde oſtendunt, qualiter in loco eodem, Sanctum deliteſcebat corpus. Tamen quia Baſilica ſancta, ſequeſtrata erat ab incolatu hominum; iidem cuſtodes ſimulati in corde, ne ſanctum corpus inde tolleretur ab eis; quia ſolicite eos inquirunt Barenſes, dicunt eis: Cur talia inquiritis? Forſan ſanctum tollere vultis? Sciatis nos hoc minime conſentire vobis: immo ante poſſe mori, quam permittere, eum tolli. Quibus reſponderunt: Veraciter ſcitote, nos proprie propter id veſtris advenitſſe finibus: ideoque rogamus, ut verum nobis oſtendatis locum; & noſter labor non remaneat vanus. Cuſtodes vero videntes eos curioſos de oſtenſione loci; omnimodo renuunt pandere, dicentes: Pœnitet nos liquoris ſacri, & corporis pateſeciſſe vobis indicia. Tamen utrum ipſe ſit locus, an non; Sanctus Dei confeſſor, nequaquam permittet, vos contingere ſe. Ideoque recedite antequam hæc civium percutiant aures. Barenſes autem cernentes, eos precibus non poſſe molliri; ad callida ſe vertunt argumenta, fingentes ſancti ingenii verba, ex quibus minime culpandi eſſe viderentur, dicente Scriptura (*a*): Bona eſt fraus, quæ nemini nocet. Ajunt enim: Sciatis, quoniam Papa Urbis Romæ venit in Barim, civitatem noſtram, cum multis Archiepiſcopis, multoque Clero, & populo; & ipſe miſit nos in partibus iſtis, ut transferamus illi hoc ſacrum corpus. Et quod idem Dei confeſſor, in ſomnis apparens ei, præcepit, ſe noſtris transſvehi Regionibus. Rati etiam quod promiſſionibus poſſint deflecti; item ajunt: Si placet, parati ſumus præbere vobis quantumcumque pretii quæritis, pro tali Theſauro; ut in pace poſſimus ſequeſtrari, accepta benedictione. Quod dum audiunt, cuſtodes, videntes eos paratos ad deſtruendum Eccleſiæ pavimentum, corpuſque tollendum; penitus elingues efficiuntur.

Fugerat ore color, ſanguiſque reliquerat artus:
Plangunt, & veſtes ſcindunt e pectore ſacras:
Cum barba crines vellunt ex vertice triſtes;
Et melius cupiunt iſta diſcedere vita,
Quam tradant carum ſibi tot per ſecula Corpus —— Sanctum.

3. Quid dicam? Aurum, quaſi ſtercus abjicitur, blandimenta locutionum, quaſi viperea venena caventur: & omnimodo nituntur, ſe dedere fugæ; quo panderent hæc omnia civibus. Quorum velle, dum Barenſes aſpiciunt, ſagaciter ordinarunt, ut aliqui ex ipſis, tenerent cuſtodes ipſos: alii cuſtodirent januas Baſilicæ ejuſdem, & plateas, & vias; ut nulli accolarum Regionis illius, poſſent eorum addiſcere facta; ſed tam diu tenerent, quouſque cæptum implerent opus. Poſthæc vero unus e duobus presbyteris eorum, qui iſtis intererant actibus, ſuas inter manus tenens unum *lecythum* vitreum (quem ſancto impleverat liquore) ſuis ad oram illam ſociis, in tanto cupiens ſuffragari negotio; poſuit eum in vertice unius columnæ non multum altæ, quæ ſtabat in veſtibulo altaris, commixtuſque ſuis; inter varias collocutiones, qualiter agerent, dum tenderent moras. Res valde obſtupenda evenit eis, quoniam *lecythus* ipſe, e veſtigio lapſus e ſummitate illa, cum grandi fragore percuſſit marmor illud, ſub quo ſanctus accreſcebat liquor. Ad cujus impulſionem, unanimiter currentes, & reperientes eum totum

NOTAE.

(*a*) Viderint alii, an hæ artes, fraudes, & mendacia, digna ſint effoſſoribus ſacrarum reliquiarum? An *ea fraus nocebat nemini*, Myrenſes & Lycii reſpondeant: Et quam bene applicetur Scriptura ipſa; & quam vera erat illa legatio? Nec corruptio per pretium, melior eſt, in ſacris. His armati erant, pientiſſimi Mercatores; *verba fingentes ingenii ſancti*.

totum ſalvum; mirati ſunt, ſummum laudantes Dominum. Tunc quidem veraciter agnoverunt, quod idem Dei confeſſor per illum ſonum improperaret eis, ac diceret: Cur tam pigri eſtis, iſtud ad perficiendum opus? Mea eſt voluntas hinc proficiſci vobiſcum. Et locus, in quo per multa annorum curricula delitesco, hic eſt: conſiderate miraculum iſtud, (*a*) & meum ſumentes corpus, abite: Quia Barenſes omnes mea ſub protectione lætantes, perpetuo ſub mea jocundabimini ditione. Præterea quidam audaciſſimus juvenis ex eis, anxius ad illud perficiendum opus, ferociter irruit ſuper unum cuſtodem, cum evaginato enſe; & niſi oſtendat ſancti corporis tumbam, minatur, ſe illum protinus eodem interimere gladio. (*b*) Quem, dum quidam ex cuſtodibus ipſis prudentior, ac ſanctior cæteris, vidit ſic furentem, acceſſit cominus, ut indignantis animum iſtis mulceret alloquiis: Cur, inquit, ſic in Dei famulum ſævis? Ecce locus, a quo ſanctus educitur liquor: corpus vero Sancti, in eodem latitat loco. Sed hoc quidem ſcimus, per veterum relationem virorum; ſimulque per noſtrorum memoriam temporum; quoniam multi Imperatores, aliique Potentes; in hoc eodem deſudarunt ſtudio, ſed minime eis conceſſum eſt; nolente ſancto Dei. Forſitan eveniet vobis, (*c*) quod idem Dei confeſſor, præterito anno per viſionem comminatus eſt nobis; ut ejus incolatio alias tranſeat.

4 Quod cum Barenſes audiſſent, diligenter hunc interrogant cuſtodem, de auſpicio viſionis. Quibus reſpondit: Integer jam tranſactus eſt annus, ut Dei famulus Nicolaus, tribus ſuis innotuit manſionariis, per viſionem præcipiens; ut notificarent habitatoribus civitatis hujus Myreæ, qui pro metu Turcorum hinc auſugerant in montem (abſentem quaſi ad XII. ſtadia) ut aut redirent ad habitandam, & cuſtodiendam hanc civitatem; (*d*) aut omnino ſcirent, eum alias migraturum. Quod nunc, ſicut cernimus, veris oſtendit indiciis. Ideoque ceſſet gladius, ſopiantur jurgia, acriores minæ procul ſequeſtrentur: Et ſi permiſſum eſt vobis, ut Dei confeſſor, veſtris conveniat arcibus; ſine noſtra turbatione, noſtraque læſione, pacate abite. Sed quamvis culpabiles intueamur; noſmet ejus ſanctis præceptis credimus, Deo volente, quod non ſic facile proprios deſeret ſervulos. Tandem inde præfatus juvenis, cui nomen Matthæo, his acquieſcens alloquiis, cum ſociis ſuis recondito gladio, acceptoque malleo ferreo, viriliter percutiens marmoream tabulam pavimenti, ſancto ſuperſtratam corpori, penitus eam parva redegit in fruſta. Qui non dum multum ſoderat in profundum; cum ſocii ejuſdem inſiſtentes labori, repererunt tumbam marmoream, valde candidiſſimam: quam detegentes uſque ad medium; valde pavebant percutere eam, ne quid moleſtiæ eveniret eis. Mox ille cæteris audacior, jam ulterius non valuit ſuæ mentis tolerare fervorem; ſed pro nihilo duxit quidquid mali ei adveniret: (*e*) qui fortiter ejus feriens coopertorium, minutatim fregit. Quo aperto uſque ad umbilicum, ſancti corporis, inventa eſt eadem tumba, plena ſancto liquore: ibi aſtantibus ambobus presbyteris, qui eum ferire juſſerunt, & quodam ex naucleriis, cæteriſque ſociorum, qui cunctis interterant factis. Præterea tanta odoris fragrantia ſubito ſecuta eſt, ut omnes putarent, ſe in Dei paradiſo conſiſtere. Quæ non tantum præſentibus, verum etiam congruis ſpirantibus auris; uſque ad mare, fere tria miliaria ſepoſitum, cæteris ſociis dilapſa eſt. (*f*) Ex qua reſpirati, extemplo omni jocundantur lætitia; agnoſcuntque, quod ſanctus Chriſti confeſſor, ſuis conſenſerit ſociis.

5 Poſthæc temerarius ille, totum audacter ingerens ſe Sancto, nihilque, ut dictum eſt, titubans, indutus, caligatus, ardenter ſacram deſcendit in tumbam. Qui ingreſſus, ſubmergens ſuas in liquore palmas, reperit reliquias ſanctas natantes; aromatum omnium ſuavitatem vincentes: quas inſatiabiliter

N O T AE.

(*a*) Sine miraculo: e *columella non multum alta*, lecythus forte craſſior, cecidit, & non eſt fracta. Nicephorus utitur Proſopopæja; qua non uſusutique eſſet Sanctus.

(*b*) Verus character pii effoſſoris: enſis, & per eum, *minæ de nece*.

(*c*) Nunquam hæc verba dixerit ille cuſtos; & multo minus viſionem, etiamſi, veram demus.

(*d*) Fictæ minæ, & tanquam ex ore Sancti (hic quadrat illud: *dicit Deus*, & *Deus non dixit*) quod *auſugiſſent ad habitandum ad* XII. *ſtadia* a Myris. XII. ſtadia conficiunt mille & quingentos paſſus. Et tantus rigor, & minæ, *ut redirent ad habitandum?* Vera autem ratio erat, ni *cuſtodirent civitatem*, ne in Turcarum manus veniret.

(*e*) Qui pro nihilo ducit *quidquid mali ſibi adveniat* a Deo, & Sanctis; non audax, ſed *temerarius* eſt; non pius eſt, ſed *impius* contemptor Dei. *Temerarium* infra, eum dicit ipſe Nicephorus.

(*f*) Quantus *odor* ex Urna! ut uſque ad portum Andriaces, *ad tria ferme milliaria* a Myris; cæteris ſociis *ſit dilapſus*! Auxeſis hæc eſt Nicephori, hominis ex toto, addicti prodigiis. Quæ ubi deſunt, *ipſe ſibi ſomnia fingit*.

deoſculatus, venerabilibus porrigebat presbyteris. Ex quibus datur intelligi, quod veridicus Chriſti confeſſor, libenter ſe annectebat Barenſibus. Quod videntes cuſtodes amariſſime plorabant, dicentes: Veſter eſt Sanctus; nam nunquam aliquibus talia conſenſit. Heu, proh dolor! quam grande malum noſtræ accidit Patriæ! Et Sancto flebiliter dicebant: Domine noſter, pater ſanctiſſime, cur nos deſeris afflictos in multis miſeriis? Alienigenis exſtas pius, alumnis impius. (*a*) Ecce, ut videmus, pro nihilo ducis cuncta noſtræ ſervitutis obſequia, quæ tuæ gloriæ impenſa ſunt a progenitoribus, & nobis. Talia tuis rependis præmia accolis? Heu quam fuſcis obnubilas cunctam Lyciam Regionem tenebris! Domine, cur non prius morti tuos adjudicaſti famulos; quam tuam a nobis videremus diviſionem? Ut ex miti patre, immitis probaris vitricus; & dilectos natos, quaſi peſſimos abjicis privignos! Heu, quam plorabiles ducemus cunctos noſtræ vitæ dies; dum nos noſtroſque filiolos ſimul, & res videbimus peſſime exterminari! Amodo, quo fugiemus? Quis nos defendet ab incurſibus inimicarum gentium: vel quis pro noſtris intercedet reatibus? Interea dum ipſe juvenis, diligenter ſanctiſſimi perquirens corporis reliquias; omnes invenit illibatas. Quas alter presbyter, cui nomen Drogo eſt, in bombycino novo indumento ſui corporis, recepit ſatis fideliter. Cæteri vero ſociorum, cupiebant tollere inde unam mirificam Iconam veterem, & ſimilitudinem Sancti Nicolai depictam: ſed nullo modo eis conceſſum eſt. De qua datur intelligi, quia verus Chriſti confeſſor, nequaquam funditus illas voluit dimittere partes. Barenſes autem gaviſi, ſubito arreptis armis, ſimulque ſancto corpore, illo primo presbytero bajulante illud ſuper ſuos humeros; ſuas repedarunt ad naves: magnalia Dei laudantes. Socii vero eorum, audientes voces laudum, quas reddebant Deo in itinere, pro donato Paſtore; lætanter obviarunt eis: immenſoque gratulantes tripudio; in commune laudarunt Omnipotentem Deum, qui tam magno exenio coronavit Barenſes. Certe plurimas ibi ſuderunt lacrymas in illo die, ſcientes ſe indignos tanta bonitate.

6. Interea omnia iſta nota fiunt civibus, ab his, qui a Barenſibus retenti fuerant, & liberam abeundi acceperant facultatem. Quid moror? Fit repente concurſus virorum, ac mulierum diverſarum ætatum, innumerus uſque ad mare; omneſque gravi detenti mœrore; flebiliter ſe, ſuoſque deflebant poſteros, tanta bonitate vacuatos. Ajunt itaque noſtris Barenſibus: Qui eſtis? vel unde huc adventaſtis? talia auſi in pertinentiis committere noſtris: Unde in vobis tanta, taliſque orta eſt temeritas? ut auderetis noſtra contingere ſancta, ex antiquo, ſancto repoſita loco? Ecce ſecundum noſtram Æolicam notitiam, *ſeptingenti, & ſeptuagintaquinque anni tranſacti ſunt*: (*b*) in quibus nulli aliquando Imperatorum, vel quorumcumque hominum, talia commiſerunt. Satis grandiſſimam rem conſenſit vobis Altitonans dominus, ejuſque confeſſor, beatiſſimus Nicolaus; qui nos relinquit orbatos, voſque omnino ignotos, renovat in filios. Et nullo modo ſe continentes, induti, & calceati in mare mergebantur: & plorantes, capiebant temones navium, & remos dicentes: Reddite Patrem noſtrum, & Dominum noſtrum, tutorem, & nutritorem noſtrum; qui nos omnimodo ſua protectione, tutabat a viſibilibus inimicis. Et ſi totum; vel partem ex eo præbete nobis; ut non penitus tanto fruſtremur Patrono.

7. Quorum ejulatibus Barenſes compatientes, dulcia præſtant colloquia: ajunt enim: Sciatis nos ex Apuliæ partibus oriundos eſſe; & ex Barenſi urbe huc adveniſſe, per revelationem, ad hoc ſanctum corpus tollendum. Cur tantis calamitatibus irrationabiliter affligimini? *Sicut vos dicitis*; quia *a tempore*, quo ſanctus Dei confeſſor *obiit, ſeptingenti & ſeptuagintaquinque anni præteriti ſunt*. Satis eſt, (*c*) ejus habuiſſe beneficia, tam vos, quam & progenitores veſtros. Nunc quidem ejus eſt voluntas proficiſci hinc, ut alias Mundi illuſtret partes. Sane abundanter conſolari

NOTAE.

(*a*) Ut Antitheſim Nicephorus faciat; *impium* ſinit Sanctum appellari a devoto ejus. Vim verbi Nicephorus ignorabat & blateravit. Nec minoris ſunt illæ Græcorum exprobrationes, de obſequiis, a ſe, & a progenitoribus ſuis præſtitis Nicolao; qui ſe exteris, tam libenter, & facilem permittebat, ut ſe relinqueret. Hæc omnia *ingratiſſimum* prædicant Nicolaum. Et tamen Nicephorus, ea cuncta trahit in ſua retia.

(*b*) A Myrenſibus ergo tunc credebatur, Nicolaus obiiſſe anno Chriſti 312. Quandoquidem anno 1087. (anno hujus translationis) tenebant Nicolaum *ſeptingentis, & ſeptuaginta quinque annis* retro, obiiſſe. Anni enim 312. & 775. conficiunt annum 1087. Dementatæ tunc erant Provinciæ omnes, ſomniis illis, Conſtantini Magni &c. quæ a ſeptimo ſeculo, circumferebantur, per Græciam univerſam.

(*c*) Doloroſiſſima conſolatio, & ab authoribus tanti mali.

Digitized by Google

ſolari poteſtis; eo quod ejus habetis monumentum, ſancto plenum liquore, quod vobis relictum eſt: imo & Iconam, de qua multa ſenſiſtis beneficia. Juſtum namque eſt, ut tam grandis, & illuſtris civitas, ut Baris eſt, tanto fruatur Patrono. Interea iidem indigenæ ibi vident aſſiſtere deflentem, quendam e Paramonariis illius orbatæ, ac deſolatæ Eccleſiæ: quem capientes, dum affligerent in multis verberibus, quod idem ipſe per pecuniam, ſanctum tradidiſſet corpus, cum ſociis ſuis. (*a*) Sed beatiſſimo Chriſti confeſſore eum liberante ab illorum ictibus, ſtupefacti remanſerunt; agnoveruntque, quod inculpabilis eſſet. Deinde ſancto corpore honorifice recondito in una parvula *bucte*, (*b*) & Phœbo deſcendente ad undas; propitioque flante vento; iidem Barenſes pacatum navigare cæperunt per æquor. Tunc quidem accolæ illi, videntes, ſe tanti Patroni diviſione humiliari, & Barenſes relinquere portum; novoſque Deo, & Sancto reddere Stichos; iterum in magnos converſi luctus, implebant littora ſimul, & aëra gravibus ſingultibus. Teſtantibus eiſdem Barenſibus, quod ad duo pene milliaria, rumores ululatuum eorum ſonarunt: immo quod pauci eſſent ex eis, qui vix ſe illis continerent fletibus, compatientes eorum miſeriis.

8. Quique percurrentes multæ longitudinis iter, nocte illa quieverunt in loco, qui dicitur *Caccavus*, deinde tranſeuntes locum *Majeſtram*, poſtquam ad profundas devenere aquas maris; valde impediri cæperunt, eis flatibus, & vento, qui dicitur Aquilo, objiciente ſe eis uſque ad Pataram civitatem; unde Dei confeſſor oriundus exſtitit. In quam cum grandi periculo declinantes; putarunt, quod idem Dei Sanctus, nequaquam voluiſſet ire cum eis; neque dimittere eos ultra progredi; donec redderent eum. Sed cogentes ſe ſupra modum ſuarum virtutum, quaſi ad viginti quatuor milliaria; & nec valentes procedere ultra; inviti ſuum declinant iter, in locum, qui dicitur, *Perdikca*, defecti viribus. Qui deſcendentes ad littus, videbant mare quietum, ventum cupitum; & nec valentes ambulare, calumniabantur inter ſe, ne quiſcunque ex eis furatus eſſet de reliquiis ſanctis. Repente decretum eſt a naucleriis, ut parato Evangeliorum libro, viciſſim jurarent omnes nautæ, quod nullus eorum furatus eſſet ex eis. Quod ſi auſi fuiſſent facere, conſiliarentur qualiter, e ſancto agerent corpore, ut ad propria redire valerent. Tunc vero quinque ex nautis ipſis, manifeſtarunt, ſe habuiſſe de reliquiis ſanctis. Quibus redditis, repoſitiſque cum cæteris; tam hi, quam omnes jurarunt, dicentes, ut nullus eorum amplius haberet de reliquiis ſanctis. De quo facto, nullus ambigere debet; quia ex Dei voluntate, hoc actum eſt, (*c*) ut tam diu demorarentur, donec omnes ſancti corporis reliquiæ indiviſæ conderentur. Unde datur intelligi, quod idem Dei confeſſor, nequaquam vult, ut ſuæ aliquando partiantur reliquiæ; O mirabilis Deus! quam ineffabilis tua eſt Potentia! cum non per vocem alicujus Angeli, nec per revelationem quorumlibet Sanctorum, neque per eundem ſanctiſſimum Nicolaum, qui in hoc magis viget: immo nec per portentorum ſuorum ſomnia, iſta pandere permiſiſti; ſed muta elementa tamdiu in eos diſſimulaſti, quouſque Sancto redderent ſua.

9. Denique poſt factum ſacramentum, quieſcentibus ventis, proſtratoque tumore maris, linquentes littora, velificantibus ratibus, in commune gaudentes venerunt in locum, qui *Marciano* vocatur. Deinde, cum præterirent Gulſum (*d*) *Tracheæ*, accidit, ut quidam nautarum obdormiens, graviter premeretur ſomno; (*e*) in quo apparens ei Sanctus Nicolaus, dixit: Nolite pavere: ego enim vobiſcum ſum; & ad viginti dierum numerum, perveniemus in Barim civitatem. Qui dum expergefactus fuiſſet, & quæ vidiſſet, ſuis narraſſet ſociis, omnes immenſo jocundantes gaudio, venerunt in *Cereſanum*. Ubi dum comediſſent, indeque ſumpſiſſent aquam, cum

NOTAE.

(*a*) Et utinam etiam non factum ſit pretio! his enim artibus utuntur Mercatores, dum emunt, vendunt. Corrumpunt cuſtodes, dum aliud nequeunt: torquent: enſes & minas intentant. Hæc omnia adhibuiſſe Barenſes, dum oſſa illa ſacra rapuerunt; teſtis luculentiſſimus eſt Nicephorus: approbator, & laudator; & cuncta ad prodigia trahens, ad miracula, ad viſiones.

(*b*) Parvula *Buctis*, eſt *doliolum*. Italice *botticello*. Dignum vas: ſive pro aqua, ſive pro vino inferviebat! *Arcula* non deerat, & erat decentior.

(*c*) *Nemo ambigat*, jubet Nicephorus, Secretorum Dei ſolus Scrutator. Non antea, non poſtea volebat Sanctus hoc jusjurandum. Pataræ tantum voluit; & idcirco eos detinuit immotos in eo portu. Quamque veræ, & propriæ exclamationes, divinationes in laudem Dei!

(*d*) Ex Italico *Golfo*: *Sinu*.

(*e*) Nicephorus etiam ſomnia vertit in rem divinam. Amans amantem ſomniat; nauta ſua ſomniat deſideria, finem itineris, & patriam. Vigilans exiſtimabat tot dies; totidem ſomniavit.

eum veloci curſu velificantes per ſpatia duorum dierum, uniuſque noctis, tanſcurſis quingentis milliariis, applicuerunt in inſulam Milum; ibi quieturi nocte illa. Albeſcente autem aurora, aggreſſi ſunt iter ſuum. Qualiter autem una miranda res eis acciderit, non prætermittam; ſicut, qui viderunt, narrarunt mihi. Nam dum tenerent pelagus, venit una parva avis, alaudæ ſimilis, (*a*) & ſedit in dextro temone navis, in qua ſanctum ducebatur corpus, & deambulans ſuper eum, ceu ab ipſis nutrita foret; manſuete aſcendit manum cujuſdam nautæ, qui tunc temonem regebat eundem. Indeque mota, perrexit, ubi ſanctum quieſcebat corpus, & modica voce canens, cum roſtro ſuo leniter tangebat buctem illam, in qua ſanctæ deliteſcebant reliquiæ. Benigni fratres; o quam laudandus eſt Omnipotens Deus, qui non tantum homines; verum etiam muta animantia, in laudationem, & venerationem ſui ſancti confeſſoris dirigebat. Nam cantus avis, laudatio ſuit; tactus vero roſtri, oſculum intelligitur, quod fideliter ſancto offerebat corpori. Quæ canendo circuiens unamquamque ratem, ſimul & homines; viſa eſt omnibus, dare beatitudinis laudem, eo quod tam magnificum, mirabilemque geſtabant Paſtorem. Quæ reddito ſuæ obedientiæ obſequio, evolans, amplius ab eis viſa non eſt. Nec multo poſt venerunt in inſulam, quæ Æolice dicitur *Stapbnu*, Latine vero *Bonapolla*. (*b*) Deinde venerunt in nobiliſſimum Portum, qui dicitur *Gereca*: indeque modo lætabundi intrarunt *Monombaſiam* civitatem: qua relicta poſt aliquantum ſpatium, applicuerunt in *Methonem*, ubi emerunt vinum, & quæ neceſſaria erant. Deinde venerunt in *Subkeam*; ubi paululum quieſcentes, in nullum jam declinaverunt locum; ſancto confeſſore Chriſti lætificante eos.

10. Igitur, ut ventum eſt in *Portum Sancti Georgii* martyris Chriſti, quatuor diſtantem milliariis a Barienſi urbe; conſtruxerunt Clepſydram, in qua ſanctum ordinaverunt corpus, amoventes eum a bucte illa. Cui urbi quantæ doxæ . . . . (*c*) connexæ ſunt: prout Samaritanus præſtiterit, in paucis pandere curabo. O Baris, cœlicolæ ſociata Hieruſalem, cum omnibus tecum manentibus, innumeris exſultans favoribus, gaude. Gaude Baris omni amodo plena jocunditate. Gaude Baris, innumeris farta præconiis. Gaude Baris, in te excipiens novum Legatum ſalutis. Gaude, quæ cunctis Apuliæ arcibus, laudabilior probaris. Gaude, quæ triumphali victoria coronaris. Nam Nicolaus Grece; Latine *Victoria* reſonat *populorum*; qui vere vicit; cum Barenſes, Apuloſque omnes, ſub tua protectione, acquiſivit; a poſſeſſione infirmitatum liberares. Gaude, quæ per beatiſſimum Nicolaum; inter Angelorum Choros, tuos agnoſcis aſcriptos nutritios. Gaude, quæ celebri ſama per totius mundi climata diſſeminaris. O quam pie te reſpexit Omnipotens! o quam ſuaviter te tuæ ſubegit benignitati! O quam clare te irradiavit, ſui aſpectus lumine; cum te ſanctis commendavit Angelis protegendam! O quam vigili cuſtodia, die, ac nocte, horis atque momentis; ſummo ſuper te invigilant ſtudio! Nempe, non per te, quæ multis molibus peccatorum gravaris; ſed per beatiſſimum ſuum confeſſorem Nicolaum; cum quo legiones advenerunt Angelorum. Fratres dilectiſſimi, reſipiſcamus omnes, & omni cum niſu revertamur ad Dominum, qui noſmet, nimis pie decoravit, ætherea margarita decorans. Nam, ſi toto ex corde, ad eundem converſi fuerimus dominum; non tantum hoc eximio lætabimur dono, quantum ab ipſo donante, futuro, cœleſtique remunerabimur bono. Sint nobis teſtes Lycia Regio, Myrea ſimul, Patara civitates ejuſdem; quæ ſi hujus confeſſoris Dei, antiqua præcepta, præſenteſque virtutes, fideli ſequerentur tramite; nullatenus eas idem deſineret gubernare. Ideoque omnimodo ſeparentur a nobis adulteria, perjuria, homicidia, furta, odia, falſitates, malignitates, lites, detractiones, ſupe rbiæ; & quæcumquein nobis, noſtram obnubilant fidem. Quibus objiciamus almificas virtutes, noſtram juſtificantes fidelitatem. Immo omnibus pro Deo, ſuique confeſſoris amore, undecumque huc venientibus, ad oblationes, ſacraſque orationes ſolvendas; nullus noſtrorum, aliquid contradictionis, vel moleſtationis apponat; nec negotia

gotia

NOTAE.

(*a*) Ut ſubito arripit Nicephorus caſus iſtos! Deerat hæc avis, ut in divinum prodigium, & miracula, cuncta verteret; invita rei veritate, & caſu. Etiam cantus avis, laudatio Sancti fuit: & hoc *omnibus viſum eſt*. Ut venit, ita evolavit; ita concinit, & geſſit alia; ut, ubi aves volant in naves. Omnia naturaliter. Quid illud oſculum avis, roſtro?

(*b*) Ignotum Græcis *Staphnos*; nec auxilium a verſione *Bonapolla*: quæ neſcimus quid ſibi velit.

(*c*) Hinc infra, manu recentori ſcribitur: *Hic videtur deſiderari folium*, [charta] *ut patet ex numeri ipſorum nota*. Reapſe, ſequens pagina. ſignatur num. X. Clarum eſt itaque deeſſe pag. IX.

Digitized by Google

gotia exerceat fracta. Quia, ſi idem Dei Sanctus, nos proprios ſervulos, taliter malis amaricatos, boniſque redimitos aſpexerit; non ſolum in nos ſolitas oſtendet virtutes, ſed & per ſuum interventum, Regni cœleſtis efficier poſſeſſores.

11. Igitur poſtquam Barenſes, ſuper Portum propriæ civitatis applicuerunt; parentibus illorum, cum raticulis obviantibus eis; relatum eſt, quatenus ſecum translatum eſſet beatiſſimi confeſſoris Corpus. Quod dum quidam ex eis, veraciter agnoverunt; velocius remeantes ad littus; magnis cum vocibus, acclamarunt hoc ibi aſtantibus: quod fama ubique divulgante per urbem, omnes catervatim concurrunt, ad tam mirum, amandumque ſpectaculum. Clerici vero Barenſes, ſacratis induti veſtibus, cœleſtibuſque intenti favoribus, rapidis cum paſſibus deſcenderunt ad Portum, exſpectantes ſanctum ſuſcipere Corpus. Interea nauclerii ſimul & nautæ, per legationis officium, ſuis nuntiaverunt civibus, dicentes: Quando nos ſacrum tulimus Corpus; tunc promiſimus, ut pariter nobiſcum conderemus ei dignam Eccleſiam, in Curte Dominica, quæ dicitur *Catapani*. Petimus, ut noſtris aſſentiatis promiſſis. Ex quo dicto, grandis inter omnes, orta eſt diſſenſio: quorum alii, qui plures videbantur, laudarunt illorum ſponſiones; alii vero nequaquam; ſed cupiebant, ut Sanctus Dei confeſſor, ferretur in Epiſcopium. Quibus, ex utriſque partibus, litigantibus, factum eſt, ut Domnus Helias, venerabilis Abbas Monaſterii ſancti Benedicti, civitatis ipſius, aſcenderet naves illas, & poſt libata oſcula ſancta; vectoribus dixit illarum:

Huc adii ſophi petiturus pectora veſtra,
Fratres, quo Sanctum mihi vos cedatis amandum:
Cui nos veraces ſtudeamus reddere gentem;
Donec vobiſcum vulgus conſenſerit illud,
Quod promiſiſtis Sancto, Populoque petiſtis,
Dominica, quo Curtis Nicolao ſit domus almo.

Cujus dilectæ petitioni, omnes fideliter aſſenſerunt, ſanctum præbentes Corpus. Deinde juſſum eſt, Eccleſiarum omnium ſonare campanas, propter ejuſdem Sancti honorem: deponenteſque lipſanum ſanctum (*a*) ſumma cum cautela; poſuerunt illud, ſuper altare ejuſdem Sancti Benedicti: omnibus ex partibus, diſpoſitis armatis navium, ne aliquam paterentur vim, a quacumque parte civitatis.

12. Tunc vero miſſum eſt feſtinanter ad Domnum Urſum, Barenſem Archiepiſcopum, ut ad tam mirificam, excellentiſſimamque rem, quam citius feſtinaret: qui eo ſcilicet tempore aberat Canuſiæ, pro cauſa ſanctitatis implenda. Quo audito, dum cito citius Barim repedaret ad Urbem; ſonipes ejus non tantum ſuis curſitabat gradibus, quantum ipſius animi ardor feſtinare anhelabat. Ingredienſque civitatem, feſtinus ad ſanctum declinavit Corpus: cui debitam reddens venerationem; tanto gaviſus munere, ad propriam remeavit Sedem: diſponens, ut reverenter illud, ad ſanctum geſtaret Epiſcopium. Quod audientes nauclerii cum ſociis ſuis, immo & populi, qui eorum conſenſerant velle; omnes æque concurrunt ad reſiſtendum: quod dum idem Præſul audiſſet, ab illa profectione ſuum retraxit pedem. Tunc miſſi ſunt ei legati nobiliſſimi, ac ſagaciſſimi Barenſium viri, deprecantes, ut eorum conſentiret voluntati. Poſtquam vero legati reverſi ſunt ad ſuos, ſine cupita reſponſione, graviter inter ſe tumultuari cœperunt; eo quod Præſul ipſe meditaretur vi, vel dolis, ſanctum Corpus auferre. Igitur, dum ex utriſque partibus, ſubito arreptis armis, commiſerunt pugnam; accidit, ut ex ambabus turmis, morerentur (*b*) duo adoleſcentes; quorum animas veraciter credimus, atque firmamus in perpeti beatitudine fore locandos, ſummo favente Deo; eo quod uterque propter deſiderabilem appetitum ſancti Corporis obierunt. Quibus adhuc dimicantibus, ſanctum Corpus e veſtigio ſublatum eſt ab ipſo Monaſterio, cum grandiſſimo honore armatorum, aliorumque populorum, clamantium *Kyrie eleiſon*, cæteraſque canentium laudes. Qui enudatis capitibus, educentes illud per Poſterulam ejuſdem Monaſterii, a parte maris; detulerunt in præfatam Curtem, ad Eccleſiam Sancti Euſtratii martyris Chriſti. Qua everſa poſt ali-

Mm quot

NOTAE.

(*a*) Mirum (& præcipue eſt notandum) in toto itinere, & Barii, amplius de oleo, de liquore, de myro e ſanctis oſſibus Nicolai manante (ne hic quidem) verbulum facere Nicephorum. Nemo tot infirmorum, quot infra narrat, ſanatus legitur eo potu, vel contactu, vel ad ejus aſpectum. Hoc ſilentium loquaciſſimum. Et tamen hodie ab ævo, fons eſt, & perennis fluvius ſanctæ aquæ, in illo hypogæo ad littus maris, ubi Eccleſiam nautæ erexerunt. Certum eſt autem, hoc myrum ſanctum, Barii ex eo corpore, a 12. ſeculo jam manaſſe.

(*b*) *Pio* ergo itum ad arma. Et cœſos in pugna *duos adoleſcentes veraciter credit*, *& firmat* noſter Nicephorus; *in perpeti beatitudine fore locandos*. In fortiſſima ratione; *quod uterque propter deſiderabilem appetitum ſancti corporis obierunt*. Quaſi martyres eos ducit: qui ſi *ſecum pro eadem Fide* pugnaſſent non eſſent martyres. Sacra Rituum Congregatio inter ſuos Theologos Nicephorum non adſcriberet.

Digitized by Google

quot dies, cum aliorum Sanctorum Eccleſiis uſque ad ſolum; conſtructa eſt in eis, cum alio ſpatio ejuſdem Curtis, ſplendidiſſima ac magnifica Eccleſia ab eiſdem Barenſibus ad honorem beatiſſimi Nicolai, ipſorumque Sanctorum. Diſponente eo fundamine, eodem Domno Helia Abbate, cum Barenſium nobilibus; qui præerat cuſtodiæ ejuſdem ſancti Corporis, rogatus ab eodem Archiepiſcopo, cunctiſque civibus. Quod, ne invaderetur ab aliquibus per vim ad tollendum; cuſtodiebatur die, ac nocte, a diverſis phalangibus armatorum, donec honorifice locaretur in eadem Eccleſia.

13. Sublatum eſt autem Corpus ſacratiſſimum Sancti Nicolai, confeſſoris Jeſu Chriſti, de Myrea civitate, undecimo die Aprilis, jam tendentis ad exitum; & nono die Maii jam habentis principium *devenit Barum civitatem* (tria hæc verba, ſcripta ſunt, ſupra, charactéri recentiori) *Tranſactis ab Incarnatione Domini, mille octoginta & ſeptem annis ſub Indictione decima*. Nunc etiam ſi Dominus adjuvarit, referam, qualiter adventio Sancti exteris innoteſceret. Ægri diverſis languoribus poſſeſſi (quos ex omnibus partibus civitatis, concurrentes populi, cum magnis devotionibus, in idem Monaſterium, ſecum detulerant) ſanitati ſunt reſtituti. Ex quibus nocte illa, & feria ſecunda, ſani facti ſunt XL.& VII. homines diverſi ſexus, & ætatis. Inter quos ſanus factus eſt quidam nobiliſſimus Barenſium, & quidam Armenus, cum ſiniſtro latere, toto arido; & lunatici tres: & quidam homo ſurdus, & mutus: manci duo: duo infantes gibboſi: cæci tres; & quidam homo, de genere Piſanorum, cum brachio arido & manu, pedibuſque claudus: & alii, quos longum ducimus enarrare, qui omnes erant habitatores ejuſdem Barenſis civitatis. In tertia vero feria, ex multitudine populorum concurrentium ex villis, & oppidis, atque civitatibus circumquaque poſitis; in ipſo Monaſterio curati ſunt, infirmi novem, uſque in quartam horam ipſius feriæ. Per idem, unus infantulus cum brachio, & manu arida, & oculo maculato; & quædam mulier mendicans, ſurda, & ambobus pedibus clauda; & alter infantulus dæmoniacus; & quædam infantula Armenia, dæmoniaca; & una mulier Juvenatienſis tota arida; & alia mulier gravi poſſeſſa ægritudine; & quædam mulier lunatica, & paralytica; & quidam peregrinus cum ſiniſtra manu arida, oculiſque cæcus.

14. Poſtquam vero ipſa feria portavimus idem ſanctum Corpus in eandem Curtem; curati ſunt quatuordecim infirmi; quos item dinumerare, longum eſt. In quarta quoque feria, curati ſunt viginti & novem infirmi. Primum, quædam demoniaca, tota arida, de villa, quæ dicitur *Terlizzus*; & quædam puella de civitate Bitunto; & quædam mulier de civitate Aſculo; & quædam mulier dæmoniaca, de civitate Taranto. Lunatici tres; cæci duo; & alia mulier gibbo preſſa; & quædam mulier de oppido Sancti Viti, (quod eſt ſub Caſtro, montis Scagioſi) quæ quotidie, per plures vices cadebat graviter, anxiata uſque ad exitum animæ. Hæc diligenter inquiſita a me; quid vidiſſet, quando ſanata eſt; dixit; veniſſe ſuper ſe, unum magnum accipitrem, & ſtetiſſe ſuper pectus ſuum, & expanſis alis, cooperuiſſe ſe. Quo recedente, ſubito ſubſecutus eſſet tam ſuavis odor, ut æſtimaret, ſe fore in Paradiſi amœnitate. Quod & alii ex curatis, ſimiliter teſtati ſunt. De quo indubitanter credendum eſt; ut ſit ejuſdem Sancti confeſſoris Angelus, qui ſanctum quotidie cuſtodit Corpus. Immo ſanata eſt quædam puella Barenſis, nimio dolore genuum fatigata; & alii, quos longum duximus enarrare. In quinta quoque feria, idem Dei confeſſor revelavit ſe per viſionem, cuidam venerabili monacho; præcipiens, ut omnibus diceret populis, ne deſperarentur e ſanitatibus; eo quod per nutum Omnipotentis Domini, pergeret Græciam. Tamen priuſquam pergeret, viderent magnum miraculum eſſe patratum. Quod ita factum eſt: quoniam ipſa feria, ante Solis ortum, ſanus factus eſt quidam juvenis, per quinque annos poſſeſſus dæmone ſurdo, & muto, ac cæco. Præterea in ſexta feria, Ernulfus Epiſcopus Bituntinus venit ad ſanctum Corpus, cum magna proceſſione, deprecans Dominum, ſanctumque confeſſorem Nicolaum. Ea namque feria, Epiſcopus *Barienſis*, [a] cum Guidonio *Orientano Archiepiſcopo*, & Leone Epiſcopo Cuperſani, & aliis tribus Epiſcopis; atque cum omni ſuo Clero, & populo infinito paratus omnibus, humiliter item ad adorandum ſanctum acceſſit Corpus. Sabbati quoque die hora nona, ſancto adveniente Nicolao, undecim infirmi amiſſam receperunt ſanitatem.

15. Cariſſimi fratres, quam ſancte, pieque, talem tantumque debemus diligere Deum & Dominum, ejuſque ſequi præcepta; qui poſt brevem incolatum hujus vitæ; ſuos efficit

NOTAE.

[a] Turbant hæc. Nec enim *Epiſcopus Barienſis*, nec de Archiepiſcopo Barienſi, hic loquitur Nicephorus: & *Oritanus* Guidonius; Epiſcopus erat, non Archiepiſcopus. Sphalma igitur ſit in Textu, quod corrigere non eſt animus.

efficit ſanctos, cœleſtium poſseſsores. Immo eorum reliquias, tam magnis, clariſque miraculorum dilucidat donis, Jeſus Chriſtus Deus, & Dominus noſter; Qui cum Deo Patre, Sanctoque Flamine, vivit, & regnat, per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

Explicit Tractatus de Translatione Sancti Nicolai, Confeſſoris, & Epiſcopi.

A D M O N I T I O.

[a] Tryphologium Ruthenum, eadem die nona Maii agit de hac Translatione, e Myris Barium; juſſu, inquiens, Urbani PP. II. facto, Ephræmo, octavo Chioviensi Metropolitæ. En ejus verba, Troparium, Contacion, Acroſtichim, & Synaxarium: quæ ita damus.

EX TRYPHOLOGIO RUTHENO, EDITO TANDEM LEOPOLI,

in folio, anno 1643.

Interprete P. Ignatio Culcinio, viro Volinio, Familiæ Baſilianæ. (a)

TROPARIUM.

MYream, urbem Lyciæ, tuam Patriam ſpiritu non relinquens, in almam urbem Barium corpore, Nicolaë Pontifex, tranſiiſti. Hinc tuo adventu, exhilaraſti multitudinem incolarum, eorumque ſanaſti infirmos. Quamobrem te oramus, Sancte Pontifex Nicolaë, ut pro nobis intercedas ad Chriſtum Deum, ut animas noſtras ſervet.

CONTACIUM.

TUum Corpus, tanquam ſtella, ab Oriente ad Occidentem proceſſit, Sancte Pontifex Nicolaë: navigatione autem tua, maris eſt aqua ſanctificata; & Urbs Barenſis, per te a Deo, magnas ſuſcepit gratias. Nobis quoque te egregium, mirabilem, Thaumaturgum, & propitium præbuiſti.

BREVIS NARRATIO DE TRANSLATIONE SACRI CORPORIS SANCTI NICOLAI EPISCOPI MYRENSIS.

ACROSTICHIS.

Victoris celebris, dum fit Translatio Sacra, Jure ſuo Ruſſi, nunc venerantur eam.

SYNAXARIUM.

HÆc translatio contigit, anno ab Incarnatione filii Dei 1087. ſub Alexio [b] Græcorum Imperatore, & Nicolao [c] Patriarcha: regnantibus vero in Ruſſia, Principibus Chriſti amantibus, Huſevoldo Chioviæ, & Bladimiro ejus filio, Xernicoviæ; juſtitia Dei hoc diſponente, ac permittente propter peccata. Iſmaëlitæ namque in ditiones Græcorum irruentes; urbes, terraſque plurimas igne deleverunt; ac populos partim gladio peremerunt, partim in captivitatem abduxerunt. Eadem calamitate, Myra quoque urbs Lyciæ oppreſſa fuit. In horribilem namque ſolitudinem eſt redacta: quæ tamen incolume adhuc, Sancti Nicolai ſervabat corpus. Poſtquam autem Sanctus hic Thaumaturgus, cuidam piiſſimo Sacerdoti, qui in urbe degebat Barii, revelavit [d], placere Deo, ut ſuum corpus; Myra Barium transferretur: Sacerdote eodem ſollicitante; tres magnæ tritico onuſtæ naves, navigatione feliciſſima, ad Græcorum petentes littora; ubi eadem tenuerunt, & Thaumaturgo favente, triticum præter ſpem, pretio optimo vendiderunt; proram ad Myram urbem Lyciæ direxerunt, ejuſque littora ſalutarunt. Venerationis igitur cauſa, beati, ac pretioſiſſimi Corporis Nicolai Templum ingreſſi, quatuor ibi Monachos [e] invenerunt, qui inæſtimabilis theſauri illius erant Cuſtodes. Iſtorum igitur capientes manus, dulciſſimeque amplectentes; ſuam ipſis expoſuerunt intentionem; & Sancti Nicolai beneplacitum, per re-

NOTAE.

[a] Non ſunt hic opus (nec ſunt ad manus) Character, & verba Ruthena.

[b] Comneno.

[c] Chryſobergio.

[d] Abſque hac Barenſis revelatione, id factum aſſerit Nicephorus, etſi Barenſis.

[e] *Tres* tantum *Cuſtodes*, dicit Nicephorus. *Quatuor* etiam infra Sigebertus Gemblacenſis.

revelationem obtentum [a]. Cuſtodes deliberatione pauliſper capta, ſacrum Corpus auferri permiſerunt [b]. Barenſes igitur ſic ſacroſanctam thecam [c], cum ſumma veneratione ſuſceperunt: navique impoſita, præter ſpem ad Barenſe littus, breviſſimo tempore appulerunt. Ac tunc Ordo, Populuſque Barenſis, cum Epiſcopis [d] & omni clero; die nona Maii, ſolenniſſime; illuſtre miraculis Sacrum Corpus, proceſſione facta ſuſcepit. Et benedictionem a beato obtinuit Thaumaturgo: variis enim infirmi morbis, ſanitatem ſunt aſſecuti. Quin uſque ad præſentem diem [e], clientes omnes, gratiarum miraculorumque participes fieri, compertum eſt. Tunc autem Thaumaturgi Corpus, in beati Johannis Baptiſtæ Templo fuit depoſitum (f): at poſt tres annos, Baſilica erecta eſt, ejuſque nomini dedicata: in quam ſacrum Corpus illatum fuit, & in argentea Theca, compoſitum deaurata. In qua uſque ad præſentem diem (g) miraculis coruſcat, impertiens cunctis gratiam, qui in omni loco, tam glorioſum, ac celeberrimum invocant Thaumaturgum. Cujus precibus Chriſte Deus miſerere nobis.

N O T AE.

[a] *Vim & metum in viros conſtantes*, Nicephorus narrat, Barenſes adhibuiſſe. Trecentos aureos Sigebertus.

[b] Hoc erit verum, ſed poſt promiſſum, acceptum pretium: & alioqui, Græci venales.

[c] Quam vera ſit hæc *theca* diſcimus ex Nicephoro. *Oſſa*, non *thecam* acceperunt, & in doliolo aſportarunt.

[d] Nicephorus narrat, ſolum Barenſem clerum interfuiſſe. Urſus Archiepiſcopus, Canuſii tunc degebat. Nicephoro ſuffragatur Johannes etiam Archidiaconus Barenſis, dum hanc eandem ſcribit Translationem.

[e] Quot annis aut ſeculis, poſt undecimum? Oedipum me non ſentio, ſed Davum. Quod certum eſt: res facta ante Sigebertum Gemblacenſem, æqualem ferme rei: qui habet iſtam Translationem. Is obiit anno 1113. Tot ſcatens mendis hic Trypholog ium, illud *uſque ad præſentem diem*, vix in ſeculi duodecimi fine, ſcriptum fuiſſe mihi videtur; ni ſub initia ſeculi decimitertii. Ut autem hæc commemoratio tranſierit ad Ruthenos; rem Culcinius ſic teſtatur, quo authore neſcio: forte eodem Trypholog io: *Ephrem Kiovienſem Sedem, octavus implevit anno* 1092. (hæc autem Æra ſtare cum eo nequit) *Is Romani Pontificis Urbani II. juſſa ſecutus, & exempla; ſuſcepit, inſtituit, & promulgavit feſtum Tranſlationis S. Nicolai e Myris Barium, eadem die nona Maii, perpetuis temporibus celebrandum. Quod in univerſa Ruſſia; nempe tam in Moſcovitico, quam in Regno Poloniæ hiſce quoque temporibus celebratur: & poſt Synodum Zamoſcianam, anno habitam* 1620. *feſtum etiam de præcepto. Græci autem numquam hoc feſtum, aut doloroſam memoriam ſunt amplexi; multoque minus de hac Sancti Tranſlatione verba fecerunt.* Quod mirum eſt; in Capponianis Ruthenis Tabulis, non antiquioribus certe anno 1087. memoria die 9. Maii hujus Translationis non habetur: in Papebrochianis vero Tabulis, præfixis tomo 1. Maii, reperitur; quia factæ ſunt anno 1628.

(f) In Eccleſia & Monaſterio *S. Benedicti*, ab Helia Abbate depoſitum; hinc in Eccleſia *S. Euſtratii* martyris, dicit Nicephorus: non in Eccleſia *B. Johannis Baptiſtæ*.

(g) De ſacro *myro*, *manna*, *oleo*, *aqua*, ex ejus corpore, aut larnaci manante; in hoc antiquo Rutheno Synaxario nullum verbum. Quod mirum, ſtupendumque ſilentium eſt.

EX INEDITO CHRONICO JORDANI IN MEMBRANACEO

PRÆGRANDI CODICE VATICANO, inter LATINOS, num. 1960.

ADMONITIO.

Frater Jordanus de Curti gente Venetus, ex Familia Fratrum Minorum, in ſuo Chronico, rerum ab Orbe condito, ad annum 1320. (poſt quem, anno 1343. primo Triventi Epiſcopus evaſit, hine anno 1348. Panormitanus Archiepiſcopus) in Capite 224. Particula octava, ita ſcribit:

DE TRANSLATIONE SANCTI NICOLAI.

1. ANno XXXI. ait Sigebertus: *Venetianis meditantibus auferre corpus B Nicolai de Myrea Lyciæ a Turcis deſolata; Barenſes, quadraginta ſeptem numero, ab Antiochia Myram venientes, præoccupaverunt eos. Qui a quatuor monachis tantum ibi inventis, extorſerunt ſibi oſtendi tumbam: qua effracta, inde oſſa Sancti Nicolai in olei liquore natantia, integro numero, extraxerunt, & Barium cum gloria tranſtulerunt; anno* 1087. Sigebertus hic ſequitur: *Facta eſt autem hæc Tranſlatio, anno* 745.

a de-

a d epoſitione Sancti Nicolai (*a*).

2. In *antiquiſſimo libro* (ſubdit) *reperi*, quod huic hiſtoriæ non contradicit, niſi pro quanto, acceptæ reliquiæ Sancti Nicolai minime fuerint. Anno enim Domini 1097. (*b*) ſedente Urbano Papa, & Alexio Græcorum Imperatore; magiſter claſſis Venetorum, cum Francis, ad Terram ſanctam recuperandam proceſſit. Tunc multi tanto fervore calebant, ut candente ferro, ſigno Crucis in carne propria ſignarentur. Congregati itaque in Eccleſia beati Marci, unanimiter Henricum ibidem Epiſcopum, in ſuum Rectorem; Johannem vero Vitalem, Michaëlis Ducis Venetiæ filium; in Ducem exercitus elegerunt. Sic uſque Rhodum pervenerunt, ubi hyemare coguntur. Suadente autem Imperatore Cpolitano reditum; Epiſcopus eos ad perſeverantiam animat; alias incurrere eos aſſerit, cum nominis infamia, iram Dei: illud allegans: Nemo mittens manum ad aratrum, &c. Omnibus autem in Domino confortatis; annunciatur, Piſanos contra ſe, cum quinquaginta advenifſe Galeis, & Imperialia aſſumpſiſſe inſignia. Mittunt ergo Veneti primo legatos, & quieſcere monent: illi portum ſibi vindicare minantur. Mittunt itaque Veneti contra eos, naves viginti bene munitas; quæ Piſanorum exturbant exercitum: & tandem ſuperveniente nocte, viginti Galeæ, vix ex omnibus evaſerunt. Veneti autem, ut Crucem Domini ſe portare oſtenderent; animo magis quam humano, fere quatuor ex eis, abire libere permittunt; triginta viris apud ſe retentis, majoris auctoritatis.

3. A Rhodo autem tranſeuntes, ad Myræorum (*c*) Provinciam perveniunt. Diſtabat autem civitas a Paganis lacerata, ſex millibus a mari: (*d*) ad quam præmiſſa oratione, declinare Epiſcopus jubet. Fugientibus vero clericis (*e*); quatuor tantum Eccleſiæ cuſtodes retinuerunt: a quibus de beati Nicolai corpore requirunt. Qui ſe id ignorare, temporis antiquitate, ſimulant: Arcam tamen fractam, muro adhærentem, oſtendunt, dicentes: Hinc Barenſes partem reliquiarum tollentes, partem reliquerunt. Si vultis eas, tollite. Arcam igitur perquirentes, nihil in ea, præter aquam, & oleum invenerunt. Frementes igitur, pavimentum & muros perforant; die, ac nocte ſequenti fruſtra laborant. Unus tandem cuſtodum, *importabili anguſtiatus tormento*, (*f*) pro Antiſtite mittit, & illi ait: Sancte Pater, & Dei vere cultor, cur me *tam ſæve affligi permittis?* Licet enim invitus, ſecretum tibi pandam; Græcis quidem lamentabile, Venetis autem memoriale ſempiternum. In hac Arca, quam vides, duo ſunt Sancti Præſules, beati Nicolai prædeceſſores, qui in Altari Sancti Johannis, ſine dubio requieſcunt. Arca igitur antiqua rumpitur, Altare proſternitur; & in Altari tres capſellas, & in Arca duos Pontifices, cum ſuis epitaphiis ſeparatim, in capſellis cypreſſinis collocatos reperiunt. Quorum alter eſt Theodorus martyr, alter Nicolaus magni Nicolai patruus: ambo magni meriti, & Eccleſiæ ejuſdem Antiſtites. In miraculis beati Nicolai legitur, (*g*) quod de hujus Theodori lampadis oleo, cæci oculos unxit, & continuo vidit. De patruo vero ipſius legitur, quod ea die, qua magnus Nicolaus natus eſt; cum balnearetur, dimidia fere *hora* (*h*), *nemine ſuſtentante* (*i*) rectus in pedibus ſuis ſtetit. Quod audiens ſanctus

NOTAE.

(*a*) Nicephorus ſupra, dixit, *annos* 775. Ibi deponitur *anno* 312. ſub initia Conſtantini: hic *anno* 342. poſt obitum Conſtantini. Minima ilicet contradictio!

(*b*) In Ughelliana, farcta ridendis ſabulis, eſt, 1096. Ughelliana autem, ſic ampliata eſt a Fratre Canonico S. Nicolai in Alga, poſt annum 1282. quando hæ reliquiæ ibi ſunt iterum collocatæ. Ut & fatetur Ughellus paulo poſt, tomo 5. Italiæ Sacræ, a col. 1292. ubi illam edidit longiſſimam, &, ex fabulis etiam, moleſtiſſimam.

(*c*) Ughelliana corrupte habet, *Smyrneorum*.

(*d*) *Tria tantum milliaria diſtaſſe a mari*, dicunt alii, qui accuratius rem ſcripſerunt. Iſta ergo Jordani diſtantia falſa eſt,

(*e*) Ughelliana; *Canonicis*.

(*f*) Ergo itum eſt ad tormenta: diſplicet in re ſacra. Sed ſi meminerimus; erant milites.

(*g*) Vere in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. Poſt Metaphraſtem, & noſtri Joh. Diaconi Summyſten, tertius hic eſt, qui S. Nicolai meminerit, exſcripſerit Acta antiqua. Cæcus ipſe habetur Actorum cap. 14. Quid quod Beatillus etiam, quarto loco, hæc Acta noſtra habuit e Vaticana, & legit?; ſed detorſit, occuluit: quod non ſonabant *Conſtantinum* Magnum, nec *Myrenſem Archiepiſcopum* Nicolaum. Mater ſancti, ei eſt *Johanna*, non *Nonna* (nomen iis temporibus per Græciam uſitatum: bene, & recte Pater eſt *Epiphanius*: confer alia; & fidem, ſolertiam hominis demirare. Quid multis? omnia expilat Acta, corrumpit, detorquet, ubi ipſi non ſedent; ut conferenti patebit: & ſumma vafritie verſipellis, ea nedum non citat; ſed etiam omnibus, ſuo quoque Bollando, cui tanta miſit, ſummo ſtudio occultat. Itaut modo ejus Patres Antuverpiæ, præter hæc, habeant ferme omnia Nicolai: teſtibus mihi Sollerio, & Janningo.

(*h*) Diminutio. (*i*) Alterans additio. Cap. 2.

Digitized by Google

Epiſcopus, ei benedixit, pro eo orationem fudit, & de ſacro fonte levavit: eique nomen ſuum impoſuit, & ſacris literis erudivit. (*a*) Has ergo reliquias, cum tubis, & magno tripudio, ad naves deducunt. Inſpirati autem quidam, divinitus in Eccleſia tardantes, & ubi Sancti Nicolai Altare deſtruxerant, diligentius perſcrutantes; inconſuetam ſenſerunt odoris fragantiam; ibique, magnæ ſanctitatis reliquias reconditas eſſe non dubitarunt. Compertumque eſt, quod in præcipuis feſtivitatibus, Archiepiſcopus, non ad Altare Sancti Nicolai Miſſam celebrabat; ſed in loco plano, ſuper ſanctum Corpus, tripodem ponebat, ibique divina myſteria celebrabat. Cernuntque Imaginem Sancti Nicolai, ſuperius recta linea, eſſe depictam; ex qua conjiciunt, Corpus ejus ibi fore ſepultum.

Iis igitur conjecturis permotus exercitus, iterum redit; prioris ruinæ molem detrahit; & fodiendo pervenit ad maſſam vitream, difficillimam ad frangendum: Poſt hanc ex bitumine aliam non minori labore frangunt. Tandem poſt multos fudores, tertiam ad ſolvendum difficiliorem, aperiunt; quæ cupreſſino mauſoleo, & bitumine glomerata; oſſa ſanctiſſima glutinabat: qua confracta; ad deſideratum theſaurum perveniunt. Tunc accedens venerabilis Epiſcopus, (*b*) cum ſumma devotione, lacrymis ora perfuſus; ſanctiſſimum Corpus in ſua cappa collegit. Mirabile dictu! Palmam, quam de Hieroſolymis, vir Deo plenus portaverat; (*c*) in ſepulcro, ſubtus, & circa eum; virides ramos, & frondes pullulaverat. Ex quibus multi particulas colligentes, in teſtimonium veritatis; ad propria deportaverunt. In ſepulcro vero, Græcis literis ſculptum erat: HIC REQUIESCIT MAGNUS NICOLAUS, TERRA, MARIQUE MIRACULIS GLORIOSUS.

Cauſa autem tantæ recluſionis, Græce legitur in ipſius miraculo; quod Baſilius, Conſtantinopolitanus Imperator, eum ad Imperii Arcem portare voluerit: ſed cum ultra valvas Eccleſiæ, nullis viribus evehere potuiſſet: Ergo, ait, Beate Nicolaë, Corpus tuum, poſtquam ipſum glorioſa civitas, & Imperialis habere non valet; tam firma locabo cuſtodia, ut nullus deinceps illud honorare queat.

Huic inventioni affuerunt Græci nonnulli, Ungari plurimi, Theotonici, Dani, & Anglici; Barenſes, & Piſani, aliique Italici; & clamabant univerſi: O felicem populum Venetorum: Leonem habes Evangeliſtam Marcum, qui te victorioſum fecit in præliis: nunc habes Nauclerum, Pontificem Nicolaum; qui ſedare ſolet in pelago tempeſtates. In altero furtum; rapinam in alio, ſine crimine feliciter commiſiſti. Cum vero deportarentur cum reverentia, & multo gaudio ſacræ reliquiæ; Piſani beati Nicolai amore, relaxari petierunt, & plenæ libertati donati ſunt.

Audiens hæc Archiepiſcopus, qui in caſtro quodam degebat; crines canos, & barbam evellit. At Veneti, miſericordia commoti, capſellam unam de Altari ſumptam, cum centum Byzantiis aureis, pro reparatione Eccleſiæ, reddunt. Mittuntur certi nuntii, qui Venetiis, rem geſtam nunciant. Fit in populo, & in Clero ingens gaudium. De eo collocando, diverſi diverſa ſentiunt. Quidam juxta Sanctum Marcum; quidam in Eccleſia ipſius Sancti; quidam in Epiſcopali Eccleſia, propter laborem & induſtriam Epiſcopi, locandam cenſebant. Abbas quoque Sancti Nicolai de litore, aſſerebat, quod niſi in ſuo Monaſterio Corpus Sancti haberet; cum ſuo Collegio, ac theſauris Eccleſiæ, ubicumque poneretur, ſe transferret.

Dum Venetiis hæc aguntur; ad Terram promiſſionis Exercitus Domini profectus; in Portu Joppenſi, dimiſſo navigio cum tuta cuſtodia; ſepulcrum Domini viſitavit. Poſtea deliberato conſilio; Accharon fortiſſimum Paganorum præſidium, quod nec Chriſtiani, nec Saracenorum Soldanus obtinere potuit; expugnare diſponit. Capta autem divino auxilio, civitate; Franci ad cuſtodiam remanent; Veneti eis valefacientes; ad deferendas, Venetias, reliquias ſuas ſe parant. Cum autem locum, qui dicitur Leſina attigiſſent; jurant omnes, ſe reliquias in Sancto Nicolao de litore locaturos. Occurrit autem reliquiis ſacris Dux cum nobilibus, Patriarcha Petrus cum clericis & populo innumerabili. Ad Eccleſiam itaque parvam in litore, Corpus ſanctum devehitur. Epiſcopus peracta breviter narrat: Dux eorum juramenta confirmat. Conſtruitur ibi turris, pro loci munimine; manus armatorum cuſtodit; donec locus ſecurus, & aptus,

N O T AE.

(*a*) Fictio. In ore fabulatorum, vera etiam corrumpuntur.

(*b*) *Henricus* ſcilicet, Epiſcopus Venetus.

(*c*) Quæ nova fabula hæc eſt de palma?

Digitized by Google

aptus, ad Dei, & ſanctorum honorem, celeberrimus ædificetur. Interea Sancti coruſcant miraculis multis, quæ omitto cauſa brevitatis. Horum autem Sanctorum inventio celebratur, tertio Kalendas Junii; tranſlatio vero in Venetias, VIII. Idus Decembris. (*a*) In ipſo enim feſto S.Nicolai, claſſis cum ſalute pervenit ad Portum: quo tertio anno, ab incæpto itinere, rediit.

N O T AE.

(*a*) Ipſo die ſcilicet mortis S. Nicolai.

Poſt hæc Jordanus nil habet aliud, aut Sancti Nicolai, aut Sancti Marci, aut aliorum Sanctorum, quos prædixit.

Sed ipſe, & ei ferme æqualis, Canonicus Anonymus Sancti Nicolai in litore, ſeu in Alga, Veneti ambo, ac proinde haud ſecus ac Nicephorus allatus, Clericus Barenſis, ne dum ex philautia ſunt ſuſpecti; verum etiam multa aſuſtata narrant, & ſibi ipſis ſæpe contradicunt. Ille Jordani *liber*, *antiquiſſimus* non eſt; qui ab anno 1100. ad 1300. non ſuperat annos 200. Supra vidimus, quæ Barenſis refert, aut narrat aliena a veritate; ſuarum imaginationum nimis amicus, & *duorum juvenum* in pugna deſideratorum, (quaſi in bello ſacro: quod etiam alii pro Cruciariis, & pro Fide, olim volebant, nec obtinuere) Servator: in paradiſo enim, ejus Ethica illos collocat. Jordanus narrat, Myra *ſex millia* paſſuum diſtaſſe a mari: *tria milliaria* omnes alii fatentur. *Partem reliquiarum* Sancti Nicolai, Barenſes reliquiſſe falſum eſt. Ipſe fatetur, *præter aquam*, *& oleum*, Venetos item, ab illis relicta, reperiſſe. *Cruciatos* ibi cuſtodes, a ſuis Venetis, erubeſcit fateri; ſed ex conſequenti, dicere cogitur. Potuit cruciatus cuſtos dicere, ex ignorantia, *duos prædeceſſores* ſancti Nicolai, in illa Arca tumulatos; ſed Theodorus fuit martyr, & non Epiſcopus Myrenſis; nam Myrenſis Epiſcopus Theodorus, & ſanctus; fuit ipſo tempore Nicolai: & Nicolaus patruus Nicolai, Archimandrita fuit, & non Epiſcopus. Potuit etiam ille dicere, *dimidia fere hora* rectum ſtetiſſe in pelvi Nicolaum; pro *duabus ferme horis*; quod narrant Acta. Eſto, ejuſdem ſit additio, *nemine ſuſtentante*: cui cæteroqui gratiæ, quod tanta ex Actis, quæ vera dedimus, memoravit.

Apertiſſima tamen ſunt commenta, quæ deinceps refert Jordanus *de maſſa vitrea difficillima*; & poſt eam, maſſam *aliam e bitumine*, & *tertiam difficiliorem*; in quibus *ſummo labore fractis*, verum Sancti Nicolai Corpus inventum fuerit. Ex conceſſis enim, ſi Barenſes *partem* Corporis Sancti Nicolai abſtulerunt; *partem aliam*, non vero totum reperiſſent Veneti, & abſtuliſſent. Quid illud? conflatam rem, ad vindictam a Baſilio Imperatore (quis ille Baſiliorum?) quod ſanctus &c. Ita conflatam rem ad vindictam a Baſilio Imperatore (quod Sanctus Nicolaus, Corpus ſuum transferre Cpolim ipſi recuſaviſſet) ſecuto effectu minarum, *ut nullus deinceps illud honorare quiviſſet*. Mendacii dignus color! Sic ſparſa eſt fama, (ſicut ſcriptum eſt a Jordano) ad captandam ſibi gloriam, & Barenſibus rapiendam. Ita factum: cum re vera Veneti nihil aliud inde abſtulerint, quam Corpus *S.Theodori*, quod modo colunt; & Corpus Sancti *patrui Nicolai*, quod in Templo S.Nicolai in Alga & litore requieſcit, & ibi colitur. Hinc non manat ex oſſibus illis ſanctum manna, etſi ſit in litore quoque maris. Et ſi ſcateret; quia litora Venetiarum dulces aquas non habent, manna illud falſum eſſet, quo miraculum illud proderet. *Tertius* autem *annus ab incæpto itinere*, & ab anno ipſo, quem ſiſtit ad 1096. finit in anno 1095. Quomodo ergo ipſe redit ad annum 1094.? in *nova Eccleſia* S.Marci.

Canonicus S. Nicolai, qui hæc recudit poſt annum 1282. dum ea credidit illuſtrare; ſuis magis additionibus, & mutationibus obſcuravit. Siſtit & ipſe Inventionem ad annum 1096. Sub *Urbano* autem *PP.* 2. & Alexio Comneno Imperatore, id factum; falſum eſt; quia Urbanus nondum ſedebat. Tunc item Gaufrido, jam Regi Hieroſolymorum; anno ſequenti (1097.), e Rhodo ſcripſiſſe Venetos, falſum eſt: ut, & illum, paulo poſt adventum Venetorum, ex infirmitate occubuiſſe. Gaufridus enim die 2. Auguſti anni 1099. conclamatus eſt Rex Hieroſolymæ; quam cæperat, octo diebus antea, die 25. Julii; & anno ſequenti, 1100. mortem obiit, menſe Majo. Ad majorem claritatem, & in gratiam gentis Latinæ auctor, *Cuſtodes* corporis, & Eccleſiæ Sancti Nicolai Myris, dicit *Canonicos*, *qui ibi divina officia celebrabant*. Certe ſi illi viverent, gratias pro tanto honore redderent homini; qui Latino more, eos fecit Canonicos, Myrenſium Cathedralis; & tot & tanta erexit Altaria in Græca Eccleſia. Reſcriptores, & Gloſſatores illos, utique reſpuet Antiquarius. Recuſam autem poſt an. 1282. cognovit etiam Ughellus, & eſt confeſſus. Pro anno autem *MXCVII.* fecit annum *MXCVI.* & *Johannem Vitalem Michaëlis filium* corrupit, & *Michaëlem Vitalem*, *Michaëlem* fecit, veluti eſſet illius cognomentum. Quis talia fando, Temperet a lacrymis? I tu, & fide talibus ſcriptoribus & interpretibus! in rebus præſertim gravibus. Ipſi equidem non componunt, ſed ſerunt lites, & jurgia inter Fideles.

Poſt hæc tempora multi ſcripſere, ac dixere ſoluta oratione & verſu de Nicolao: ſed iiſdem veſtigiis inſiſtentes, quid aliud, quam eaſdem fabulas ſub diverſis perſonis (quin & fabulis aliis) regeſſerunt? Leonardus Juſtinianus, B.Laurentii Patriarchæ frater, anno 1414. Sancti Nicolai vitam ſcripſit: ſed eam hic recudere non eſt animus. Sequitur Metaphraſtem. Opus editum & facile parabile, inquam, edere non eſt animus. Recentiores alios jure omittimus: ut Antonium Beatillum, Braulionem, ſimileſque officinas; & Fortunatum Ulmum, quorum opera proſtant omnibus. Sed unum omittere non poſſum Cl. Johannem Baptiſtam Sollerium, e Societate Jeſu Bollandianum, qui in ſuis doctiſſimis Commentariis ad Uſuardi Martyrologium, ad diem 6. Decembris, Nicolai; ita ſolide, & luculenter ſequentia obſervat:

Stupenda eſt Sancti Nicolai, per univerſam Eccleſiam, tum Orientalem, tum Occidentalem, devotiſſimi cultus dilatatio: erectis paſſim Templis, Aris, Statuis, aliiſque ſingulariſſimæ venerationis monumentis. Quorum ea potiſſimum cauſa, non temere, aſſignari poſſe videtur; quod Deus ingentia Sanctiſſimi, Illuſtriſſimique Viri merita; incredibili propemodum, variorum ſignorum, ac miraculorum multitudine, toto Orbe Catholico;

lico; palam facere voluerit. Eaque ratione; ſi ita loqui fas eſt, Antiquorum de ipſo Scriptorum ſilentium; quodammodo compenſare.

Quo loco apud Græcos ſit Thaumaturgus Nicolaus, docent, ut cætera taceam, Ephemerides Græcomoſchæ, ante tomum primum Maji pag. 57. & 58. Vita ejus (repeto, quæ ſub initia hujus 2. libri ex eo exſcripſi) *prius a Methodio Patriarcha Cpolis, Græce; ex hac a Johanne Diacono Latine, ſeculo primum nono compoſita* *, *ſufficiens non videtur, ut veris Nicolai cultoribus, antiquorum Actorum deſiderium adimere valeat. Exſtat ea apud Mombritium tomo 2. a pag. 162. ſed Præfatione Authoris truncata, Criticos offendit. Aliam adornavit Metaphraſtes, a Surio vulgatam, omnibuſque notiſſimam. De qua aliiſque permultis, tum Hiſtoriis, tum Encomiis ad Nicolaum ſpectantibus (quæ Græca & Latina apud nos ſunt) fuſius in Actis, ſuo tempore diſſeretur.* *

Et certe in Præfatione (apud nos manuſcripta) teſtatur Johannes Diaconus, ſe Methodium contraxiſſe: de cætero ſe remittens ad Græcorum phalerata commenta: quæ utique prius exſtitiſſe oportet: & veroſimiliter, etiam per Occidentem vulgata; licet ea Viennenſis non viderit. Interim valde jejuna eſt, Nicolai vita a Tillemontio Gallice compilata, tomo 6. a pag. 688. Cujus nota prima, pag. 823. Metaphraſten acriter impugnat; ſtatuitque de Sancti geſtis, nihil certi ſupereſſe.

Novi, qui hujuſmodi argumentis preſſi; Nicolaum ſeculo uno, aut altero, juniorem eſſe velint. At ii, meo quidem judicio, dum Scyllam fugiunt, difficultatum Charybdim minime evitant. Noſtrum erit alibi diſpicere, an adeo contemnenda ſint, quæ laudati Scriptores (ex antiquioribus procul dubio monumentis) collegerunt: ſaltem, an ita triturari nequeant, ut ſincerum ſemen a paleis ſecernatur. Quod hactenus ego naviter & ſedulo fategi: & in Prolegomenis meis, in principio (ad propoſita Acta vera) luculenter, ni fallor, omnibus, & in omnibus ſatisfeci. Reliquum; libere judicent, & ſua juſta lance perpendant, inter eruditos alios, doctiſſimi Bollandiſtæ.

Digitized by Google